BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 C
17

Digitized by Google

INSTITVTIONES
IVRIS CANONICI
QVIBVS IVS PONTIFICIVM SINGVLARI METHODO

Libris Quatuor comprehenditur,

AB IOAN. PAVLO LANCELOTTO PERVSINO
Conſcriptæ, & in Aula Romana mandato Pij V. Pont. Max.
ab Illuſtribus viris olim recognitæ.

His acceſſerunt Interpretationes, quas Gloſſas vocant, quibus loca omnia, vnde contextus deſumptus eſt, Indicantur; pleraque declarantur; nonnulla per Sacroſanctum Concilium Trident. hodie immutata adnotantur.

Nouiſſimè acceſſerunt Caſuum, vt appellant, poſitiones, Adnotationeſque nonnullæ quæ ad huius iuris ſcientiam expeditiorem ſtudioſis præbent aditum.
Io. Baptiſta Bartolino Peruſino I. C. Auctore.

Necnon adnotationes paucæ, quibus nonnulla ad ſenſum Theologorum exactius explicãtur Antonio Timotheo Peruſino Sacræ Theologiæ profeſſore Auctore.

Item Commentariolum, quo conſcripti operis, & ratio, & hiſtoria quædam continetur.

Acceſſit etiam ipſius Lancelotti opuſculum, De Comparatione vtriuſque Iuris.



V E N E T I I S, MDCXIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

IO. FRANCISCVS CARDINALIS DE GAMBARA:

Io: Paulo Lancelotto. I. C. S. D.

DE *Inſtitutionibus ad ius* **Canonicum** *à te conſcriptis, quas nuper ad me miſiſti, eſt quidem quòd tibi gratias agam, ſunt enim huiuſmodi, vt eas ego loco magni à te muneris habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torſiſti, agitur enim annus ſextuſdecimus quo ego Peruſiæ te præceptore prima Iuris ciuilis initia vrgebam, & tu tum iam opus huiuſmodi ſub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, vnde quod tam diu illud continueris, erit fortaſſe qui te accuſet. Quid dicam? quòd ne nunc quidem, illis editis fiduciam tuam liberaſti? Etenim Commentarijs, quòd præteritis annis edidiſti, libro ſecundo aſſeris à te quadam in contexendis Inſtitutionibus conſultò fuiſſe prætermiſſa, quòd ea notulis neſcio quibus explicaueris, ac quaſi cum fœnore reddideris, & tamen notulas nullas, quas viderim, editis à te nuper Inſtitutionibus adſcripſiſti.*

ſiſti. Quod licet ego, cui tam iampridem perſpectum eſt iudicium, non niſi optimo conſilio factum rear, cum tamen & tu id ſponte tua promiſeris, & ea ſit hodie (vt omnium optime noſti) conditio ſcriptorum Canonicæ, ac Ciuilis prudentiæ, vt in his quæ ſcripta ſunt, fides adhibeatur nemini, qui non eadem veterum auctoritate confirmet, eas à te quàm primum id uulgari neceſſarium duco, nõ modo vt ea quæ ſunt à te prætermiſſa, nobis reponas, & te promiſſis exoluas, verum etiam vt eorum ipſorum quæ ſcriptis mandaſti, fidem nobis ex veterum teſtimonio facias. Non poſſum pro ſumma mea in te beneuolentia quid ſentiam liberè non præſcribere, tu quidquid id eſt, æqui bonique conſule, Vale. Romæ Nonis Septembris. M. D. L X I I I.

ILLVSTRISS. ATQ. AMPLIS.

S. R. E. CARDINALI IO. FRANCISCO DE GAMBARA.

Franciſcus Mancinus. S. P. D.

SI quid vtilitatis ſtudioſis hominib. ſecunda hæc inſtitutionũ iuris Canonici cum ſuis notulis editio afferet (afferet autem doctorum omnium ſententia non modicum) id omne tibi vir ampliſſime nec non Illuſt. atq; doctiſſimis Cardinalib. Io. Bapt. Cicadæ, & Franciſco Alciato acceptum ferre debemus: licet. n. auctor multi annis cõmentario ſuo notulas illas nobis eſſet pollicitus, ita tñ poſtea de illis non edendis animum obfirmauerat, ut de ea illum ſententia poſſe aliquando deduci interdum plane deſperarem, erant autem multa quæ (vt ego ex eo ſæpius audiui) à primo illo ſuo propoſito eum retraxiſſe affirmaret. Primum quidem quod nuſquam videtur auditum, vt eiuſdem operis idem eſſet auctor & interpres, ſe autem cum de notulis adſcribendis cogitaſſet, non exiſtimaſſe fore, vt is liber, quem & ipſe mandato & nomine Pontificio abſoluiſſet, & ſummi etiam viri cogitaſſent ac probaſſent, priuato nomine in publicum exire deberet, quod ſi Pontifex ſuo nomine, vt non ſolum cenſorum, ſed etiam aliorum plurium teſtimonio ac iudicio facere debuit, edidiſſet, tunc non futurum incongruum vt non quaſi ab auctore ipſo, ſed alio quopiam operi notulæ adſcriberẽtur. Huc accedere quod illas rudes eſſe affirmaret, atque inchoatas potius quam abſolutas, vt autem perpoliret eadem ratione animum nunquam inducere potuiſſe, demum magno ſe quotidianarum concertationum tædio eſſe affectum, ſibique imperaſſe, vt quo ad per ſe fieri poterit, anſam poſt hac nouis moleſtijs non tribuat, ſeque id nulla ratione conſecuturum ſperare, quam ſi ab nouorum ſcriptorũ editione prorſus abſtineat, ſed magnus flagitantium numerus, tuaq. potiſſimum atq; illuſtriſſimorũ Cicadæ & Alciati auctoritate perfectum eſt, non vt ille ederet, neq; .n. à ſua ſnĩa dimoueri potuit, ſed vt libri mihi & Roberto fratri

poteſtatem faceret, quidquid de eo ſtatueremus ad animum non reuocaturus, itaque nos tam veſtro, quàm aliorum grauiſſimorũ virorum iudicio atque auctoritati inhærẽtes, & plurimorum flagitationibus impulſu, ſecundam editionem adornauimus, notulaſque ipſas ſingulis verbis aptauimus, quibus quidem ex doctorum reſponſis, interpretationibus, ac tractatibus multa addere fuiſſet nobis his temporibus multo facillimum: ſed ſcribendi genus ſuapte natura cõciſum reſpuere omnino id videbatur, ſimul ẽt ne quid auctorem ipſum offenderemus, verẽdum nobis fuit à quo vix ſumma veſtra auctoritate impetratum fuit, vt edi rurſus per nos liber pateretur, in quo quidem ut ego exiſtimo, nullam ſtudioſi iacturam fecerunt, in hac enim iuris tam canonici quam ciuilis facultate conſcripti libri, alij alios fines habent. quidam enim vt artem ipſam doceãt, quidam vt quæſtiones ipſas finiant ac terminent: & licet qui docet aliquid terminet, & qui terminat & decidit, aliquid ẽt interim doceat, fuit tamen auctorib. ipſis in conſcribendis libris finis alius alio principalior: nam interpretationibus, & enarrationibus ad libros veterum Iuriſconſultorum docendi propoſitum eſt principalius, licet multa interim terminentur & in reſponſis, & quos vocant tractatibus, decidendi vnus propemodum eſt finis, licet interim multa etiam doceantur hinc fit vt illorum diuerſa admodum ſit ſcribendi ratio. nã in docendo ratiocinandi modus magis neceſſarius eſt quam auctoritatum enumeratio, quippe quod artis fundamenta ſunt aperienda & fontes atq; origo rerum demonſtranda: at in reſponſis redden dis diſſerendi quidem ratio non abijcienda, ſed vbi de quæſtione conuentum eſt, ac facti ſpecie, magis pugnandum eſt auctoritatibus, cum id demum verum habeatur, quod eſt à pleriſq; receptum. Vnde eum hic Inſtitutionum liber ſit ad docendum potiſſimum cõſcriptus, non mirum ſi multiplicium, in eo allegationũ copia non fuit affectanda. Huc accedit, quod id quod noſtra opera notulis accedere potuiſſet, facile vnuſquiſque ſuo marte conſequi poterit, cum enim notulis ipſis principales materiarũ ſedes & loca cõtineantur, ſi quis earum notularum ductu ea adierit ex magno interpretum tam antiquorum quã modernorum numero, vnde copioſius haurire, & ſitim explere poſſit, facile inueniet: itaq; poſt habita qualibet addendi cura ſolum dedimus operã, vt

ea

ea quæ nuperrime per ſacroſanctum Conciliū Tridentinum immutata ſunt, notulis ipſis adiungeremus: nam vt contextui illa ipſa inſererentur impetrari ab auctore non potuit, quod diceret velle ſequi ſe Iuſtiniani exemplum,qui licet poſt editas à ſe inſtitutiones iuris ciuilis, multa nouellis ſuis conſtitutionibus innouaſſet, non propterea aliquid dictis inſtitutionibus adiecit, vel immutauit; ſed lectoribus ea perquirenda reliquit. Vnum enim fuiſſe ei in illa ſcriptione propoſitum,ſcilicet non ut omnia complecteretur;ſed vt breui libello iuris Canonici rudimenta cōcluderet, & ius illud adhuc diſperſum quaſi in artem redigeret, id autem ſatis præſtari poſſe etiam ſi conſtitutiones Tridentini vel etiam aliorum Conciliorum decreta non cōtineat, ſatiſque eſſe, ne quem forte ius nouum circa pauciſſima lateat,ſi de ea re notulis ipſis admoneatur, nec propterea totum opus ſibi fuit retexendum: placuit etiam Commētarium,quem abhinc ſex annis in lucem ipſe idem edidit,adiungere,tum quod magnum operi claritatem addit,explicat enim luculentiſſimè auctoris intentionem, quod non modicum auctoribus intelligendis exiſtimatur conducere, tum etiam ut quorundam non ſatis iuſtæ cupiditati occurratur,qui frigidis quibuſdam aſſertionibus,ne dicam commentitijs teſtimonijs operis huius intentionem Lancelotto noſtro prę ripere conantur, apparet enim in eo meridie clarius quàm diu (quod tute omnium optime noſti) primam inſtitutionibus manum admouerit,& quàm multis illarum copiam fecerit, demum quàm facile omnibus fuerit inde exemplum ſumere, nomen autem tuum operi præfigendum ideo duximus, tum quod ea re nō modicum operi ſplendorem acceſſurum exiſtimauimus,tum vero etiam,vt quemadmodum tua potiſſimum opera factum eſt,& ampliter locupletatus liber in lucem prodit, ita & tibi quiſquis ex eo vtilitatem aliquem ſentiet,id omne acceptum ferat. Vale Peruſia.Nonis Aprilis. M. D. LXVII.

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO D. IO. PAVLO LANCELOTTO,

IVRECONSVLTO PERVSINO FAVTORI, & amico tanquam fratri cariſſimo.

CLARISSIME domine, fautor & amice tanquam frater Cariſs. Libros Inſtitutionum Iuris Canonici à M. tua auctoritate & mandato Summi Pontificis antea conſcriptos (cuius etiam nomine prodijſſe oportuerat) nunc de manu M. tuæ ſumma animi lætitia (vt cæteri boni & docti omnes) accepi, ac ſtatim à capite ad calcem vſque percurri, & vt antea ab illuſtribus viris, ſuo merito, laudati, & recogniti, ita per me ſane (etſi iudicio parum valeo) tales reperi, ut plene ſentiam, hominum memoria pro illius iuris fama, ſolidaque habenda cognitione parem librum in lucem minimè prodijſſe. Liber iſte, M. tuam & Deo, & Eccleſiæ, & huic ætati poſteriſque omnibus gratam faciet, & numquam intermoritura gloria donabit. Non dubito quin eandem M. tua, (vt etiam dudum ceperat) hunc primum fætum qui tam auide ab omnib. eſt acceptus, auctiorem locupletioremque reddat. Quod dum ſedulo conatur, meminiſſe forte ab re non erit, ſi M. tua ſingulis titulis, aut paragraphis fontes ex quibus pręcipuè deſumpti ſunt, pauciſſimis annotare non grauatur: id enim & doctiſſimos quoſq. optima ſane ratione deſiderare animad-

uerto,

uerto, tum quod hic liber maiorum cum auctoritate Pontificum loquatur, lectoreſque omnes publico imperio confirmet, res iſta dum reliqua elaborantur, haud vſque adeo multum attulerit incommodi, publica tamen commoda, ſtudioſorum omnium maxime cauſa. Quidquid factu optimum fuerit M. tua pro ſumma ſua in omnibus recte dijudicandis prudentia facile ſtatuet. Deſideriis Cornelii Matii etſi iuſtiſsimis ſatiſfacere non vndequaq. tam facile erat, præſertim quod ipſe ſuique maiores mercatoribus, à quibus æs ſumendum fuerat plane eſſent incogniti, & pene eo res deuenerat, vt ſua opinione fruſtratus, vacuus rediret, ni ego interceſsione M tuæ fretus, fidem meam, immo me ipſum tanquam principalem debitorem interpoſuiſſem. Monebit itaque M. tua, ut ille beneficii præſtiti memor, quanto citius fidem datam per ſuos liberari curet, alioquin ſane ſtatutis diebus elapſis per me quod acceptum eſt, ſine ulla ſpe exceptionis remunerādum erit. Vale uir clariſsime Iureconſultorum unicum decus, datum Vrbe die prima menſis Nouembris, anno reparatæ Salutis. M. D. LXIII.

M. Tuæ deditiß. amantiſſimuſque, tanquam frater, Gaſpar Gropperus Rotæ Romanæ auditor.

FRAN-

FRANCISC. MVCANTIVS

Io. Paulo Lancelotto. S. D.

OPTAVI iampridem Lãcelotte doctiſſime literarum ad te aliquid dare, cum vt tuas viciſſim elicerem iucunditatis, leporis, doctrinæque plenas, atque intermiſſam diu inter nos ſcribendi conſuetudinem aliquãdo reuocarem, tum etiam certè ut deſiderium meum in his tibi exponerem quod mihi iam ab eo tẽpore, quo Peruſiæ morabar tuarum inſtitutionum argumento inieciſti, nuperque demum edito tuo Commentario quaſi earundem idea quadam ac ſpecie auxiſti aut refricaſti potius. Sed nec integrum nobis fuit cum ab Vrbe complures menſes varijs negotijs diſtenti abfuerimus ad iſtud ſcribendi officium vnquam reuerti, nec ſatis vrgẽs ratio videbatur eſſe, vt tantum tibi negotij meo priuato commodo exhiberem. Nunc vero cum iam dudum in patriam reuerſus expeditior aliquanto ſim, & ad cauſam quamplures adiunxerim qui partim ſua ſponte, ac fama ducti, partim commentariolo tuo deguſtato allecti, partim etiam oratione noſtra aliorumque amicorũ tuorum excitati, mirum in modum opus ipſum, cuius tu nobis imaginem repræſentaſti, expectant quaſi conceptam ſitim vberiore fonte ſedaturi, ſtatui non amplius expectandum, quin continuo te meis ſcriptis appellarem, atque adeo omnium ſtudioſorum nomine flagitarem, ne tu nos longa expectatione ſuſpenſos diutius torquere velles. Non id ago nunc mi Lancelotte, vt velim vllis apud te argumentis oſtendere Inſtitutiones tuas Pontificij Iuris digniſſimas eſſe nouitate ſua, ſplendore, pondere, quæ in apertum proferantur: nam neque hoc ad me attinet, & tibi perſuaſum eſſe ſcio, aut ſi pro tua modeſtia minus velles tuo iudicio eſſe contentus, non deeſſe tibi ampliſſimorum virorum teſtimonia, quæ acre tuum ingeniũ in huius editionis operis (garriant inuidi quantumlibet) poſteritati commendare queant, nec ſanè dubito te egregium iſtum tuum librum in lucem tandem emiſſurum eſſe, quem pluribus abhinc annis publicè priuatimque pollicitus ſis: multa deinde lue multaq; litura ad vnguem caſtigaueris, poſtremo etiam tuo cõmentario quaſi chirographo fidẽ tuam arctius obſtrinxeris, quib. ex cauſis vt maxime velis ab inſtituto tamen diſcedere nõ poſſis. Verum illuc mea ſpectarunt littera, vt currentem te magis incitarens cum intellexiſſes omnib. his, quæ enumerauimus incredibilem bonorum omnium expectationem adiunctam eſſe. Quod ſi tu maleuolorum aculeos fortaſſe times, ut de ne hoc tibi maiorem inuidiam excitet, quod cum nullo fere negotio tantam expectationem explere poſſis, idem tamen cunctando tot deſideria hominum ſuperbe aſpernari videaris. Atque ſcio obtrectatorum calumnias nihil morari, quãdoquidem tibi in cauſam ingredienti facile fuerit conijcere non defuturos huiuſmodi garrientium cœtus, quorum quidem ineptias tantum abeſt, vt de laude tua quidquam detrahere poſſe credant, vt ex his gloriam potius tuam augeri, illuſtrioremque reddi exiſtimẽ, quod & tu pulcherrimis exemplis in eo libello demonſtraſti. Sin vero ea retardandi forte eſt cauſa, quod librum tuum ſummi Pontificis auctoritate impreſſum iri cupias, non negauerim ſi res quidem ita eſt in promptu, vt breui conficiendi negotij ſpem habeas, aliquid etiam operæ te eo ponere, quod & tibi perhonorificum, & rei de qua agitur valde conſentaneum fore videatur. Cæterum ſi longius interuallũ temporis interponendum ſit, aut dubius etiam euentus ſpectetur, quoniam tu in ea re ſatis iam ſuperque temporis laboriſque impendiſti, haud tandem magnopere laboran-

dum

Digitized by Google

dum eſſe cēſuerim publico ne is liber an priuato nomine diuulgetur, ſatis enim per ſe ille & dignitatis, & auctoritatis adferet, nec minus gratus Pontificijs Iuris ſtudioſis omnibus futurus eſt quam ſi ampliſſime Principis diplomate fulciretur, quippe non tam ſpecioſam inſcriptionem ſpectantibus illis, quam quid inde utilitatis ac cō modi percepturi ſint. Hac te Lancelotte facile poſſunt ad laudem tuam ſtudioſorū commodo coniunctam vel multum impellere quem tamen ſatis iam tua ſponte incitatum eſſe non dubito, quare nihil eſt quod in te hortando multum laborem; volui tamen leuiter hac perſtrinxiſſe, vt me cum gloria decoriſque tui, tum vero vtilitatis publica ſtudioſum ac percupidum eſſe ſcires. Tu ſi ad me ſcripſeris quid de hac re ſentias, aut quouſque opus perduxeris, rem facies gratiſſimam. Vale Romæ Idibus May anno Sal. M D L X I.

Deſideratur reſponſio in qua excuſat auctor ſe, quod ſerius reſpondeat, tum familiariter conqueritur quod licet mandato Pontificis ſuas Inſtitutiones nomine Pontificio feliciter, erudiſſimorum virorum iudicio abſoluerit, non ſolum negotium nō confecerit, ſed maximos etiam labores, & maximos ſumptus ſuſtinuerit, dum diutiſſime Romæ difficillimis temporibus proprijs negotijs poſt habitis omnibus, vna ea cauſa detinetur, principibus ipſis ad incommoda ſua inclementiſſime conniuentibus, quibus diuinitus dicit contingere, vt in rebus ſibi tam glorioſis tam alte indormiant, ne ſcilicet, tantā ipſi laudem immerentes aſſequātur; narrat item poſt mortē Pauli IV. Pium IV. inſtante illuſtriſſimo Cardinali Cicada mandaſſe doctiſſimo & ampliſſimo viro Franciſco Alciato vt opus rurſus percurreret, relaturo an huiuſmodi ſit quod Pontificio nomine edi conueniat, ſe tamen licet non vnis ab eo litteris compertum habeat Alciatum optime ſentire de inſtitutionibus ſuis, Pontificique rem ſuaſurum, certo tamen ſcire Pontificem id minime curaturum, quippe qui iam pridem mores aulicos cognitos habeat, atque ideo ſe relationis huius exitum non expectaturum, ſed primo quoque tempore opus ipſum priuato nomine editurum prout fecit, vel ipſo Alciato feſtinatam editionem non probante.

Digitized by Google

IO. PAVLO LANCELOTTO
CLARISSIMO IVRISCONSVLTO.
Iacobus Menochius. S D.

CVM hactenus vel publico docendi munere, vel de inte reſpon
dendo valde impeditus eſſem, non licuit ad te litteras dare,
quibus ſignificarem nihil mihi vel gratius vel incundius po-
tuiſſe contingere, quam de re aliqua in re bene mereri: nunc
tamen aliquantulum otij nactus, me his litteris expurgare vo
lui, ne de mea egregia erga te voluntate aliquando ſuſpicareris, ac vt etiã
intelligeres gratiſſimam mihi fuiſſe oblatam illam à te occaſionem vt vna
tecum de grauiſſima illa cauſa reſponderem, quod eo libentius feci, non
quod res ipſa id poſtularet, cum tu iam tuo doctiſſimo reſponſo omnem
plane dubitationem ſuſtuleris, ſed ne ignores meam qualemcumq. operã
tua, tuorumque cauſa promptam ac paratam ſemper eſſe. Nam tibi hoc
eſt viro clariſſimo, atque inter conſultiſſimos, eloquentiſſimo, placere qui
poſſunt, ſe plane fęlices exiſtimant: ea enim eſt apud nos, & apud exteros
omnes percelebris nominis tui fama, tot eruditiſſimis ſcriptis, compara-
ra, auctaque, vt omnes te admirentur, & ſummis laudibus proſequantur,
tum maxime quod primus iuris Pontificij inſtitutiones tam ſtudioſis ne-
ceſſarias veluti Tribunianus alter orationis copia, & ſplendore illuſtra-
tas ediderıs. Qnibus ſi (ut futurum ſpero) aliquando Pont. Max. acceſſe-
rit auctoritas, te vel nouum Tribunianum habebimus, vel vt Iuris Ponti-
ficij nouum auctorem obſeruabimus. Interim etiam atque etiam plurimũ
referre exiſtimes velim, me à Lancelotto eruditiſſimo Iuriſconſulto dili-
gi, cuius conſuetudine viri omnes docti delectari ſolent. Ego vero ſtudio
ac ſingulari quodam obſeruantiæ genere te perpetuo colere nunquam
deſinam. Vale ex vrbe Patauio Idibus Maij. MDLXXXI.

IO. PAVLO LANCELOTTO
Iuriſc. Peruſ. Critonius Mellonus. S. P. D.

INſtitutiones tuas non percurri ſolum, verum etiam accuratiſſi-
me per legi. Scint tu bone Lancelotte, quid nunc ego de eis ſen-
tiam? At inquis, quid tu ſentias non eſt à me magnopere curan-
dum, quando per cuncta Gymnaſia, ac cunctas regiones mi-
ris ac propemodum diuinis laudibus à viris doctiſſimis extol-
luntur. Sed, vt ita ſit, eſt adhuc ulterius quod ego præter cæteros de te ac

tuis

tuis inſtitutionibus ſentiam, ecquid tandem eſt (inquis) quod præter cæteros omnes tu nunc ſentire poſſis? Dicam & vtinam mentiar, nẽpe id quod poetarum Principes, de quibuſdam à ſe compoſitis verſiculis ſenſiſſe, vel verius quæſtus eſſe legitur, dum dixit.

Sic uos non uobis mellificatis apes.

At vrges quid iſtud (inquis) eſt tãdem? uis ſcire quid? Ego mellifluas tuas eſse Inſtitutiones, atq omnibus numeris abſolutas, cunctiſque laudib. digniſſimas, vt eruditiſſimus quiſque prædicat, ſemper exiſtimaui: ſed futurum arbitror tantam tui laudem quantum vix quiſquam viuens meo iudicio aſſecutus fuit, non fore diuturnam. Quid iſtud eſt? inquis, eloquar, venturum aliquando arbitror Romanum aliquem Pontificem, qui gloriæ cupidine magis titilletur quam fecerint hactenus hi a quibus de eis conſcribendis mandatum accepiſti, vel qui eis ſucceſſerunt, eumque cauſaturum indignum eſſe, vt iuris Canonici elementa de ſcriptis priuatorum dominium hauriantur tum quod inſtitutionibus quæ circunferuntur, non pauca deeſſe, quæ neceſſario ſint adiungenda, & propterea curaſse ſe, vt vndique abſolutè Inſtitutiones huiuſmodi quaſi recudantur, & nomine Põtificio edantur, inde quibuſdam immutatis, additis, vel demptis, vt nouum quoddam opus videri poſſit ſuo nomine editurum, vetiturumque ne deinceps aliç iuris Canonici Inſtitutiones à quoquam legantur, ſicque dũ Rom. aliquis pontifex gloriam aucupatur, laus, & memoria Lancelotti ſuis Inſtitutionibus remanentibus abolebitur. Vnde cum alij qui temporibus fælicioribus propria ſponte aliquid ad iuuandos homines elucubrarunt ſæpe a Principibus largè ſoleant donari; tu, qui mandato ipſo Pontificis tam luculenter ſcripſiſti, non ſolum aliarum rerum, ſed nec laudis quidem præmium vllum feres. Vnum forte poteſt nõ deſperari, nempe quod veluti Iuſtinianus in proœmio ſuarum Inſtitutionum eas ex Caij Iuriſconſulti Inſtitutionibus deſumpſiſſe ſe confitetur, ſic ille quiſquis Pontifex, ſi natura ſit paulo humanior, tui nominis non renuet mentionem facere, cũ præſertim nullo pacto nunc poſſit occultari quod eas Inſtitutiones tu iuſſu Pontificum, & Curia Romana probante aliquando conſcripſeris: ſed quantulum tandem iſtud eſt, quod tantis à te exant latis laboribus, & incommodis acceptis tribuetur? Et ita ego futurum arbitror, & hac mea epiſtola apud te & omnes teſtatum eſſe uolo, atque ita eſt aliquid, quod ego præter cæteros de tuo laudatiſſimo libro ſentiam, Vale.

PIO

PIO PONT. MAX.

IO. PAVLVS LANCELOTTVS.

Iureconſultus Peruſinus. S.

PONtificij iuris Inſtitutiones proximis annis ſuperiorum Pontificum iuſſu & nos conſcripſimus & ſummi viri caſtigarunt, quæ quidem optandum ſane erat, ut ijs in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & ſcriptæ & reco gnitæ fuiſſent, vel ea ſaltem ratione quod auctores ipſi munera nobis gratiora ac pretioſiora facere conſueuerint, & ſæpe non tam quid, quàm à quibus accipiant homines ſoleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque cauſa fieri non ſinit; illud certe nulla ratione committi debet, ut iuris ſcilicet Pontificij Inſtitutiones ſub alterius quàm ipſius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia iura emanant. velut enim ab Oceano deducta flumina in ipſum tandem refluunt, ita hoc, quicquid eſt operis, quod totum de Romanorum Pontificum conſtitutionibus deriuatum eſt, ad ipſum Romanum Pontificem quaſi ad fontem propriũ redibit. Ad te autem eo iuſtius, quod magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum paraſti, exactiſſimam adiunxiſti iuris huius cognitionẽ. vnde perbelle nunc accidit, vt quæ facultas optimum te meliorem reddidit, & ad moderandam difficillimis temporibus Chriſtianam rempub. inſtructiorem, eam nunc tu contra cum Canonum conditor euaſeris, beneficium repẽdens meliorem ſis redditurus. Cuius rei non dubia iam apparent indicia, cum ad reſtituendos antiquos Chriſtianorum mores atque hæreſes extirpãdas, ſanctiſſimas quotidie conſtitutiones edere non deſiſtas, quę dubio procul Chriſtiano gregi non minus futuræ ſunt ſalubres ijs ipſis, quæ iuris Pontificij, quod nunc tenemus, libros implẽt. Ad illas autem inſtitutiones hæ noſtræ gradum forte rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo, nam ſi ita cõtingere ſenſerimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumem, fœlicemque ſeruet.

RVBRI-

RVBRICAE INSTITVTIONVM Iuris Canonici Primi Libri.

DE iure canonico ti.1.8.
De iure diuino, cõſuetudine, & conſtitutionibus, tit.2. 9
De eccleſiaſticis cõſtitutionibus, tit.3. 12
De iure perſonarum, tit.4. 16
De epiſcopis, & ſummo Pontifice, tit.5. 21
De electione, tit.6. 25
Qui eligere eligiue poſſint, tit.7
De poſtulatione, tit.8. 40
De confirmatione 42
De conſecratione 49
De receptione, & auctoritate pallij 52
De vita & honeſtate prælatorum. 54
De officio Archidiaconi 60
De officio Archipresbyteri 61
De officio vicarii. 62
De coadiutore 65
De corepiſcop. vſu ſublato 66
De translatione 68
De renunciatione. 72
De depoſitione ſeu degradatione 79
De ſacerdotibus in inferiore gradu conſtitutis 81
De ijs qui sũt in ſacris cõſtituti 84
De iis qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti 87
Communia tam maiorum, quam minorum ordinum 89
Qui promoueri non poſſint 95
De prębẽdis & aliis beneficiis 106
De collationibus 118
De inſtitutionib. & iure patr. 130
De clericis non reſidentibus 141
De regularibus ac monachis 144

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Secundi.

DE rerum diuiſione 157
De ſacramentis 158
De baptiſmo & eius effectu [161]
De ſacramento chriſmatis [170]
De pœnitentijs & remisſionibus. [173]
De Euchariſtia [180]
De extrema vnctione [184]
De ſacramento ordinis [186]
De ſacramento matrimonii [187]
De ſponſalibus [189]
De nuptiis 161
Quæ matrimonium impedire poſſunt 166
De triplici cognatione 173
De clandeſtina deſpõſatione 179
Qui matrimonium accuſare poſſũt, uel cõtra illud teſtificari 181
De diuortiis 182
De rebus ſacris, ſanctis, & religioſis 194
De conſtruendis, conſecrandis, & reparandis eccleſiis, & altaribus 199
De vnionibus eccleſiarum 201
De immunitate eccleſiarum, & ſubiectione 204
De cenſibus exactionibus, & procu-

cu-

curationibus 211
De capellis monachorum 215
De religioſis domibus 216
De ſepulturis 218
De canonica portione 242
De decimis 229
De rebus eccleſiæ alienandis, vel non 235
De peculio clericorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum 241

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Tertij.

De iudicijs, & illorum diuiſione 247
De procuratoribus 260
De pactis, & tranſactionibus 271
De arbitris 274
De in ius vocando 278
De dolo, & contumacia, & in poſſeſſionem miſſione 283
De libelli cōceptione, & oblatione 289
De exceptionibus, & replicationibus 291
De mutuis petitionibus 303
De reſtitutione ſpoliatorum 307
De litis conteſtatione 315
De iuramento calumniæ 320
Vt lite pēdēte nil innouetur 323
De probationibus 325
De ſententiis & re iudicata 350
De executione rei iudicatæ 358
De appellationibus 382
De reſtitutione in integrum 377

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Quarti.

De accuſationibus, denunciationibus, & inquiſitionibus tit. 1. 441
De duplici purgatione. tit. 11. 445
De ſimonia, tit. 3 447
De hæreticis, ſchiſmaticis, & apoſtatis, tit. 4. 454
De ſortilegis, maledicis, & ſacrilegis, tit. 5. 461
De furtis, tit. 6. 464
De vſuris, tit. 7. 466
De adulteriis, & aliis coniunctionibus illicitis, tit. 8. 412
De crimine falſi. tit. 9. 415
De homicidio, tit. 10. 416
De iniuriis, & damno dato, ti. 11. 417
De eccleſiaſticis cenſuris, tit. 12. 421
De ſententia excommunicationis, tit. 13 422
De eccleſiaſtico interdicto, ti. 14. 442
De ſuſpenſione, tit. 15. 446

FINIS.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER PRIMVS.

a IO. PAVLVS. In huius operis principio quædam ſunt prænotanda, videlicet q̃ ſit auctoris intẽtio, quæ materia, q̃ utilitas, cui parti philoſophiæ ſupponatur, quis modus agendi, & quis libri titulus. Intentio auctoris fuit ſcribere pro tyronibus librum ad faciliorẽ introductionẽ ad iuris Canonici cognitionẽ & ad ſimilitudinẽ Iuris Ciuilis. Putabat id cõuenire, vt ſcriberetur noĩe pontificio, vt claret proœmio & i j li. Cõmẽtarij, vbi de hoc latiſſime dicit.

Auctoris intentio.

IO. PAVLVS a LANCELOTTVS I.C. PERVSINVS,[b] IVRIS Pontificij candidatis.[c] S.[d]

Materia.

Materia ſunt omnes libri iuris Canonici hacte nus recepti, vnde hæ Inſtitutiones fuerunt deſumptæ & res in dictis libris contentæ.

Vtilitas.

Vtilitas eſt, quia his inſtitutionibus lectis & intellectis, facilius peruenit ad cognitionem iuris canonici, & ſic peruenitur ad ſcientiam diſcernendi inter æquum & iniquum, & reddendi vnicuique quod ſuum eſt. 12. q. 2. c. cum deuotiſſimam, & inſtit. de iuſt. & iure, §. iuris.

Cui parti philoſophię liber ſupponit.

Supponitur Ethicæ, id eſt, morali ſcientiæ, ſicut & alij libri iuris; vnde inquit Imperator hominũ mores tendimus corrigere, l. 1. C. de ſecun. nupt. & infra de vi. & hon. præla. per totum.

Modus agendi.

Modus agendi eſt tali proœmio propoſito ac p̃fixo diuidit auctor opus ſuũ in quatuor partes ſiue libros in prima parte poſtquam poſuit originẽ, & ex quib. cõſtat ius Canonicũ, tractat de perſonis, & eorũ officijs & beneficijs. In ſecũda tractat de rebus, tam ſpiritualibus quam tẽporalibus. In tertia de iudicijs ciuilibus. In quarta de iudicijs criminalibus, & de cẽſuris eccleſiaſticis, quas quis incurrit ob cõmiſſa crimina. & ſic terminat opus ſuũ diuidẽs illud in quatuor partes, unde verſus.

Perſonas nos, prima docet pars, reſq. ſecũda.
Tertia dat iudices, crimina quarta promit.

Quaternarius numerus.

Eſt autẽ quaternarius numerus ſm pithagoricos, inſignis & nobilis. Hinc copula coniugalis eſt reſtricta vſq. ad quartũ gradũ: hinc quatuor elementa quatuor ſunt in corpore humores, quatuor cæli plagæ, quatuor anni tẽpora, quatuor vẽti Cardinales, & ſubſtãtia eſt quadripartita, cũ alia ſit corporalis tñ alia vegetatiua, alia ſenſitiua, alia intellectiua, & nomẽ Dei tetragrãmaton. i. quatuor litterarũ, & ex quaternario oritur Decas, nã vnũ. duo tria, & quatuor producũt decẽ: q̃ decas eſt omium rerũ generaliſſima de qua p. Tiraq. de pœn. § 1. gl. 4. ſuper verbo per decẽ annos, & per H. dige. ſect. antiq. li. 12. c. 9.

Decas.

Inſtitutiones.

Titul.[9] eſt & operis inſcriptio, inſtitutiones iuris Canonici, quia ſcilicet his iuuenes ad perdiſcẽdum Ius Canonicum inſtituuntur & ordinantur. Sunt enim inſtitutiones, præceptiones ac elementa quædam, ſiue diſciplinę cuiuslibet elementa, alias autem verbum inſtituo varie ſumitur, ut not. inf. de inſt. in rub.

b Peruſinus. ideſt, de peruſia, quę eſt antiquiſſima & inter primarias Ethruriæ ciuitates, peperitque ſemper viros belli ca laude, & vtriuſque iuris ſcientia inſignes, alijſque innumeris dotibus eſt conſpicua. Ideo autem ſic expones quia non ſequitur neceſſario. Appellatur Peruſinus ergo eſt de peruſia, ſola enim nominis ſimilitudo non eſt ſtatis ad confirmandum cuiuſque originem. leg. fin. §. penult. ff. ad municip. de quo late per Legiſtas in rub. ff. ſolut. matrim. qui ex ho. inferunt ad multas quæſtiones. Et hinc ideo adiecit auctor ad deſignandam ſuæ familiæ & agnationis diuerſitatem ab ijs, quæ eiuſdem nominis Lancelottorum reperiuntur Romę Mædiolani, Florentiæ reſpecti & forſan etiam alibi.

Peruſia.

c Candidatis. ideſt nouitijs ſcholaribus. Et ſic not. quod, hic liber non eſt ſcriptus doctoribus prout liber Gregorianæ cõpilationis, & liber Sexti, & Clementinarum. Sic & Iuſtinianus inſtitutiones ſuas cupidæ legum iuuentuti nuncupauit non autem iure conſultis conſummatis. Appellat autem candidatos huiuſmodi nouitios, ſumpta translatione ab his qui ad magiſtratum aliquem apud Romanos adſpirabant, qui per comitia induti toga candida, ſuffragatores rogando, & obſecrando incedebant.

Candidati.

d Salutem. Solet autem dubitari apud Rhetores, an ſalutatio ſit pars epiſtolæ, ut non an proœ. Sexti libri argum. quod non Clemen. ſi ſummus, §. s. de ſen. exc. Putat autem plato, ſcribens ad Dionyſiũ, dum ad amicos ſcribimus, in inſcriptione epiſtolæ non gaudere, ſed bene agere ponẽdum eſſe, ſed certe qui ſalutem precatur, bene agere precatur. Sed quid operatur ſalutatio? Reſp. ſi ſimus in priuato, operatur remiſſionem iniuriæ. Bald. in l. 1. ff. de lib. & poſthu. c. omnis. 24. q. 2. Sic contra, non ſalutãs prius ſalutare ſolitus inimicus præſumitur, no. in c. cum Adrianus, diſt. 71. & per Abb. in ca. an hoc s. de appell. & tamen c. cum ſuper de offic. de leg. & in c. repellantur, de accuſat. Salutatio autem Papæ dicitur remittere peccata uenialia, ſecundũ Abb. in proœ. Decre. in ult. not. vbi de hoc late habetur. Conuenit autem ſalutandi officium tam maioris erga minorem, quam p. ri erga parem. l. Publ. §. Titius. l. Quintus Mutius, ff. de poſt. l. Domitius, ff. de teſta. quin etiam inferior erga ſuperiorem, excepto principe, qui ab inferiorib. non ſalutatur, exceptis paucis, quibus id ut priuilegium conceditur, de quibus in l. 2. de prox. ſacr. lib. 12. & in l. 1. C. de ſilent. cod. lib.

Salutatio an pars epiſtolæ.

Bene agere.

Salutatio quid operetur. Salutare ſolitus non ſalutãs p̃ſumit inimicus.

Salutatio Papæ.

Regulariter princeps ab inferioribus nõ ſalutatur.

A PROOE.

P R O OE M I V M.

Ponit ſimilitudines, quæ ſunt inter libros Iuris Ciuilis & Iuris Canonici, h. d. in ſumma.

Libros [a] iuris Pontificii [b] diligenter [c] intuentib. facile [d] apparebit eos ad quandam imitationem illorum qui in iure Ciuili extant, fuiſſe conſcriptos, atque digeſt. Nam ut illi Romani Imperatoris, [e] ſic hi Rom. Pōtificis auctoritate [f] potiſſimū [g] nitūtur. ac velut illi Romanorū Imperatorū conſtitutionib. [h] Senatus aliorumq. magiſtratuum placitis [i] & iurecōſultorū reſponſis [k] cōſtant, ſic in hos Pontificū itidē Romanorū ſanctiones [l], actorum conciliorum decreta, [m] & ſanctiſſimorū virorum haud diſſimili ordine congeſtæ ſententia [n] conſpiciuntur. Quæ omnia tam pari poſtmodum ſtudio poſteritas amplexa eſt, & tam eodem ſtylo [o] interpretata, ut inter bonas artes nullæ proſus ſint,

P R O OE M I V M.

Diuiſio prœmij. a Libros Hoc prœmiū diuiditur in tres partes principales, in prima ponit probabilis quædā admiratio auctoris ſuper eo, quod nullæ antea extarent Iuris Canonici inſtōnes, excuſanturq ueteres Romani Pōtifices φ illas non cōſcripſerint, uel cōſcribi curauerint, in ſcd'a ponit initiu & progre ua huius incho ti, & pfectio pens, in tertia librū ipſū iuris ſtudioſis offert Secunda incipit ibi. Sed hæc not. Tertia ibi: Accipite igitur Rurſus prima pars ſubdiuiditur in tres, in prima ponitur magna ſimilitudo librorū iuris Ciuilis & iuris Canonici Inſecunda admiratio auctoris, in tertia, excuſatio Romanorum Pontificū: ſecunda ibi: Non parua tertia ibi: Sed veteribus.

Qui ſint libri Iuris Canonici extrauagantes. b Iuris Pontificij Sed quinā ſunt hi libri? Reſpon. compilatio Gregoriana demandata Raymundo. Item liber ſexti compilatus a Bonifacio Octauo, opera Richardi Malūbri. Item liber Clementinarum. Sed an Extrauagātes? De his quæ ſunt in corpore iuris inſertæ, nō eſt dubitandū quia & hæ librū cōſtituunt, cæteræ uero quāuis in dubiatæ & publicatæ, licet ius faciant, ideo ſnīæ contra illas latæ ſint nullæ ipſo iure, ſm Butr. in c. 1 & c. cum inter. de re. iudic. & per Bal in l. 2. C. qn prouo. nō eſt nec, & late per Pauin. in prælud Extrauag. non poſſunt tamen dici de libris Iuris Canonici, ſ. cum vagentur extra nec ſint certo volumine concluſæ: idem & multo magis dicendum eſt de regulis Cācellariæ, cum illæ nec ſint incorporatæ, nec perpetuæ, prout eſſe debet natura legis. Sed quare iſtæ Extrauagantes appellantur bullæ? Reſpond. Forte quia ſunt breuiſſimæ uitæ ſicut bullæ, quæ fiunt in aquis, vnde & dicimus, homo bulla eſt, hoc eſt breui viuens tempore, cum Pontifices Romani facile eas ſoleant renouare, immutare, & de medio tollere. liber autem Decreti videtur iam diu cæteris libris iuris canonici aggregatus & adiunctus, licet de eius auctoritate varia tradantur per doct. varijs locis, præcipue in cap a de conſtit.

Regulæ Cancellariæ Bullæ cur ſic appellātur.

c Diligenter, Exponitur hoc verbum, ſecundum ſubiectam materiam, ſecundum Corſet. in ſuo ſingulari, ſuper verbo diligenter & iſte Intuitus refertur non magis ad corporalem uiſum, quā ad oculum intellectus, & ſubtilem modum inueſtigādi.

d Quam graui. & c. licet. de crim. fal.

Diligentia inducit facilitatem. e Facile. Argu. quod diligentia inducit facilitatē, quod no. pro ſcholaribus, qui conqueruntur de difficultate ſcientiarum.

f Imperatoris In quem populus Romanus omnē ſuam poteſtatem tranſtulit. l. 1. ff de conſtit princip. l. 2. §. nouiſſime, ff de orig iur. § ſed quod principi. inſtitu. de iu. nat. gen & ciu le. 1 §. cum enim antiqua C de iu. ver. enucl hodie tamē poteſtās Imperatoris non eſt a populo Romano ſed ab eccleſia, ut traditur cōmuniter I c. nouit de iud & in c. licet de fo. compe. & not. inf. de iud. §. 1 in verſi. reguntur.

Poteſtas Imperatoria ab eccleſia.

f Auctoritate. Id eſt, iuriſdictione & poteſtate; alias autē auctoritas eſt opinio qua quis imitatione, vel imitari digna reputatur alias ſimplex aliquid aſſerentis testimonium.

g Potiſſimū Id eſt potiſſimum quia licet quædā ſint in libris iuris Pōtificij quę paruā auctoritatē habent, vt puta quædam dicta ſacræ paginæ, vt in c. 1. a & 3. de præſumpt cum multis alijs, itē quædam dicta ſanctorum, vt in c. a. de pari. & ca. 1. de donat & alijs pluribus, plurima tamen conſtanti, quæ a Romanis Pontificibus profecta reſponſa, & conſtituta fuerunt, inter quæ & ſtatuta in concilijs ſunt reponenda, nec enim ea habent auctoritatem, niſi quatenus a Papa reperiuntur approbata, ſa. infra de eccl conſtit. per totum.

h Conſtitutionibus. De hoc verbo dic. ut no. infra de iu. diu. cōſue. & cōſtit §. pe. alias §. conſtitutio.

i Placitis Ideſt, ordinationibus, alias placita litigia, ſiue iudicia dicuntur c. placita 15. q 4 cap. 1. de fer cap. 1. de immu. eccl. e. a. de cle pug. in duel. Itē placitum dicitur pactum, ſiue conuentio, cap. 1. de aur l. ex placito, C de re. permu.

Placita.

K Reſponſis, §. conſtat, & §. reſponſa inſtit de iu. nat gent. & ciuil.

l Sanctiones. Large ſumas hic verbum ſanctiones pro qualibet ordinatione vel decretali epiſtola; proprie tamen ſanctio dicitur quæ pœnam irrogat. l. ſanctio. ff de pen §. ſanctæ, inſt. de re. diu. & de hoc not. in proœ ſeorſum & per Anch in c. ſtatutum, in prin. de reſcr. in 6.

Sanctiones.

m Decreta. Quæ ſpecialiori nomine canones nūcupantur decreti enim verbum latiſſime patet, ut per doct in rub de conſt. & in l. nec quidquā §. vbi decretum, ff. de offi proconſ.

n Sententiæ. Quæ leguntur potiſſimum in libro Gratiani, quem decretum appellamus.

o Stylo ordine, & modo ſcribendi, alias ſtylus eſt ſtatēr conſuetudinis, ut per doct. in l. de quibus

ff. de

ff.de legib.& c.ex litteris,de conſt.
a Hinc. Id eſt ſtante in cæteris, tam magna inter vtrunque ius ſimilitudine.
b Certos libros Quj ſunt quatuor.
c Elemēta. Prima principia, ſicut enim prima principia rerum corporaliū ſublunariū: ſ. ignis, aer, aqua, & terra vocantur elemēta, & ex his omnia componūtur, & in hæc omnia reſoluuntur, ſic prima principia ſcientiarū elementa vocamus, §. pe. in authen. vt præp. nomen Imperatoris.

ces ad ius diuinū, & auctoritates S. paginæ, nā alia fundamēta iſtius iuris ſunt in libris S. paginæ, & in iure diuino, vt infra de iu. diui. cōſne & cōſt.
K Defectu Quaſi dicat Quemadmodum ſculpere & effingere volens ſtatuā non poteſt id facere, Ioā. Bapt.

que tanta ſimilitudine ſeſe inuicem contingant.

Mirum eſt quod non fuerint hactenus compoſitæ inſtitutiones Iuris Canonici h.d.

Non parua hinc [a] nos interdum cœpit admiratio, quanam ratione contigerit, vt veluti Imperatorio noīe Cæſarei Iuris in certos libros [b] redacta ſunt elementa [c], non ita ēt ad vſum ſtudioſæ iuuentutis ad Ius Canonicū ab ipſis Pontificib. cōpoſitæ Inſtitutiones reperiantur, cū id, ſi vt quidē nunc eſt, contemplemur, ædificij cuiuſdā referat ſpeciē ianuis, atq; oī propemodū [d] aditu carentis, & vna hac tātū diſſimilitudine à iure ciuili ſeiūgatur. Accedit, ꝙ cū nemo [e] ſit mortalium, qui glorię cupidine [f] nō tāgatur, hoc nō ſine magna ſua laude [g] facturi videbanť.

Excuſat ueteres, & recentiores Pontifices à nō confectione inſtitutionum, h.d.

Sed veteribus [h] quidē facilè id ignoſci poterit, in iacēdis, & ſtruēdis huius Iuris fundamētis [i] videlicet occupatis, & quaſi materiæ defectu [k] impeditis: At recentiorib. eius facultatis tractatib. ad iuſtū corpus [l] excreſcentib. Inſtitutiones inde elicere, & quaſi de rudi marmore [m] ſtatuæ cuiuſdā effigiem ducere non difficile fuiſſet, & quæ noſtrorū eſt fœlicitas tēporum, non modo in ea re illuſtrium virorum [n] opera vti, verum etiam per ſe id præſtare nonnulli [o] potuiſſent.

Excuſat ueteres à nō confectione inſtitōnum, h.d

Sed & horū quidam uitæ breuitate [p], quidā multiplicium hæreſum, bellorumq; tam ciuilium [q], quā externorum [r] procellis facile excuſari poſſunt. Quis.n. in ſacri Apoſtolatus faſtigio [s] vniuerſæ eccleſiæ præſidēs, atque orbem ipſum principū [t] diſcordiis fluctuantem, bellorumq; incendijs æſtuantem circumſpiciēs, ad otium litterarium [u] variè

Elemēta.

d Propemodū. Philoſophorū tēperamentū, quia ꝓ auditu ad ius Canonicū antiq rus vtebanť ſūma Goffr, vel Hoſt. ſed hę ex plurib cauſis non multum adiuuāt ſcholariū in Iure canonico nouorū ſtudia, vt late ediſſerit idem auctor in ſuo cōmētario lib. 3. ante fi. verſi. ſed neque Hoſt.
e Nemo. Etiā illi ipſi, qui de cōtemnenda gloria libr. ſcripſerunt, qđ patet, qa ſui libri nomē ſuum præſcripſerunt, vt teſtatur Cice.
f Cupidine. Iuxta illud, ſola animū mentemq; perlutis gloria, & eſt gloria frequēs de aliqua re famoſa cū laude, ſecūdū Tulliū in Rhetoricis, vel clara cum laude notitia. An autem appetitus gloriæ inanis ſit peccatum mortale habetur per S. Tho ſecunda ſecundæ, qō. cxxxij. artic. 1.

Gloria.

g Laude Quæ eſt virtutis præmium.

niſi habeat marmor, vel aliā materiā, in qua poſſit ſtatuā effingere, ſic veteres Romani Pōt. nō potuerūt ex li. iur Ca. q nulli extabāt, elicere īſtitutiones.
l Corpus. Qđ hodie apparet conſtitutū & cōflatū cōpilatione Gregoriana, libr. Sexti, Clem extrauagantib. & lib Decreti, vt no. ſup. in prin.
m Rudi marmore Cōparat libros Iuris Canonici rudi marmori, quia non continēt methodum. nam Ro. Pontif. fuit in eis componendis propoſitum principaliter, nō vt docerēt vel inſtituerēt diſcere uolentes, ſed vt cauſas terminarent, & legales ferēt, ꝙ proſequitur idē auctor in ſuo commentario, vbi latè uidendum.
n Virorū. Qualis fuit And. Alciatus & ei⁹ adoptiu⁹ filius, & ampliſſim⁹ Card. F. ā c. Alciat.
o Nōnulli. Vt forte Iulius III. Pius IV. & Greg. XIII. qui omnes fuerūt I.C. eximij.
p Breuitate, vt fuit Pius III. & Marcel. II. & Vrbanus VII. qui menſem in Pontificatu nō compleuerunt.
q Ciuilium Ideſt Chriſtianorū īter ſe ut infra de iure diuino, verſ eſtigitur. Fideles.n ſūt inter ſe conciues Chriſtianæ Reip,

h Veterib. Vt ſunt Inn. III. Alex. III. Clemens II. Honor. III Greg. IX. Bonifacius VIII. Clemēs V. & alij plures, quorum hodie nomina leguntur in libris Iuris Canonici.
i Fundamentis Referas hoc potiſſimū ad iura poſitiua, & ad declarationes factas per Rom. Pontifi-

r Externorū. Puta Turcarum, & Barbarorum infidelium,
s Faſtigio. Ideſt, dignitatem atque honorum culmine, iuxta not ꝑ Arch. in c. ordinationes, diſt. 59.
t Principum. Qui veniant appellatione principū, no in cle 1. de baptiſ. & eius effectu.
u Otium litterariū. Quod animi tranquillitatem

expoſcit, iuxta illud.

Otium. *Carmina ſeceſſũ ſcribẽtis, & otia quærunt.*

Et Cicer in Rhetoricis: Negotijs fam illarib. impeditis vix ſatis otiũ ſtudijs ſuppeditare poſſumus: Opponit, & otiũ bello, Cic. in Ver. Cũ bello fugitiuorum tota Italia arderet, Norbanus ĩ ſummo otio fuit. Et appellaĩ hmõi otium litterarũ, otium ignobile p Virgiliũ, in fine libri quarti Georgicorum, ibi.

Me dulcis alebat Parthenope ſtudijs florentẽ ignobilis otij

Quod eſt fortè verũ de ſtudio Poeticæ artis, nõ aũt Iuris Põtificij. Alias aũt otiũ inſuperabile eſt & dãnoſũ vnde Seneca: otiũ inquit, ſine litteris mors eſt, & via hominis, ſepultura. Et idem: Non eſt viri timere ſudorẽ, & generoſus labor nutrit.

agitatum annum facile poſſit appellare.

Ponit de mandato Pontificis accepto, & fœliciter conſummato, h.d.

Sed hoc nos [a] parum aliquando perpendiſſe videri poſſumus nã cum in aula Romana difficillimis tẽporib. [b] degeremus, de inſtitutionibus iuris Canonici Põtificio noĩe conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus, & quamuis minus fortè opportunè, de his ĩñ conſcribendis ab eodẽ mandatũ accepimus [c] & quãtum in nobis fuit, ẽt expleuimus. Si quidẽ intermiſſo superiorib. annis prælegãdi ac patrocinãdi munere, impenſæ operam dedimus, vt per nos hmõi inſtitutiones cõponerentur, quæ, vt pontificio nomine exirent, non indignè iudicarentur, quod quidẽ ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimũ ſummorum virorum probauit teſtimoniũ, [d] vt illæ iamiam de manu Pontificis in manus veſtras vinturæ credantur.

a Sed hoc not. Hic incipit ſcd'a principalis pars huius proœmij, quę ſubdiuidit in quinq; alias particulas: In prima recẽſet initiũ, & progreſſũ cõpoſitarũ à ſe Põtificio noĩe inſtitutionũ: In ſcd'a, q̃ incipit ibi Sed vſq; adeo indicat, cur huius modi inſtitutionib. non fuerit ſuprema manus impoſita. i. nõ exierint noĩe Põtificio. In tertia, q̃ incipit ibi. Ergo ſi cur excuſat ſe à temeritate, q̃ librũ Pontificio noĩe ſcribere fuerit adortus. In quarta quę incipit ibi. Sed hæc oĩa. cõſolatur ſeipsũ, q̃ multos labores, vigilias, & obtractiones quaſi fruſtra ſubierit: in quinta, & vltima, quæ incipit ibi. Accipite igitur, quas inſtitutiones ſtudioſis iuris Pontificij, quaſi de manu in manus exhibet.

b Tpib. Hoc ideo dicit, quia circa illa tpe exarſit bellũ inter Ro. Pontificem Paulũ IV in minorib. Io Petrũ Caraffam nuncupatũ, & regẽ Neapolitanũ, qui erat Philippus de Auſtria, filius Caroli V. Imperatoris, cui pr ipſe Carolus regnũ illud viuẽs reſſerat qd bellũ multa incõmoda sũt conſecuta.

c Accepimus. De quo late dicit auctos in ſuo Commentario lib primo

d Teſtimonium. Quod deſcripte ſummo Pontifici fecerunt, & eſt huiuſmodi.

Beatiſſimè pater, cum S.V nobis iniunxerit vt inſtitutiones Iuris Canonici iuſſu ac nomine S.V. cõpoſitas uideremus et excuteremus. Primum uniuerſum opus ſinguli perlegimus, inde certis diebus in unum locũ ſimul ſæpius cõuenientes, rebuſq; inuicem communicatis, ea, quæ, vel immutãda, vel addẽda, vel reſecanda uiſa fuerũt, pro tenuitate iudicij noſtri immutauimus, addidimus, et reſecauimus Auctoremq; ipſum, qui nobis non contẽnendo ingenio et eruditione præditus uiſus fuit, exactiſſima operis abſoluẽdo diligẽtiã adhibuiſſe multis argumẽtis cõperimus librũ itaque iudicamus eũ neceſſarium, tũ ẽt bene ordinatũ, ac digeſtũ, cũ uniuerſa prope quæ Põtificij iuris libris ſparſa cõſpiciũtur certa via & ratione, cõpẽdioſaq; breuitate complectatur. Et verè niſi nos fallit opinio, ab omnib. cõmẽdãdum erit propoſitũ, ac inſtitutũ S.V. quaſi ſibi diuinitus inſpiratum. Cũ non minus gratum futurũ ſit hoc opus iuris Pontificij ſtudioſis, quam ſint inſtitutiones Iuſtiniani nomine cõpoſitæ, iura ciuilia profiteri volentib. exiſtimauimus tamen, neque omnino quantũ fieri poteſt anſa detur, & occaſio nouis altercationib. quas interdum nimis anxiè diligẽtes moroſa curioſitate excitare conſueuerũt, forte non abs re eſſe ſi nonnulla inſerantur Proœmio quod ipſi operi. B V præfigẽdum duxerit, de quib. cum primum commode fieri poterit, ut ſuo nos dignetur alloquio, pluribus diſſeruimus, omnia tamen ſapientiſſimo iudicio B.V relinquẽtes. cui quanto maiores poſſumus gratias agimus quod nos qui tanti nos non facimus, dignos putauerit quib. tam arduum negotium cõmitteret. In quo ſi quid deſecimus id totum noſtræ imbecillitati adſcribere dignetur, non quod omni diligentia & ſtudio nam ad exequenda mandata S V. ſæpè paratiſſimi. vt debemus, non fuerimus, quam Deus Opt. Max diu nobis incolumem fœlicemq; eſſe ſupereſſe uelit.

B.V. humiliſſ. ſerui Fabius Acorãb Rotę Decanus, Iul. Orad Rota Aud. Ant. Muſſa.

Sunt

Ponit quinque vel ſex cauſas, quibus factum eſt vt liber non exierit nomine Pontificis, h.d.

Sed vſq. adeo [a] poſtmodū, cū Romæ ob eam vnā rē diu fuiſſemus,. ſupremæ manus impoſitio differebatur, vtq grauiſſimis, ac multiplicib. vndiq ad ſedē Apoſtolicā confluentib. negocijs [b] admodum ſenē Pontificē, & natura ipſa, ut aiebant, ualde cūctatorem, [d] diſtentū fuiſſe, ignorauerit, magnā il lo tempore in cura rerū harū incuriā fuiſſe facile ſuſpicari potuerit. Itaq diutius ſuſtinere nō valētes, in patriā cōceſſimus Pōtifex paulo mox in fata. [e] Sed hæc Cōmentatiolo [f] ſufficiat nos aliqn̄ fuiſſe complexos.

Nō poteſt temerarius dici qui obtemperat principi, & cuius acta approbantur à magnis viris.

[g] Ergo ſi &cui forte audētiores viſi fuimus, qui tantam rem aggredi, tam imbecilli auſi fuerimus, maximis auctoribus, atq. a Deo mandāre ipſo Pontifice, hanc temeritatis culpā redimere poſſumus, vel certe id non impune tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impenſas, atque inuidorum obtrectationes, [h] neſcio an dicam, fruſtra am ſuſtinuimus, vtinam non amplius ſubituri

Latus in ore proprio.

Sunt, & aliorum magnorum in eadē ſnſam uirorum teſtimonia, de quibus libro 2. commentarij late habetur, quamuis autem dici conſueuerit, laudem in ore proprio ſordere vbi tamen laudes ſunt notoriç, de eis meminiſſe non eſt uituperabile. Io. de Pla in l.s. C. de pro ſeſſ qui l vrb. Conſtant libr. 12. vnde illud.

Sū pius Aeneas fama ſuper æthera notus.

a Vſq. adeo Hoc paragrapho breuiſſime inſinuat auctor cauſas, quibus factum eſt, vt liber non exierit Pontificio nomine, quç ſunt quinque, vel ēt ſex, remittens ſe cōmentario ſuper ea re a ſe compoſito.

b Negotijs Primū impedimentum multitudo negotiorum.

c Senem. Secundū impedimentū magnū Pontificis ipſius ſenium.

d Cunctatorem. Tertium impedimentum ex tarditate naturæ ipſius pontificis.

e In fata Quia ſtatim fere p̄t diſceſſū auctoris ab urbe, Pontifex cuius cā fuerat hic liber ſcriptus mortuus eſt qui p̄t pro ſexta cā numerari, cum ēt, ſi poſtea aliæ quinq; ceſſauiſſent, non propterea magia ad finem potuiſſet res perduci.

f Commentariolo Scilicet libro primo dicti commentarij ubi habetur plena hiſtoria.

Ergo ſignū cōtinuatiuū.

g Ergo. Continuatiuum ſignum non autem illatiuum hoc loco, ſicut & in l. ſi ergo, ff. de ſer ruſt. præd & l ergo, ff. de fideicom libert. & ibi not. aliquando eſt inceptiuum, conueniens indignationi, ut in illo Auguſti carmine:

Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis,
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in
ignes, &c.

Regulariter tamen eſt illatiuum.

De inuidia late.

h Inuidorum obtrectationes. De quibus late commentarium lib primo, & libro tertio. Et quia morbus iſte inuidiæ eſt quotidianus, & male cognitus & pernicioſiſſimus, uideamus qd̄ ſit inuidia, quō differat ab odio, quis ſit eius effectus, vel natura, quomodo extinguatur, vel ſaltem minuatur

Inuidia quid.

a Populares. Argu. quod populi appellatione non continetur clerici. capit. ſi ſententia, de ſentent. excom. in 6 & in c. quod ſicut, in ſi de elect. & capit. fin. de fer. & in cap. ex parte, 1. de priuil. & in pluribus iur. in quibus populus & clerus ponuntur tanquam diuerſa & hoc ī materia ſtricte, & odio ſatis poteſt admitti. & ſic limitat §. plebiſcitum inſt de iur. natu. gen. & ciuili, vbi appellatione populi et Patritij veniūt, ſm abbas in c. 1. de uit. & honeſt. cler. Procedit enim. Id ī his, quæ ſunt eiuſdem profeſſionis. Sed de hoc dicendum eſt ut pleniſſime hř I ca. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. Sed an Imperator & Rex ueniant appellatione laicorū? Et non videtur cum iungantur c. vnic. de ſacr. vnct. Tu dic contra, ut per abb. in ca tua, 1. de decim & in c. dudū, eod 11. Vnde autem dicantur laici, itē unde clerici, l. habes 12. q. 1. c. duo, & in ca. cum ſecundum, de præbend.

ANT. TIM. Laici, id eſt, populares apo tu laós, quod eſt populus in multis autem differunt laici & clerici, nam ſicut diſtinctæ ſunt perſonæ ita diſtincta obtinent officia, multa enim conferunt clericis, quæ laicis non conueniunt, ut diſputare de fide, quæ ſi faciant excommunicantur, cap. quicumque, §. inhibemus, de hæret. lib 6 Verum pro huius rei reſolutione vide quæ ſimiliter determinat Caiet. in S Thom. 2. 2. quæſt. 10 arti. 7. Si enim ſit laicus doctus utique poteſt diſputare. Licet n. contra verba legis faceret, contra intentionem tamen legis manifeſtum eſt. quod non faceret, vnde incurreret excommunicationem Ita etiam prædicare, c. ſicut in uno corpore, de hæret. & leg. nemo, C. de Summa Trinit. & fid. cathol. Recte hic ab auctore deſcribuntur clerici. Dicuntur autem clerici apò tu clyros, ſora Latinè, quia ſunt de ſorte domini. Vide S Hieronym. epiſt ad Nepotianum, tom. 1. & Magiſter in quarto ſententiar diſ. 24 quibus multa competunt ex officio multa etiam eis prohibentur a ſacris canonibus, laicis conceſſa, vt nutrire comam, & Barba. in c. ſi quis, cap clericis de vit. & honeſta cle. prohibentur & eis duo colores, rubeus, & uiridis, in c. clerici eod. tenentur portare conſuram habitum clericalem de ſuper, nec nimis longam, nec nimis breuem, & multa alia quæ non eſt facile, enumerare, vide multa apud Bar. Faranſium ſeu Armi. in ver. clerici, §. 10. & toto tit. de vita & honeſt. cler.

b Conuenit. Vnde licet & clericis pleraque ſint licita quæ permittuntur laicis, puta temporalia poſſidere, cauſſas agere, & inter virum & virum iudicare, magis tamen conuenit ab omni ſtrepitu ceſſare, ne talibus curis auocentur a diuinis. 13. q. 1. cap. duo, vbi archid & 11 q. 1 ſe quidem, & cap qualis diſt. 25 & ca. diuerſis, de cler coniug.

c Intelligimus. Nā cognito vno de contraijs, &c. inſtitu de tutel. in prin. & de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. in prin. &c. traditur in rub. ff de acq vel amit poſ.

d Horum. Hæc diſtinctio totum ſerme librum, hunc primū complectitur.

e In ſacerdotio. Vt epiſcopi & presbyteri.

f In ſacris. Vt diaconus, & ſubdiaconus.

g Nec in ſacris. Vt conſtituti in minorib. ordinibus. Sed imo videtur, quod quilibet ordo ſit ſacerd. & ob id etiam conſtituti in tantum in minoribus ordinibus poſſint dici conſtituti in ſacris, vt 1 q 1 § quælibet, & 28. q 1 c. nullus, & per Arch. 6. q. 2. in c. infames. Sol. quod large tales dicuntur conſtituti in ſacris, ſecus ſtricte accipiendo, vt per Ab c. clerici, ne clerici, vel monachi. faciunt quæ no. 32. di. in ſumma.

h Vel ordine. Vt ſunt epiſco, ut in tit. ſeq. in prin Nec fuit contentus auctor verbo, gradu ſed adiecit de ordine, inhærendo traditionibus Canoniſtarum, potius quam Theologorum qui tenent epiſcopatum non eſſe nouum vel diuerſum a presbytero, ut per Magiſt. ſent. lib. 1 diſt 4 & per Ab poſt ant. quos, in c. poſt tranſlationē, ante ſi de renunc. & per Archid Flor in ſ a ſum in ti. de ordine, ver. de epiſcopatu, & Canoniſtæ tenent, epiſcopatum eſſe ordinem de per ſe, & characterem imprimere, vt traditur per Innoc. Abb & alios, in ca quanto, de conſue & in cap pen. de conſe eccl. vel glta. Poſſea de hoc concordando dicere, ut per Cardin. Aræcæl. in lib. de ſacram., c. 54. & per Doct. in proœ. ſexti.

ANTO. TIMO Pro opinione Theologorum vide quæ recte concludunt S. Thomas in quarto ſent. diſt 24. & in 3 par. in quæſt addit. quæſt 40. art. 4. & 5. S. Bonauent. diſtinct. 21 quæſt. 3. & Durand q 6.

i In inferiore. Vt ſunt presbyteri.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE EPISCOPIS ET SVMMO Pontifice. [a]

TIT. V.

- *Epiſcop.*
  - Epiſcoporum ordo triplex,
    - Patriarcha: Qui; Nomen; Auctoritas
    - Archiepĩ: Qui; Auctoritas
    - Epiſcopi: Qui; Nomen; Auctoritas
  - Summus Pontifex. (Poteſtas ſumma.

Epiſcoporum ordo eſt tripartitus, h.d.

IN altiori gradu conſtituti ſunt Epiſcopi. Eſt autem Epiſcoporum ordo [b] tripartitus, [c] alij enim ſunt Patriarchæ, ſiue Primates. Alij Archiepiſcopi. Alij ſimpliciter Epiſcopi.

Patriarchæ primũ poſt Papam locum tenent.

Patriarchæ ſunt, qui primum poſt Romanum Pontificem [d] tenent locum, quales Cõſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, Antiochenus.

Patriarchæ unde dicti, & quæ ſit illorum auctoritas. h.d.

Appellãtur aũt patriarchæ, quia ſũmo hoc

DE EPISC. ET SVMMO PONTIF.

Supra, § fi. in fi. tit. prox. propoſuit autor ſe velle prius tractare de ſacerdotib. altioris gradus, ideo proponitur modo iſte titu. in quo ſacerdotes iſti

Ioã. Bapt. explicãtur. Diuiditur autem in duas partes princip. in prima declarantur, Epĩ: in ſecunda ſum. Pontifex ſecunda, ibi, ſicut aut: prima adhuc diuiditur in tres partes, in prima hĩ Epõrum diuiſio, in ſecũda diuiſionis declaratio in tertia ſoluĩ dubium, ſecunda ibi, patriarchæ, tertia ibi, quod autẽ.

DE EPISCOpis & Summo Pontifice. a

POntifice. Sed cur ſeparatim inſcribit, & meminit de ſũmo Potifice cũ Roman⁹ Põtifex ſit etiã ipſe Epĩs, & appellet ſe epm ut apparet ex proœmio tã Gregorianarũ, q̃ ſexti Rñ ad ſimilitudinẽ verborũ dñi cũ dixit Dicite diſcipulis eius & Petro, cũ .n. cæteros præcellat, ut §. fin. inf eo. c. diſt. 22. & 22. per totum, fuit dignus ſpeciali nota, argu. l. item apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniur. Similis eſt inſcrip. C. de ſer. & aqua.

Ioã. Bapt. In altiori gradu CASVS non figuratur, ſed notãm. diſt. quia prælati quib. regitur orbis Chriſtianus conſiderantur aut reſpectu totius orbis, & ſic datur ſum. Pont aut reſpectu maioris partis, & hĩc Patriarchæ, aut minoris partis, & hinc archiepĩs, aut ratione partis minimæ. & hinc epiſcopus.

b Ordo. Id eſt, numerus, claſſis, qualitas, vel conditio, nec. n. hic intelligendum eſt de ſacramento.

c Tripartitus. Immo quadripartitus, ut per Magiſtrum ſent. lib. 4. d. 24 in fi. & c. cleros §. ordo, d. 21. quæ ſunt contra Sol. ſm quoſdam, q ſtrictè ibi accipit Patriarchas pro illis tantum quatuor de quibus fit mentio, cum tã etiã cæteri Primates rectè dicantur Patriarchæ, vt diſt 99. in princi. & cap 1. vbi dicitur, quod Primates, & Patriarchæ, diuerſorum ſunt nominum, ſed eiuſdem officij, & vnam formam tenent, licet diuerſa ſint nomina fac. c. vrbes, d. 80. & c exigit & ca. fælicis, de pœn. arg. contra in l. ſi idem, C. de eod.

Patriarchæ. Hæc pars ſubdiuiditur in tres particul. in prima explicantur patriarchæ, in ſecunda archiepiſcopi, in tertia Epiſcopi. Secunda ibi, archiepiſcopi; tertia ibi, ſimpliciter aũt quoad primam partem. CASVS ita figuratur. Quidam Patriarcha non tantum uolebat primum locum poſt ſummũ Pontif. verum etiam appellationes, audire ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis factas, ac crucem ante ſe ferri per omnes eius prouincias, unde fuit quæſitum, quid iuris. Cardinales enim ſe opponebant per ca. bonæ memoriæ, de poſtul. prælat. el 1. & archiepi, per l. Imperatores, ff de appel. Sol. tamen ut hic dicitur per id quod ex cã diſt prælatorum ſupra fuit adnota. Non obſtant obiecta, quia præd ca. bonæ memoriæ, quo ad hanc materiam diuerſimode a Doct interpretatur cum inter eos ſit quæſtio de illa præcedentia. Lex autem illa limitatur de iure canonum Not. inde argumẽtum Cardi. eſſe inferioris poteſtatis ipſo Patriarcha. No ſecundo de iure canonũ appellationem dari ad ſuperiorem prætermiſſo medio. & ad hoc adde infra, §. ad hoc igitur.

d Tenent locum Vnde ſecundum quoſdam, quãdo ſunt coram Papa, uel in conſiſtorio publico Patriarchæ hic nominati, præcedent Cardinales, ita vt poſt Papã ſedeat patriarcha Conſtantinopolitanus, & ſic deinceps de alijs, ut per abb. in cap. antiqua, de priui. Sed forte hoc hodie Curia Romana non admitteret, præſertim in Cardinali Hoſt. qui ſm ipſum Hoſt. debet immediate ſequi Papam ex priuilegio Eccleſiæ Hoſtienſis, quia coronat Papã, & vngit Imperatorem. De hoc per Mod. in Rubr. de maior. & obed.

ANT. TIM. Vide Mag. in 4. ſent. diſt. 24. de iſtis quatuor Patriarchis ſeu primatibus qui repræſentant quatuor Euangeliſtas, habetur in c. ſcriptum, de e. e Et appellantur ſanctiſſimi. Vide quæ de his ſcribit Io. de Montolonio in promptuario iuris in verbo Patriarcha De quorum poteſtate vide per Aluarotum & Præpoſitum, in tit. Epiſcopum, vel Abbatem, collat. 6. & late per Arch. Flo. in 3. par ti. 20. c. 4. Alij autem præter quatuor non ſunt propria Patriarchæ, ſed Primates, vt Graden. Cantuarien Aquilegien. vt Aluarot Præpoſitus, & Card. in loco citato. Hos refert Bart. Caſſan. Catal. gloſſ. mun. par. 4. conſi 9.

a Prin-

more funguntur, quaſi patrū principes [a] vnde ob dignitatis excellentiam, & crucē [b] ijs deferre, & ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis appellationes [c] recipere iure permittitur.

Archiepiſcopi ſunt præſules Epiſcoporum unius prouinciæ, h.d.

Archiepiſcopi ſunt unius prouinciæ Epōrum [d] Principes, & Præſules. Prouinciæ [e] ſiquidem longo ante aduentum Chriſti tempore maxima ex parte diuiſæ [f] erant, quæ diuiſio poſtmodum ab Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus renouata eſt. Itaque vbi ducū primates erant, ſæculi noſtros Patriarchas, uel primates leges Eccleſiaſticæ poni iuſſerunt. In ciuitatibus autem Metropolitanis, quæ minores iudices habebant, illi hodie præſunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine deſignantur.

Quæ ſit Archiepiſcoporum auctoritas, h.d.

Ad hos igit inter ſuos ſuffraganeos [h] co-

a Principes Sic in c cleros, § ordo. diſt. 21.
Delatio Crucis. b Crucem. Sed per hoc non videt bene iſt orū excellentia deſignari, cū & Archiepī aū ſe crucē deferant, c 8. vt lit pend ēt 10 locis exemplis. Cle At chiepīs, de priui. Reſp. ꝙ Patriarchæ licet uexillum dificæ crucis quocunque locorū deferre, prætetquam in præſentia Papę aut eius Legati, vt in cap. antiqua, de priu. Et Archiepō ſolum licet in ſua prouincia, non in aliena, niſi muniretur priuilegio, conſuetudine, uel præſcriptione, vel niſi eſſet inſignia non denotātia ſuperioritatem in loco, ſed dignitatem inſigniti, ut poſt Hoſt tradit Ab in d. c. 1. vt lit. pend nihil innou.
c Appellationes. Ideo dicit appellationes: quia ſicut Archiepīs regulariter nō habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorū, niſi per deuolutionem & appellationem, c. pa ſt. de of ord. c Roma. § 1 de ap in 6. & per tot. c. Sic Patriarcha non habet iuriſdictionē in ſubditos, & ſuffraganeos Archiepiſcoporū ſibi ſubiectorū, vt p Ab in c. antiqua, de priu. & p eūdē in ca. duo ſimul, de off or. Et intellige, ꝙ ab Archiepīs appellatur ad Patriarchas, non quibuslibet, ſed ab exiſtentib in prouincijs deputatis ipſi Patriarchæ. Nā ſicut multæ diœceſes ſunt ſub cura Archiepī, ita & taliter quod archiepīs eſt Metropolitanus & ſuperior omnium Epiſcoporum ſuę prouinciæ: ita multæ prouinciæ ſunt ſub cura vnius patriarchæ, ita quod Patriarcha eſt iudex ordinarius omnium archiepiſcoporum, qui ſunt in ſuo Patriarchatu, vt per Abb in locis ſup alleg ſed ſi eſt ordinarius nō oportet, quod cauſæ archiepiſcoporum cognoſcantur à Patriarcha, media appellatione, quod hic videtur inferri Reſpō intellige, quod hic dicitur de appellatione ab archiepiſcopis habere locum in epiſcopis, qui ſi grauentur à Metropolitanis, & ſic loquitur de Archiepiſcopis tanquam de iudicibus, à quibus, non tanquam de patre.
Ioā Bapt Archiepiſcopi. C A S V S. Quidam Epiſcopi prouinciæ Romandiolæ nolebant in ſuperiorem recognoſcere archiepiſcopum illius prouinciæ, & cum archiepiſcopus de hoc conqueſtus fuiſſet, fuit propterea quæſitum quid iuris. Epiſcopi enim dicebant ſe repræsētare ipſos apoſtolos quorum caput, & princeps erat ſolus Petrus, propterea non videbantur ad id ligati. Solut. vt hic habetur, tum ob id quod in text legitur, tum etiam ob maiorem vtilitatem fidelium Non obſtat obiectio, quia apoſtoli ſecundum Theologos, diuerſi-

modè ab Epiſcopis repræſentantur, Not. ſimilitudinem dari inter primates ſæculi, & primates eccleſiæ, & ideo argumentum ab vno ad alium videtur validum. No ſecundum Epiſcopos reſpectu propriæ diœceſis dici Epiſcopos, vt in § ſequente. dicitur, ſed reſpectu Archiepiſcopi vocati ſuffraganeos.
d Epiſcoporū Sed quot epōs ſuffraganeos habere debet quis vt iure appellari poſſit Archiepiſcopus? Rū. decem, vel vndecim, 6. q 3. c. ſcitote. & per Ab in c. ſicut olim, de accu Et hoc ideo qa cum Archiepiſcopus ſit ordinatius ſuorum ſuffraganeorum, illorū cā nō pōt tractari, niſi coram paucioribus Epiſcopis, ꝙ duodecim, ut 15. q. 7 ſi quis tumidus, & ita nota in d. ca. ſcitote Sed ſi hæc ratio procederet, vtique deberet Archiepiſcopus præ eſſe trexdecim saltē Epiſcopis: quod non reperitur iure cautum Obſeruantia n. habet, vt archiepīs appellet̄ ēt ijs, qui longè pauciores habet ſuffraganeos, q̄ decē cui eſt ſtādū, arg. l. cum de interpretatione, ff. de ll. nec in c. ſcitote, aliquid dicitur præceptiuè.
e Prouinciæ. Non tamen diœceſes erant diſtinctæ, vt no. in ca. 1 d 99 licet aliter notetur, in c nec numerus, 10 q 3. ſumitur ex d c 1. multis refectis.
f Diuiſæ erant. Vnde quædam erant proconſulares, aliæ prætoriæ, aliæ præſidiales. Proconſulares ad curam ſenatus, prætoriæ ad curam populi, præſidiales ad curam principis ſpectabant, ut per Ale. in lib de magiſtratibus, ciuilibuſque, & milit. off. & per eundem, in l. ſpecioſas. ff de ver. ſig.
g Succeſſorib Id eſt, Clemente, & alijs, vt in c. prouinciæ, d 99 argu ꝙ fieri non debuerit, c 1. diſt 80.
h Suffraganeos Eſt ergo archiepiſcopus ordinarius ſuorum ſuffraganeorum, vt hic, & in ca antiqua, de priuil & cap. paſtor de offic. ord & in cap ſuffraganeis, de elect. ſed hoc non eſt perpetuum. Si enim agatur ad depoſitionem, nō poteſt archiepiſcopus cognoſcere, immo nec Concilium prouinciale, niſi vt no per Abb. in cap. non poteſt, de re iud. Spectat enim depoſitio ad Papam, vt habetur in ca. ſi quis epiſcopis, de accuſ & in d ca paſtoralis Excō care autē. & interd cere ſuos ſuffraganeos nō ſolū poterit archiepiſcopus, verum ēt eius vicarius, ꝙ præſenti, in fin. de offic ord in 6 & per Abb. in cap. poſtulatio, in fin de cler. excommun In perſonas autem, vel res exiſtentes in diœceſi non habet archiepiſcopus iuriſdictionem, vt per Ab in c. ſane de fo. compet. in ca conquerente, de reſtitu ſpol. Niſi vel

gnoſcere pertinet, à quibus tñ ſi durius illi habiti & accepti fuerint, ad primates, aut ſedem Apoſtolicam appellare [a] poterunt.

Epiſcopi ſunt qui præſunt maioribus populis, et latinè ſpeculatores appellari poſſunt, h. d.

Simpliciter aũt epi ſunt, qui maioribus [b] populis, & frequentiorib. ciuitatib. præſunt ij ſpeculatores Latinè dici poſsũt. epiſcopus enim quaſi ſpeculator [c], in eccleſia prępoſitus eſt. Mores enim & vitam populorum infra ſe poſitorum ſpeculatur & perſpicit.

Quanta ſit epiſcoporum auctoritas, h. d.

Horum autem non modica in eccleſia eſt auctoritas [d], nam præter ligandi ſoluendique poteſtatem [e], & viſitandi diligentiam [f], ſoli ſacrum Chriſma conficiunt [g], ſoli Dei altaria, & eccleſias conſecrant, & pollutas repurgant, clericos ordinant, ſuſpenduut, & deponunt, ad hos pertinet excommunicatio, purgationis indictio diſpenſatio, ſolemnis pœnitentiæ impoſitio [h].

eſſet legatus prouinciæ, vel eſſemus in notorijs criminibus, vel caſus concerneret totam prouinciam, vel in caſibus, in quibus ſuffraganeus eſſet negligens, vt per Abb in capit ex frequentibus, de inſtitu. Vel eſſet caſus iure expreſſus, vt per eundem, in capi ſi ut venire, de exceſſi. prælat. & in ca ex parte, de conceſſi. præbe. ut cum viſitat prouinciam, quo caſu & audit confeſſiones, & abſoluit, ut per Abb in ca. cum ex officij, de præſcri, & in capit noſtro, de pœni & remiſ. & in cap paſtoralis. Poteſt tamen archiepiſcopus eligi in iudicem à ſubditis ſuffraganei, licet ſuffraganeus ignoret. Ab. in c. ſignificaſti, de for compet.

ANTO. TIMO. Suffraganei dicuntur, i. auxiliares, ſuffagari. n. eſt auxiliari, de quibus loquitur. c. ſuffraganeis, de electio. adde quod archiepiſcopus poteſt celebrare Conciliũ, irrequiſito primate, & in multiplicibus caſibus archiepiſcopus in ſubditos Epiſcopos ordinariam habet iuriſdictionem, vt in c. paſtoralis, de off ordi. & Sylu. ponit duodecim, vide ibi.

a Appellare, diſt 99. in prin.

Ioã Bap. Simpliciter autem. CASVS. Quidam Epiſcopus Ciuitatis Vercellen volebat ſpeculari vitam, & mores illius populi, eidemque diuina adminiſtrare, atque poteſtatem tam Ordinis quam iuriſdictionis tanquam caput exercere, & cum Sacerdotes ſe oppoſuiſſent per tex in c. olim, diſt in 95 fuit propterea dubitatum & quæſitum quid iuris ? Solut. fuit data prout hic legimus, quia ſalus animæ ipſorum fidelium id ſummopere requirebat. Non ob. obiectio, cum ille text. non ſit omnino clarus ob interpretationem variam, quam doct. ibid. faciunt. Not. Epiſcopos non eſſe conſtituendus in quolib. loco, ne auctoritas eorum vileſcat, cap 1 de priuileg. & exceſſ. priuileg Not a poteſtatem Epiſcoporum eſſe Ordinis, & iuriſdictionis. text. & doct. in c. aqua, de conſecrat Eccleſ.

Ciuitatũ ordines tres.

b Maioribus. Tres. n. ſunt ciuitatũ ordines minores, maiores, & maximi. vt no. in l. ſi duas, §. Grammatici, ff de excuſat. tut. vbi etiam Nicol de Neapoli. Sed forte illa Legiſtarum diſtributio non quadraret in caſu noſtro, cum multæ ſint ciuitates, quas illi minores appellant, quæ tamen habent Epiſcopum. Vnde ſecundum nos appellantur maiores populi, vel ciuitates vt hic & in ca. prouinciæ, diſtinct. 98. & diſtin. 80. per tot. & præcipuè in c. illud.

c Speculator. Cap. cleros. diſtin. 21. vel ſuperintendens, vt 8. qõ. 1. capit. qui epiſcopum. Vnde Cicero ad Atticum loquens de bel. ciui. Pompeius voluit me epiſcopum eſſe Campaniæ, id eſt, ſpeculatorẽ, & ſuper intendentem. Sic qui præeſt pani & cęteris venalibus epiſcopus di, ut in l. munerum, §. iren. arche. ff. de mun & hon. Vnde ſecundum aliquos etiã bidelli appellati poſſunt Epiſcopi, vt per Alcia. in parer. lib. 7. c. 22.

ANTO TIMO. Vnde Magiſ. in 4. diſt. 24. ex quo ſpeculator, & ſuper intendens, ita tenetur ſuper grege ſuo vigilare, vt omnis exponere debeat, & uitã etiam pro ſui gregis ſalute ſub præcepto ? Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus, ita S. Th 2. 2. q. 185. art. 7 ad q. 1. intellige quando opus eſſet, & neceſſitas hoc requireret.

d Auctoritas. De qua in capitu. epiſcopum, 10. quæſtion. 1 per tot & in cap. conquerente, de offic. ordi. & in c. epiſcopus, de offi. ord in 6. & in c. ſi iubet, cum multis ſequentib. 16. quæſtion. 6. & habetur infra titul. de immunita. eccleſia. cum titul ſequen. Et de latiſſima poteſtate Epiſcopali ſatis dictum eſt per Firmianum in tracta. de epiſcopis, in 2. par. 4 lib.

ANTON. TIMOT. Vltra hanc auctoritatem, & poteſtatem vniuerſalem, habet & epiſcopus quædam alia, quæ iura Epiſcopalia appellantur, de quibus in cap conquerente, de offic ordin & ab Archidiacon. Florent. tertia parte, titu. 9 cap 5. Vide Abbatem in cap. accedentibus, de exceſſ. præla. numero 8. vbi ponitur differentia inter poteſtatem Epiſcopalem, ordinem, & iuriſdictionem. De Epiſcopali poteſtate vide Iaco. Naclantum in ſuo tractat & Thomam Campegium de reſidentia Epiſcoporum: An autem & quæ Epiſcopi poſſunt committere agenda non Epiſcopo, vide per Abbat. in dicto capitulo accedentibus, de exceſſ. prælat

e Poteſtatem. Cap. cum Epiſcop. de pęniten. & remiſſ in 6.

f Diligentiam. Cap cum apoſtolus, de cenſ. & exact. per tot.

g Conficiunt. Et chriſmant. capitul. quando, de conſue.

h Impoſitio. Cap. accedentib. de exc. pręlat. vbi de materia.

Quod

Quod inferiori conceditur, multo magis conceditur & ſuperiori. b.d.

Quod autem diximus, prædicta ſolos Epiſcopos efficere poſſe, non eum habet intellectum quaſi Archiepiſcopi, & Primates non eandem habeant poteſtatem. Sed quod presbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum [a] enim eſſet cogitare epiſcopis illa quidem permitti, Archiepiſcopis, & Primatibus, qui epiſcopis præſunt, eadem denegari.

Papa eſt ordinarius omnium ordinariorum, & Eccleſia Romana omnes eccleſiæ ſubſunt.

Sicut [b] autem Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorum, ita, & Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituēte prima eſt & caput cæterarū. Et qui illi præeſt, cæteros epiſcopos antecellit. Vnde ad eam tanquam ad Matrem, atque apicem omnes maiores eccleſiæ, & epiſcopi recurrunt, a qua quaſi a quodam capite, dona velut in corpus omne diffunduntur. Ipſa autem tanquam omnium magiſtra, [c] celſiore ſe de reſidentia à quoquam iudicari non poterit.

Ioã. Bapt. Quod autem] CASVS. ſupra, §. proximo retulit auctor multa, quæ ſunt ordinis ac iuriſdictionis, dixitque iſſa competere Epiſcopis, unde quæſitum fuit, an conueniat etiam Archiepiſcopis & Patriarchis. argumento enim text. in capitulo ex parte, el ſecundo, de offi. deleg. negatiue erat reſpōdendum. Solut tamen hic aliter habetur. & ratio eſt, ut puto quia oēs iſti prælati ſunt vnius & eiuſdem ordinis. unde nō obſtat obiectio, cum ille text. loquatur de iudice delegato & iſti p̄lati ſunt Ordinarij. Not. argumentum quomodo ſit intelligenda illa regul. quæ competit inferioribus, competunt ſuperioribus, ultra id quod habetur gl. in uerſiculo ridiculum, ſ.d a contrario, iſta regula limit

a Ridiculum Nota argumentum à maiori ad minus, nec enim quod licet minori, non debet maiori licere & cui licet qđ eſt plus, non debet licere, quod eſt minus, le non debet, ff. de regul. iur. & in ca. cui licet, cod titu in 6. faciunt not. in cap. cum in cunctis, de electio. quod agrumen. tunc procedit, quādo minus continetur ſub maiori, Hoſtienſ. & alij in capitu. per uenerabilem, qui fil. ſint legiti. alias forte ſecus, quemadmodum & alijs quibuſdam caſibus, ut in l. ſi pupillorum, §. ſi prætor. ff de rebus eorum, & in cap. cui de non ſacerdotali, & in cap cum in illis, § cum. autem de præben. in cap. & § ſunt autem, § ſi quis, de collatio. & nota Ioā. Andr. in capitu. quæ a iure, de regulis iuris, in 6. & not in capitu. fina. de translat. prælator. in uerſic. ad partem, concor. capitu. aliud diſtinctione. 95. & ibi per gloſſ. Et fac. ad quæſt de fugiente, uel obuiante corpori Chriſti an ſit tutus ueluti ſi confugiſſet ad eccleſiam, de qua in cap. ferte, de celebrat. Miſſar. ubi per Ioannem Andream, & Panorm.

Ioã. Bapt. Sic autem. CASVS. Cum Pontifex Romano. dicatur caput in uniuerſa Eccleſia Dei, ita quod Eccleſia Romana ſit mater, & magiſtra omnium aliarum Eccleſiarum, nonnulli ut fuit Patriarcha quidam Conſtantinopolit. ſe oppoſuerunt illa ratione moti, quia ille debet dici caput qui uere eſt ſponſus ob uinculum quod contrahitur inter Eccleſiam, & eius paſtorem, iuxta capituium fin. de translatio. 1. at Chriſtus eſt verus ſponſus Eccleſiæ, capitulo debitum, de bigamis, vnde merito ſolu. ut hic dicitur per rationes in text aſſignatas licet multæ aliæ addantur a Theolog. Ad obiecta autem dico Pontificem iſtū eſſe caput tanquā Vicarium Chriſti, ita enim nominatur, in d capit. fin. & ideo non obſtat obiectio inde deſūpta Not. Romanam Eccleſiam eſſe caput, matrem & magiſtram, uide copioſe Ioa de Turrecre. libro 1. de eccl. per plura capitul Nota. 1. Romanum Pontificem eſſe ſucceſſorem Beati Petri dicto capitulo final. de translatio. cum ſimilibus.

b Sicut.] Et §. hic pertinet ad ſecundam partem Rubricæ, de qua auctor ideo expedit ſe paucis, tanquam de re clara, licet hæretici garriani, & ſumitur ex c. ita dominus diſt 19 & ex cap. quamuis, diſtinct. 22 & per tot. & capitu omnes, infinitis locis. Et ſi quis uelit latius uidere, uideat latiſſime per Compilatorém Conciliorum in 1. tomo & per Reginaldum Polum Britannum tam in ſuo tractat de Concilio, quam in 1 & 2. lib. operis, quod conſcripſit contra Henricum Regem Britanniæ, cum is in fide ab eccleſia Rom. apoſtataſſet.

ANTON. TIMOT. De auctoritate Papæ & Eccleſiæ Romanæ multi ſcripſerunt noſtris temporibus, in quibus quia ad eam euertendam multa machinati ſunt hæretici, ideo & ad eam defendendam multæ adhibitæ ſunt defenſiones. Vitia antiquos vide in opuſcul. Cardin. Caietan. tomo primo, de auctoritate & inſtitutione Summi Pontifi. Auguſtinum Triumphum de Ancona, Tho. Campegij opus eiuſd. arg. Iacob. Nuclanum, Pet. de Palu. & alios, quos citauit ſup late etiam Arch. Flo. par. ſecunda, tit. 22 cap. primo, 2 1. 3 4 5. & 6. uide etiam de primatu Petri S. Thom. in tract. 1. contra errores Græco. & Turre. rem. in cap. nullus, 9. diſt.

c Magiſtra] Ita ut errare non poſſit, quod qualites

liter procedat, dic ut per Abb. in c. maiores, de Baptiſ.

ANT. TIM. Hoc idem docet S. Thō. 2.2. q. 1. & ibi Caieta. ad 3 dub.

a Obruentur, c. quamuis, diſt. 21.

eligendi & ipſi: hic tamen ſpecialiter tractatur de formis eligendi ob commodiorē intelligentiam. Sic alias legāt. & fidei, tractatus ſic diuiditur in tres & plures titulos, ut no. in rub. ff. de leg. 1. ſic tractatus ff. de inſt. & uerbor. obliga. protenditur ad multos ſequentes titulos, facit l. Caius. §. fin. ff. de leg. 2.

Quinimmo velut tēpore Noë omnes extra arcam poſiti diluuij vaſtitate conſumpti, ſunt ſic extra Petri naviculam conſtituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur. a

b DE ELECTIONE.

TIT. VI.

- Promotio Epiſcoporū fit.
  - Electione.
    - Quid.
    - Modus eligendi.
      - Per præſentes.
      - Per abſentes.
        - Per procuratorem.
        - Per literas non.
    - Species electionis.
      - Quid
      - Inſpiratio
      - Scrutiniū
        - Quid
        - Modus
      - Compromiſſum.
        - Forma
        - Tempus
    - Electores tit. 7.
  - Poſtulatione ti. 8

Duobus modis creantur epiſcopi, h. d.

PRomouentur autem, tam Epiſcopi, quā Prælati cæteri, c aut per electionem, aut per poſtulationem.

Quid ſit electio, h. d.

Cæterū, vt prius d de electione dicamus, electio e nihil aliud eſt quam hōis alicuius

DE ELECTIONE.

POſt cognitionem ſacerdotum exiſtentium in altiori gradu, erat conueniens pertractare de promotione eorundem, & ideo eam docet ab iſto tit. uſque ad tit. de ui. ta & honeſta. prælat. tali methodo, quod primo tractat de actu quo promotio iſta inuitatur q. eſt electio, & poſtulatio & cum electio ſit remedium ordinarium, iuxta gl. ſuper prin. ti. inf. de poſtulat. in ver. petitio, ideo primo ag. t de electi. iuxta, l. in communes ff. de minoribus, quæ cum conſideretur, vt colligitur in glo. præſentis rubri. ratione formæ, & ratione perſonarum, autor primo uoluit explicare formā eius, propterea propoſuit præſentem titu. qui diuiditur in 4. partes, in prima habetur quot modis fiat promotio, in ſecūda quid ſit Electio, in tertia, q d obſeruari debeat ante actum eligendi: in quarta, qualia in forma electionis: ſecunda ibi, cæterum, tertia ibi, nam, quarta, ibi celebrata.

DE ELECTIONE. b

DE electione. Quamuis electio ſit nomen verbale, & propterea duplicē habeat ſignificationē actiuam. ſ. & paſſiuam, ut enim in l. 2. ff. de duo re. & per Abb. in Rubrica ead. & propterea tantum uideatur eſſe dicere De electione, quantum. De his, qui poſſunt eligere, & De his qui poſſunt eligi, itē De formis

c Promouentur. CASVS non figuratur. Not. tamen cauſam diſt. quia promotio iſta aut inuitituri uri, ut dicebam in continuatione rubr. & hinc datur electio, aut gratia, & hinc poſtul.

c Cæteri. Habētes tamē generalem iuriſdictionem in eccleſiis collegiatis ut no. proxime in ver. uiduata.

d Prius. Sed cum prius de electione cū tam in Gregoriana quam in Bonifaciana cōpilatione prius dicatur de poſtulatione, quā de electione? reſpō. electio eſt ordinariū remedium, poſtulatio extraordinarium, cum innitatur gratia, ut not. per Hoſt. in rubr. de poſtu. prela. unde dicendum prius fuit de ordinario remedio, & poſt de extraordinario arg. l. in cauſæ, ff. de min. & l. 1 prouinciali ff. de no. opē. nunciatio.

e Electio. Hanc definitionem, ſiue deſcriptionem approbant cōmuniter canoniſtæ, ut per Abb. in rub. de poſtu. prael. & Pet. de Bay. in ſuo directorio electionum, in c. 1. primæ partis & non uidetur abhorrere Hoſt. in ſumma eod. licet addat quædam non neceſſaria verba, de cuius declaratione, unde ſupradictos in citatis locis.

ANT. TIM. Aliter definitur. Electio eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatē, uel fraternitatē, ſiue ſocietatem ſeruata forma canonice facta uocatio. Hoſt. eod. & hoc modo electio ſumitur ſtricte, quamuis eligere ad multa ſe habeat, ut not. Goff. in ſumma eod. tit. §. 1. in princ. vnde tria requiruntur ad electionem, auctoritas, numerus.

Nota

ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem, canonicè [a] facta vocatio.

Habentes ius eligendi ſunt ad uitam citandi, alias electio non ualet. h.d.

Nam cum viduatæ [b] prouidendum eſt eccleſiæ, debent cuncti [c] qui eligendi Ius [d] habent, legitimè citari, [e] vt electioni interſint. Quod ſi vel in vnius perſona fuerit id omiſſum, [f] irritam [g] reddat electionem talis omiſſio. Sæpe etenim reſcriptum eſt, magis hac in re vnius obeſſe contemptum,

Nota & zelus, ita de iure. Verum de facto ſolet dici quod per quatuor portas ſolent intrare uiri Eccleſiaſtici, quæ indicantur his uerſibus. Quatuor eccleſias portis intratis ad omnes, Cæſaris & Simonis, ſanguinis, atq; Dei, Prima patet magnis, ſed nūmis altera, charis tertia, ſed paucis, quarta patere ſolet.

a Canonicè. Hoc uerbum demonſtrat, non uideri neceſſaria illa verba poſita per Hoſtienſ. ſ. perſonę idoneæ, & ſeruata forma.

Nam cum. CASVS poſſet in hac parte in communi figurari. ideo not. quidam Eccleſiaſtici viri volētes uideri in hac materia prudentes dicebant, non oportere ipſos Electores ſpecialiter ad eligendum vocari, quia cum notoriè conſtet prælatum uniuerſam carnem eſſe ingreſſum, cum fuiſſet perſona publica, quilibet præſumitur diligens pro ſalute illius Eccleſiæ, cum eius prouiſio ad illos ut præſupponitur pertineat, aliter enim præſumerentur mali ob negligentiam contra capitu. final. de præſumptionibus, nec etiam putabant procuratorem ad hunc actum conſtitui poſſe, cum inde electio, vel impediri, vel retardari poſſet, & præſertim ſi conſtitueretur eo modo quo in præſenti, text. legimus, ſed ſi tales ſolemnitates fuiſſent ſeruandæ quales hic habentur, iudicabant etiam in electione ſummi Pontificis eas opus eſſe ſeruari, cum quia non videtur maior ratio in uno quam in altero caſu, tum etiam quia ſi maior adeſſet ratio, in Pontifice maius videtur reperiri periculum. Sol. vt hic habetur, quia ſolemnitates inducuntur, vt etiam canonicè celebretur actus, aliquid autem alicui promittitur ne priuetur iure ſuo, vel prohibetur ne inde oriatur aliquid mali, vt contingeret in caſu propoſito. Non obſtant obiecta per rationes adductas, ſiquidem ſi diligenter omnia ſint conſiderata, apparebit ipſa non concludere. Not. primo omiſſionem citationis cauſare actum nullum, cap. quod ſicut. in fin. princip. eod. tit. Not ſecundo, caſum in quo procurator conſtitui non poteſt, niſi ob legitimum impedimentum. Not. 3. quædam obſeruari in inferioribus, quæ in ſuperioribus actibus non obſeruantur, argumento etiam text. in capitu. 4. de ſententia excommunic. in 6. Not. 4. procuratorem poſſe conſtitui etiam in ſpiritualibus, ca. fin. de iudi. in 6.

b Viduatæ. Videtur ergo hic titulus principaliter pertinere ad electionem Epiſcoporum, non autem ad electionem ad beneficia quælibet, cum illis caſibus non dicatur eccleſia uiduata, & patet hoc in progreſſu huius tractatus, & præcipuè in paragrapho celebratur, vbi dicitur de triplici forma eligendi, quæ ſecundum Abbatem, & communiter Doctores, in capitulo, quia propter, eod. habet locum ſolum in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum qui habent generalem iuriſdictionem in eccleſijs, quidquid dixerit. Hoc fieri tamen nō potuit, quin multa eti ā ſunt, quæ pertinent ad quaſcun que electiones, vt & ex deſcriptione apparet ī verbo illo fraternam ſocietatem.

c Cuncti. Intellige, ſi poterunt ſine periculo: alias ſi periculū uel in mora, uel in uocando fuerit, poterunt præſentes, etiam quibuſdam non uocatis, procedere ad electionem, c. cum inter vniuerſas, & capi. quod ſicut, eo. in uerbo uocatos, argumento, cap. ſacro, de ſenten. excommunica. Et an quomodo, & quando abſentes citandi ſint, per Abb. in cap. coram, & ibi cap. ſequen. ubi de abſente cauſa ſtudiorum ead. ratio eſt, quia quod debeant omnes citari non eſt de forma ſubſtantiali, ſed de iuſtitia, Abb. in cap. Eccleſia, & in cap. quia propter, eod.

d Ius habent. Licet hæc uerba prima facie, videantur concludere, ius proprietatis, & non poſſeſſionis, vt nota in capitu. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. nihilominus hic dicuntur habere ius eligendi, qui ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi. Ius enim vocis dandæ magis ſequitur poſſeſſionem, quam proprietatem, capitu. querelam, eodem ubi Abbas, & in capitu. in Geneſi, eodem titulo, & latius in capitu. bonæ, 2. de poſtulat. prælatorum, in ſeptimo notab. fac. capitu. conſolationibus, de iure patron. & infra, de iuſtit. & iur. patro. §. interdum. Sed quid ſi aliqui tantum poſtulaſſent, an videatur ipſis acquiſita poſſeſſ. eligendi? Reſpondeo, ut per Abbatem in capitulo cum Eccleſia, in fin. de cau. poſſeſſ. & propriet.

e Citari. Ita ut citatio poſſit probari, cum citatio tanquam in facto conſiſtens non præſumatur, nota. in capitu. quod ſicut, in uerbo uocatos, eod.

f Omiſſum. Quid ſi fuit vocatus non vocandus, non tamen fuit expectatus, an iſte neglectus noceat? Reſpondeo non. ut no. in c. cum inter vniuerſas eod.

g Irritam. In effectu, non ipſo iure, quia uenit irritanda per ſententiam, cum de contemptu non poſſit opponere niſi is, qui contemptus fuit, Abbas in capitulo in Geneſi; eodem, & in capitul. quod ſicut & in capitulo quia propter, & in capitulo bonæ, 2. eodem titulo & per Abb. in capit. cum eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propriet.

Quam multorum contradictionem.[a]

Non citatus poteſt electionem ratificare. hoc dicit.

Plane ſi is, qui citatus non fuerit ratam,[b] adueniens habere velit electionem, confirmanda[c] erit electio.

Abſens poteſt uni de capitulo uotum ſuum demandare. h. d.

Sed & ſi quis caſu aliquo ad electionem accedere, fuerit impeditus, votum ſuum vni,[d] vel pluribus[e] de capitulo[f] demandare minimè prohibendus erit.

Procurator ad eligendum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mādatum de eligenda certa perſona. h. d.

Et ſi tantum vni votum ſuum quis demādauerit, & is vnum ſuo, alium mandantis nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil[g] agit, niſi de[h] certa eligenda perſona mandatum acceperit, quo caſu in illam mandantis, in aliam ſuo nomine iure conſentire poterit.[k]

Duobus procuratoribus ad eligendum da-

a Contradictionem. Concor. l. ſi in tres, ff. de arbi. & l. ſi duo ex tribus, ff. de re iudic. Contra fac. l. qui poteſt, ff. de re iud. Dic, vt no. in dd. ll.

b Ratam, ſed quomodo habeo ratum non meo nomine geſtum? contra regulam ratum, de regul. iur. in 6. Reſpondeo ſecundum Abbatem in capi. quod ſicut, eo quod impropriè dicetur hæc ratihabitio, vel ratificatio, nec enim ita retrotrahitur, vt mandato comparetur, & ex ea aliqua actio mihi naſcatur, quod eſt in uera ratihabitione, ſed hæc tantum operatur quoad commodum contempti, vel non citati, vt non poſſint impugnare factum per alios, quo reſpectu poſſum ratificare, & non meo nomine geſtum, & de hoc per Bald. in leg. 1. quæſtio. 19. C. qui admit.

c Confirmanda. Sed contra, in ca. auditis, eo & ca. il. Iud. de iur. patr. & l. quod ab initio, ff. de re iudi. Solu. aut electio tenuit, quia fuit facta præſentibus duabus partibus Collegij, & à maiori parte, & tunc poteſt haberi rata per contemptos, ut hic, & in capitulo, quod ſicut, eodem & per conſenſum iſtorum non proprie dicitur ualidari electio, ſed ſolum defenditur à iure retractationis. Aut electio à principio fuit nulla; puta, quia facta à minori parte capituli, & tunc non poteſt conualidari per conſenſus particulares ſuperuenientes, & ita procedit contrarium, ut ibidem plene per Abbatem, & per eundem, in capitulo quod ſicut, eod. Vide per Alber. in dicta l. quod initio. Sed quod tempus citatus habet veniendi ad electionem? Reſpond. tres menſes, capit. ne pro defectu. eod. Capitulum tamen poteſt hunc terminum reſtringere, & breuiorem præfigere. vt in capi. eccleſia, eo. vbi Abb. An autem hoc poſſit inuita minori parte habetur in ca. cum nobis. eo.

d Vni. Vt in c. quia propter eod. ANT. TIMO. Vt poſſit autem procuratorem conſtituere, ſi fuerit abſens ſine eius culpa, debet uocari, Inno. in ca. 2. de no. ope. nunc.

e Pluribus. capitulo ſi quis iuſto. eodem libro ſexto.

f De capitulo. Bene de capitulo, quia extraneo inuitis canonicis demandare non poteſt, capitu. ſi quis iuſto, §. fin. eod. in 6. & §. ſed cum abſens, infra eodem, ſed bene poteſt uolentibus, etiam quod non habeat iuſtā impedimenti cauſam, ut nota in capitul. ſcriptum, & in capit. quia propter, eo. & d. cap. ſi quis iuſto.

g Nihil agit. Satis uidebatur dicendum, quod aliquid ageretur, cum talis procurator poſſit dirigere vota in diuerſos quidem, ſed vtrūque idoneum quod olim, in ca. quia propter, eod. videtur voluiſſe ſuſtinere Goffre. & Hoſtienſ. ſed reprobatum fuit, in capit. ſi quis iuſto. §. porro, eodē in 6. unde hic ſumitur, idque ea ratione, quia qua conſcientia, tenetur meliorem eligere nomine ſuo, eadem tenetur ad idem nomine domini ſui ad hoc 46. diſt. ſicut non ſuo, item uidentur, inepta, contra, cap. 2. eo. in 6. vnde neutrum ualet, & eſt ſimile quod dicimus in delegato qui ſubdelegationem recipit à ſocio, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi uero, de offic. deleg.

h De certa, capitulo ſi quis iuſto, §. porro, de electio. in ſexto. An autem procurator conſtitutus ad elegendum poſſit alium ſubſtituere. Item an poſſit compromittere, dic vt not. in d. §. porro.

i In illam. Bene in illam, quia in aliam conſentire non poſſet, contra formam mandati, l. diligenter, ff. manda. & in capitulo, cum de non ſacerdotali, de præbend. in 6. capit. cum dilecta, de reſ. ſp.

K Poterit. Argumen. quod habens ſpeciale mandatum, id poteſt, quod alias non poſſet, facit c. 1. & ca. fin. de procura. in 6. Et facit ad quæſtionem. An delegatus ab alio, quam a principe, habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi, ſubdelegare poſſit. De quo habetur per Doctores, ca. 1. & cum, de offi. deleg. in 6.

a Plui-

a Pluribus. Etiam quam duobus, ca. ſi quis iuſto, eod. ubi no. in 6.
b Occupantis. De hoc in cap. non iniuſte, de procuratoribus.
c Duntaxat. Vnde iſto electo, alter omne ius amittit, ſimile in capitul. penult. de reſcript. in 6. niſi tamen in inſtrumento diceretur. Meliorē eſſe non debere conditionem occupantis, & quod unus fini re poſſet quod alter incepiſſet, cap. ſi duo, de procur. in 6. & no. in cap. ſi quis iuſto, d. ele ctio. in 6
d Maior pars. Sic capitu. fina. de reſcript in 6. c. cum inter canonicos, eod. diſt. 56. capi. Apoſtolica, l. qđ maior, ff. ad munici p.
e Elegerit. Sed an habeat locum variatio? Reſpondeo negatiue ſecundum Ioannē Andr. in capitu. ſi quis iuſto, eodem in 6.
f Nequeant. Vel quia nolint eligere, vel quia pari numero diſcordant Et nota. qđ prius recurrendum eſt ad electionem, quam ad ordinem ſcripturæ, quia per electionem credi bile eſt eligi magis idoneum, ſed in inſtrumentis præponuntur, vel poſtponuntur ali qui arbitrio notariorum, facit ca. ſi duo, de procurat. in 6.

vota in diuerſos, & ſic res exitum non haberet, ut §. infra prox.
i Admittendus erit. Et procedetur per ſocios, nulla alia citatione, uel, requiſitione præuia. Sed contra uidetur. c. ſi duo, de procur. in 6. Sol. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in cauſis electionum, poſtulationum, uel prouiſionum, hic de procuratore dato ad negotia, ſ. ad ipſam electionem faciēdam. Ibi de iure iam nato, hic de naſcituro, quod eſt minus fauorabile. Et dicebat Ioā. Monac. ſi nō aſſumatur, vnus ex duobus qui proſequatur electionem iam factam, hic imminet periculum, ſed ſi unus de collegio non admittatur ad electionem faciēdā nullum imminet periculum, ut per Ioan. Andr. in c. ſi quis iuſto, de electio. in 6.
K Procurator. Nullus enim inuitus cogitur procurationem ſuſcipere, l. e. inuitus. C. de procur §. mandatum, inſt. de mandat.
l In ipſa electione patet ergo hoc, quod neque in litera aperta poſſit mitti ſchedula in cluſa aperiēda in ſcrutinio, cōtinēs nomen eius, in quem mittens cō ſentit ut per Ioā. Monac. & clarius per Io. And in ca. ſi quis iuſto, § fin. eo. in 6. Ioā. Bapt.

tis in ſolidum non poſſunt ambo eligere, ſed erit melior conditio occupantis. h. d.

Quod ſi pluribus [a] in ſolidum uices ſuas quis commiſerit, non quidem omnes reddere uotum poterunt, quia uota dirigere poſſent in diuerſos, ſicque res non haberet exitum, ſed erit occupantis [b] melior conditio.

Si inter plures procuratores non appareat de prioritate in occupando præponitur electus à capitulo, uel primo nominatus in procuratorio. h. d.

Et ſi ita concurrant, ut inter eos prior nō appareat, is admittetur duntaxat, [c] quē uel capitulum, vel pars maior [d] elegerit, [e] vel ſi concordare nequeant, [f] is, qui primus in inſtrumento, [g] vel litteris procurationis nominatus fuerit.

Non poſſunt plures deputari ad eligendum in ſolidum, h. d.

Si autem plures non in ſolidum conſtituti fuerint, eadem ratione, [h] nullus eorum admittendus erit [i] ſibique mandans imputet, qui ſic eos imprudenter conſtituerit.

Non poteſt uotum in electione reddi per litteras.

Sed cum abſens, reclamante capitulo extraneum cōſtituere nequeat, uideamus, An ſi nullus de Collegio uelit eſſe procurator, [k] ſaltem per litteras uotum ſuum reddere valeat. Et ſane cum nō ante electionem, ſed in ipſa electione [l] ſecrete, & ſigillatim duntaxat ſingulorum uota ſint exprimenda, [m] per litteras reddi non poterunt.

g In inſtrumento. Concor. c. mandato, de præb. in 6. cap. ſi rector, diſt. 43. Et vtrobique ſunt concord. & per Abb. in cap. nimis, de ex. eſ. præla. & in ca. ſed Apoſtolica, de reſc. & in cap. cum dilecta eod. tit. de reſc. fac. l. cum pater, §. pen. ſi. de leg. 2. Quid ſi primus nō apparet, puta quia ſunt inſtrumenta? Reſp. mutuo ſe impedient ut no. in c. ſi quis iuſto, eod. in 6. l. quoties, ff. de vſufruct. & imputet ſibi qui ſic eos conſtituit, ut infra, §. prox.
h Eadem ratione. Quia ſcilicet dirigere poſſent

m Exprimenda. No. ergo, quod non ſola publicatio inſpicitur, ſed etiam expreſſio. Sed contra ca. ſi quis iuſto. §. porro. de elect. in 6. & ſup. eod §. quod ſi pluribus vbi exprimit uotum ante ſcrutinium, dando, ſ. procuratori mandatum de certa perſona eligenda. Sol. falſum eſt, quod tunc exprimat uotum ſed mandatum dat de uoto exprimēdo. Sicut aliud eſt inueſtire, aliud mandare de inueſtiendo, cap. ex ore, de his, quę fiunt a maio. par. cap. Vnde ſi procurator, quia mādatum hē: de certa pſona eligēda nō eli-

Superius dicta nō habent locū in electione Papa, in qua multa ſunt ſpecialia. h. d.

Sed hæc quidem in aliorū Epiſcoporū, non in Romani pontificis electione locum obtinēt. In huius enim nec ulla neceſſaria eſt citatio, nec aliis quis abſens uotū ſuū demandare permittitur. Alia quoq. in eo ſpecialiter[a] cōſtituta ſunt; quæ ex Decretaliū libris decentius eſt, quam hic accipere.

Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inſpirationem.

Celebratur autē electio tribus[b] modis, per inſpirationem, per ſcrutinium,[c] & per compromiſſum. Per inſpirationem,[d] ut cū electores, nullo præcedente tractatu,[e] quaſi[f] diuini Spiritus īpulſu ſimul omnes[g] in

eligit, ſed ille fuit electus a quibuſdam aliis, uox illius mandantis non augebit numerum; ut ſi electus ſit a nouem, poſſit dicere ſe habere decem vota computando uotum procuratoris, qui habet mandatum de eo eligendo. Aliud ergo eſt dicere conſenſio in talem: aliud do mandatum de conſentiendo uel eligendo talem, quia hoc poſterius nō eſt votū, & ideo ante ſcrutinium fieri poteſt. Sic in matrimonio carnali, aliud eſt contrahere; aliud eſt dare mandatum de contrahendo; contrahentem.n. non poteſt pœnitere, ſecus mādantem ſuo nomine contrahi, c. fin. de procuratori. in 6. vt per Ioan. An. in capit. ſi quis iuſto, §. fin. eo. in 6.

a Specialiter conſtituta. Quæ ſint hæc, uide per Abbatem, & Doctor. in c. a. licet, eod. & in cap. vbi periculum, eodem in 6. & per Anton. de Roſel in tract. de poteſtate Papæ & Imperatoris, §. ſecundum vnum.

Ioã. Bap. Celebratur. §. Diuiditur hæc pars in duas particulas, in prima habetur quot modis fiat electio in ſecunda modi iſti explicantur. ſecunda ibi, per inſpirationem, quoad primum CASVS non figuratur. Sed nota, quod electio fit aut uirtute diuina, & dicitur inſpiratio, aut modo humano, & ſic aut per ipſoſmet electores, & hinc ſcrut inū, aut per conſtitutos ab eis, & ſic datur per compromiſſum.

b Tribus modis. Olim etiam plurib quia tamen ob multa pericula ſublata fuerut, c. quia propter eo. in prin.

c Per ſcrutinium ANTO. TIMOT. ſcrutinium dicitur multis modis, de quibus uide glo in uer. ſcrutiniis cap in electionis, de electio. li 6. & ibi per Hoſtien. qui enumerat treſdecim modos. de ordine vero ſcrutinii, uide multa diſtinctio. 23. & 24 per totum.

Ioã. Bap. Per inſpirationem. §. Hæc pars. habet tres particulas, in prima explicatur inſpiratio, in ſecunda ſcrutinium. in tertia compromiſſum, ſecunda ibi, per ſcrutinium. tertia ibi, per cōpromiſſum, quo ad primum CASVS. Canonici cuiuſdam Eccleſiæ volebant Epiſcopum eligere per uiam inſpirationis, putabant tamen neceſſario eſſe ſeruandam aliquam formam, ad idque mouebantur illa ratione, quia quælibet negocia certam formam habere conuenit a lege, iuxta cap 2. & ſi de

conſilii Solu. ut hic habetur, quia Qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. capitul. duæ, 19. quæſtio. 2. obiectio autem non tenet, tum ob rationem aſſignatam, tum etiam quoniam forma poteſt dari aliquando ad cognoſcendum aliquid & ſic ſine dubio data fuit. No. prio caſu, qui non regulatur a lege humana niſi declaratiue. Nota ſecūdū argumentum, legem humanā poſſe declarare legem diuinā, & ea quæ ſunt iuris diuini, ut etiam adnot. Abb. in capit. fin. nu. 3. de conſuetu.

d Per inſpirationem. Rarus eſt hodie hic eligendi modus.

e Tractatu. Eſt autem tractatus diſcuſſio quædā, uel indagatio, circa rē in futurū diſponendā, ut per Abbatē in c. a. tua, de his, quæ fiūt a prælat. ſi con ca & diſſerit a conſenſu. vnde ſtatutū puniens tractatū facietes, includet etiam q. nō perfecerunt delictum, & quod hic dicitur, intellige de tractatu ſpeciali, puta pro Petro vel Ioanne, generalis aūt tractatus præcedere poſſet, ut ſi un⁹ diceret. Rogemus Deum pro prælato, Io. An. & Abb. in c quia propter. verſi. niſi eo

f Quaſi. Sed cur dicit quaſi? Reſpon. ueritatem denotat, ut in c parochianos, de deci. l 1. ff. de tranſ. iuxta illud Io ca 1. Gloriam quaſi unigeniti, uel ſm Hoſt. tacite hic includuntur duæ formæ electionis per inſpirationem. Vna quæ vere fit per inſpirationem, & auctore Deo, vt nulla indigeat confirmatione, vt fuit electio Nicolai, Ambroſij, & Seuerini de quibus, diſt 61. §. his omnibus. Alia quæ ut per quaſi inſpirationem, vt quando non conſtat quod auctore Deo ſit facta, ſed hoc ex eo præſumitur, quia nullo præcedente tractatu electores in aliquem conſentiunt, & ſequitur hoc Abb. in c. quia propter, uer niſi, & Oldr. conſil 155. Sed ſecundum alios tunc per inſpirationē dicitur electio fieri, cum præcedente tractatu, vel nominatione alicuius, canonici, ſeparatim in illum conſentiunt, quo caſu debet fieri compromiſſum in aliquos, qui uice omnium eligant, ſic Spe. eo. tit. §. ſi & §. ſi autem, & per Firm. in tract. de epiſcopis, in prima par. in c. qualiter eligātur epiſcopi. Quaſi veritatē deſignare.

g Oēs. Vnius ergo contradictio, uel non conſenſus ſufficit ad hoc ut non poſſit dici electio celebrata per inſpirationem, Abb. in c. quia propter uerſicul. niſi, eod. Ioann. Andr. in additio. ad ſpecul.

in vnū repente conſentiunt, & ſimul [a] vnum nominant.

Electio facta ad clamorem populi eſt nulla. h.d.

Quod [b] ſi forte laici [c] prece [d] vel pretio corrupti [e] aliquē concordibus clamoribus [f] petant, is nō tam per inſpirationem, quam per nefariam [g] conſpirationem nominatus, omni penitus electionis fructu merito carere debet.

Quomodo dicatur celebrari electio per ſcrutinium & qui ſint ſcrutatores. h.d.

[i] Per ſcrutinium fieri dicitur electio, cum preſentibus omnibus [h], qui debēt [i], volūt [k] & poſſunt [l] comode intereſſe, tres de colle

vul. de elect. §. fin. & tenet Firmanus in tracta. de epiſcopis, in prima par. cap. qualiter eligatur Epiſcopus, quæſtio 5. Neomirum, cum vno diſcrepante, nec concorditer quidem facta dici poſſit electio. Abb. in capit. non poteſt, de re iudic. & in cap. in cauſis. eod. & not in capit. cum parentes §. ad hoc eodem in 6 licet quandoque aliter, Doctor in ca. cum olim, in fine de re iudicat. Sed ſic videntur hi qui eligunt per inſpirationē, magis grauari, quam eligentes per ſcrutinium, in quo ſufficit maior pars vt in capitul quia propter, eod & infra §. proximus. Reſpond. vt per Abb. in d. capitul. quia propter, verſic. niſi ca.

a Simul.] Bene ſimul, quia ſi diſiunctim electio tamquam ſingularis non tenet, vt not. in capitu. in Geneſi eod.

b Quod ſi forte.] Ponit tria, ob quæ impugnatur electio, primo quod facta a laicis, ſecundo quod a corruptis, tertio quod ad clamorem populi, vt colligitur virtualiter ex hac littera.

c Laici] Qui nullum habent ius in eligendo, ca. meſſana, eod & §. laicis. infra titu. 2. & ſumitur ex cap. 2. eod.

d Prece] Preces enim inducunt ſimoniam, c. ordinationes, & cap. ſunt nonnulli. 1 queſt. 1. Et interdum poſſunt iuſtum metū inducere, vnde tunc eſſet electio nulla, iuxta tradita in c. licet & in capitu. bone, eo. licet regulariter contra, etiam ſi ſint principis preces. Abb. in capit. cum inter R. ſeniorem, eod Et ex aliqua ſaltem reuerentia cogunt electos deſeruire deſiderijs eorum, ad quarū preces fuit quis promotus, quod non expedit. cap. illud. 8. q 2 fac. 16. q. 1. cap. viſis & per Abb. in c. ſacroſancta, eod

e Corrupti. Not igitur vnum, quod eſt mirabile, ſecundum Abb in ca. eo vnde ſumitur quod licet quilibet in ſingulari præſumatur bonus. ca pitu. fin. de preſu npt. & in l marito. ff. pro ſoc tamen in populo non eſt. ſi presumptio etiam reſpectu ſingulorum, & ſic quod dicitur hic. Corrupti, poteſt intelligi, etiam præſumptione tantum, nedum certitudinaliter, quod no.

f Clamoribus.] Et ſic not. quod non eſt aliquid faciendum ad clamorem populi, docendus eſt n. non ſequendus populus. cap. docens diſt. 62 & ca. mittimus diſt 61. l decurionum, C. de pen. & not. in d. capit. miramur, & in c. 2. eod. niſi forte alias orietur ſcandalum, per ea, quæ Abb in c. 1. verſic. ſed aduerte eo.

g Nefariam conſpirationem]. Ideo dicit, nefariam, quia quamuis nomen conſpiratio, videatur ſonare in malam partem, tamen quandoq; etiam eſt licita, & ſumitur in bonam partem, vt per Inno. Abb. & alios, in c. cum I. & A de re iudic. per Abb. in c. petitio, de iureiur. Ioā. Bapt

Per ſcrutinium CASVS. Quidam canonici Eccleſiæ viduatæ in vnum conuocati ſimpliciter dederūt votum ſuum pro electione Epiſcopi, & cum per eos non ſint prius electi ſcrutatores, nec etiam ſit obſeruatum vt electio fiat a maiori, & ſaniori parte capit. propterea, fuit quæſitu quid iuris, id. n. videbatur ſatis, cum per talem formam Electores obſeruent, & eligant qui nā ſit magis idoneus, & iſte eſt finis ſcrutinij quia non eſt curandum de modo quando habetur effectus: his accedit quod quilib. de capitulo præſumatur bonus ac prudens propter examē in eius promotione factū, vnde merito. &c. Sol. tamen vt hic legimus, quia ſolemnitas eſt ſeruando tum vt ordinate ac canonice electio fiat, tum & ad euitādas fraudes, & ideo obiectiones ſicut apparet, aliquid non concludunt No primo in ſcrutinio diligenter eſſe vota examināda, vt electio fiat de meliori, & ideo datur certa forma, Not. 2. de iure communi capituli facta tunc dicuntur auth. qū ſunt a maiori & ſaniori parte canonice approbata, c. 1. de ijs quæ fi. a ma. par. Cap & ibid doct. limit. ratione conſuetudinis vel conſtitutionis.

h Oībus] Scilicet a quibus dēt electio celebrari.

i Debent.] excludit illos, qui de iure non debent intereſſe electioni, licet ſint de collegio, vel Canonici Eccleſiæ, vt ſunt excommunicati, ſuſpenſi impuberes, & non cōſtituti in ſacris, c. cum dilectus de conſue. & not. in cap. illa, eod c ex eod. in Cle. hi qui de ætat. & quali. cap. is qui de ſententia ex commu. § 1 & infra tit prox per totum. Ioā. Bapt.

K Volunt] Ex hoc not duo Primum, ꝙ non debet quis compelli, vt interſit electioni, ſi nolit intereſſe niſi ... en, vt quis interſit eccleſię, quo caſu compellit. poterit Abb in cap tu quia propter, eo. & fac quę not. in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. capituli. Secundum, quod volentes intereſſe, non debent cōputari in numero duarum partiū, fac. quod not. in c. quod circa, de elect & Ab. in d. c quia propter. Et ſic ſaltē in electionis materia limitantur l nulli & l. plane, ff quod cuiuſque, vni no. & tractatur plene per Abb in c. cum nobis, & in c. in cauſis, eod.

l Poſſunt] Hę autem poſſibilitas, & commoditas refertur ad commoditatem, & vtilitatem Eccleſię, vt not. ſupra eod. in verſi. cuncti, de quo vide etiam per Abb. in c. coram, & in ca cauſis, eod.

gio[a] fide digni aſſumuntur, qui ſecrete,[b] & ſingulatim vota cunctorum[c] diligenter exquirunt, & demum in ſcripturam[d] redacta publicant,[e] quo facto, collatione[f] habita, is demum cenſetur electus, in quem, vel omnes vel maior[g] & ſanior pars Capituli ſtatim[h] conſenſerint.

Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem poteſt opponere de propria auctoritate, ac zelo, & de meritis electi. h.d.

Quod ſi eligentium[i] vota ita ſe diuiſerint, vt hinc quidem electorum pars numeroſior conſiſtat, inde minor, ſed quæ non minus ex auctoritate eligentium, quam ex

a De collegio. Sed nonne per hoc videtur dari occaſio diſcordiæ, & diuturnæ vacationi, contra c. ne pro defectu eod. & cap. cupientes. eo. in 6 eo. cap. poſtquam, diſt. 50. cum facilius poſſint electores concordare in eum, qui eligendus ſit in prælatum quā in iſtos tres, arg. cap. innotuit, de arbitr. & leg. item ſi vnus, § ſi in duos. ff de arb. Sol. in iſtis ſcrutatoribus cum nec eligant prælatum, nec eligantur, nō magna requiritur inquiſitio & diſcuſſio, quilibet etiam de capitulo poterit hoc facere, dum tamen nō appareat id gnus, vel non ſit nimis ſenibilis, ſecundum Abbatem in capitulo quia propter, eod. Sed ego dum anno. M. D. L. V. ſede vacante eſſem in conclaui pro eligendo futuro Pontifice, vidi ſeruari, quod ſcrutatores fiebant tres primi Cardinales trium ordinū: ſcilicet primus epiſcopus, primus presbyter & primus diaconus, & quod hic dicit de collegio, idem forte ſi non ſint de collegio, ſecundū Vinc. & Tancre magis communiter tamen contra, vt in c. quia propter.

b Secrete. Quia alias, ſi publice, & palam forte timerent aliquem nominare, libera enim debet eſſe voluntas in eligendo, 7. quæſtio. 2. capitul. dilectiſſimi, capitu bonæ, 1 eodem per hoc etiam obuiatur fraudi quorundam, de qua in capitu. conſiderauimus, & in capit. quia propter, eod, Sic & teſtes ſecreto debent deponere, vt liberius dicant veritatem, alias non valet depoſitio, cap. venerabili, de teſt. l. nullum, C. de teſt. ca inquiſitionis, §. 3. de accuſ. De hoc tamen vide per Abb. in ca quia propter, eod.

c Cunctorum. Sed quis ſcrutabitur vota ſcrutatorum? Reſpond. ſecundum Ioann. Andre. duo ex ipſis ſcrutabuntur tertium a principio, ne ſit in eorum poteſtate electio, ſi in fine dent votum. Alij dicunt quod dandus erit quartus cum tabellione, qui ſcrutabitur illos tres, prima melior, ſecundum Abb. in c. quia propter, eod.

Scriptura de ſubſtātia ſcrutinij.

d In ſcripturam. Not. caſum in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia actus, plures alij not. in capitu. 1 de cenſibus in 6. Sed a quo huiuſmodi vota redigentur in ſcripturam? Reſpond. per ipſos ſcrutatores, vel tabellionem, nec enim propter verbum, ſecreto perſonæ neceſſariæ cenſentur excluſæ. Sed an hic tabellio debeat eſſe clericus & ſcriptura publica? Reſpond. negatiue vt per Abb. in cap. quia propter, eo.

e Publicant. Quo facto variare nequeunt electores, c. publicato, eod. ſcilicet ſecuta electione non ſecuta autem electione in Summi Pontifi electione ſolent Cardinales ſtatim publicatis votis alteri, cui votum a principio non dederint accedere, & ſi vſque ad ſufficientem numerum acceſſerint, cenſetur, quis electus, & ita admittitur variatio per acceſſus, quod facit expeditiorem, & celeriorem electionem.

f Collatione habita. Scilicet numeri ad numerū, zeli ad zelum, & de hoc pleniſſime in cap. eccleſia, 2. eod. Quando tamen etiam electio fit a duabus partibus ceſſat huiuſmodi collatio, c. ſi quando, eod. in 6. & infra eod. §. hoc tamen.

g Maior, & ſanior. Et pro id eſt, ſecundum Hoſt. in c. ſcriptura, eo. quaſi ſecundum eum ſanior pars reputetur ea, quæ eſt numeroſior. Sed hæc expoſitio nimis impropriat litteram, ideo dic maior reſpectu numeri, ſanior reſpectu zeli & meriti, & cum de natura copulæ ſit diuerſa copulari, c. querelam, de ſimon. not. in rubr. ff. de iur. & facti igno. non ſufficiet ſanioritas, niſi etiam concurrat maioritas numeri: de quo tamen plene in c. Eccleſia, 2. & in ca. coram, eo. Et nota hic ſua, quæ ſunt de ſubſtantiali forma electionis ſcilicet numerus & qualitas eligentium, collatio & publicatio ſcrutinij. vt in c. in Gene. eo. vbi per Abb. in 4. no. & in c. quia propter eo. tit.

h Statim. Id eſt, nullo actu contrario intermedio poſt vota quæſita: arg. l. hæredes palam in fin. ff. de teſt. & facit, cum poſt petitam, eod. & capitu. Præterea, de teſt. cogn. Et de dictione. ſtatim, & ſi in libris, dicas, quod vbi ius determinat de ſignificatione ipſarum, ſecunda eſt iuris diſpoſitio vt in l. promiſſor, ff de conſt. pecu. & in cap ſi in qualibet, 20. quæſt. 2 & capitu. puella, eadem quæſtio. in l. cum ſpecialis, C. de iudic. & in l. fin C. de erro. aduo. in quibus iuribus determinatur horum verborum ſignificatio. Alias verificantur in modico tempore arbitrio iudicis, ſecundum Abba. in capitu. quia propter, eod. ad quem alij multa congerunt.

i Eligentium. Ex hoc ſecundum Abb in cap. Eccleſia. 2. eod. inſeruit ad vnum, ad quod communiter non aduertitur, ſcilicet, quod in diſponendis per capitulum non debent voces dari per lupinos vel fabas, quia tunc non poteſt apparere ſanior pars, ſed ſolum maior reſpectu numeri, & ſcilicet plurium non debet ſolum numerari perſona, ſed pōderari ſententia. N. h. l. eſt enim ſi inæquali, quā vbi impar eſt prudentia, ſit par ius. Et dicit Cicero multi homines, & pauci homines, multi nomine, pauci re. fac. diſt. 40. cap multi. vnde debet eſſe differentia in auctoritate votorum, vt ma-

Statim.

gis

meritis electia ſanior appareat ad infringẽdam partis numeroſioris electionem, facultas erit minori, & de auctoritate[b] ipſorum eligentium, & de meritis eorum, qui electi fuerint, opponere.[c]

Contra electionem factam a duobus partibus non poteſt opponi, niſi de nullitate voti alicuius earum dictarum partium.

Hoc aũt tunc obtinet, cũ non magnus,[d] in altera parte contigerit exceſſus, Cęterũ ſi qñ duab. electionibus celebratis, pars altera eligẽtiũ alia duplo maior[e] numero deprehendatur, cõtra hmõi electores ad extenuationẽ meriti, vel auctoritatis ipſorum[f] paucioribus, vel electo ab eis opponẽdi facultas non erit. Quamquã, ſi quid opponere voluerit, quod votum illius cui, opponitur, nullum[g] ipſo iure redderet, id eis minime cenſetur interdictum.

Scrutatores vnde dicantur. h. d.

Vocãť aũt[h] viri tres đ collegio sũpti ſcrutatores, eoq; ſingulorũ vota diligẽter ſcrutẽť[i]

gis ponderet vox prudentis, quam inſipientis, vt hic. Ampliat hoc Bar. in l. Pompon. ff. de re iud vt procedat ẽt in vniuerſitate, & Collegio ſæculariũ quod in practica nõ ſeruatur, vt apparet in collegiis. Doctorum, de quo per Fel. in capitulo cum omnes, de conſt.

Cõcordi-ter. a Elect. Ex hoc nota, quod cum zelus eligentiũ cõſiſtat in animo, nõ poteſt aliter ꝓbari quam per coiecturas, c. 1. de renũ. & l. dolũ. C. đ dolo. eſt igiť bona coniectura ad probãdum zelum quæ ducitur ex meritis electi; namq; eligunt meliorem præſumuntur etiã meliori zelo ducti, vt per Abb. in c. eccleſia. 2. eo

b De auctoritate &c.] Sed quib. colligitur, vel conſtat hęc auctoritas Reſpondeo ſecundum Abb. in c. dudum, & in c. eccleſia, 2. eo. & in c. 2. de his, quę fi. a maio. par. capitu. Dignitas, vt ſi canonicus habet annexam dignitatem præbendæ. Aetate & tẽpore receptionis, Generis quoque nobilitas conciliat maiorem auctoritatem, ſicut & litteratura argumen. c. de multa, de præb. & no in cap. lex diſt. 2. & quod no. Abb. in ca. conſtitutus, de app. Et per hoc apparet quod male dicebat quidam ignobilis, effectus tamen ad Cardinalatum aduerſus quendam Cardinalem magnæ nobilitatis, Tu non es Cardinalior me, quia Cardinales nobiles ſunt quodammodo Cardinaliores aliis per ſupra allegata. Hoc tamen intellige habere locum in clericis ſæcularib ſecus autem in religioſis apud quos non attenditur nobilitas vt habetur in capitul. fin de ſtat. reg & in c. ſcripſit, 27 q 3. & in c. piis, 20. quæſtio. 3. & per Spec. de ſtat monac. §. 1. verſic. 11. & per Ab. in c. dudum, eo.

Abiurare

c Opponere) Oportet igitur, quod de iſta ſanioritate opponatur, alias in dubio præſumitur pro numero, arg. capi prudentiam. de offi deleg. & in quibus. diſt. 20. dubium, 1. Abb. in capitu. Eccleſia, 1. eod hæc tamen præſumptio admittit probationem in contrarium, vt in d c. Eccleſia, & hic. Circa quod cũ quæritur quæ electio præualeat, An facta ſi maiori parte reſpectu numeri, An a minori & ſaniori, ſecundum Ioann. And. & Abb. in cap. eccleſia, eod. 2. diſtingue ſic. Aut numerus in multum excedit, & tunc numerus præfertur auctoritati, merito, ac zelo. c. ſi quando, eod. in 6 & §. ſi quando, aut numerum non multum excedit, & tunc auctoritas, & meritum alterius partis non in multum excedit, debet præferri numerus: quia de modico exceſſu non eſt curandum, arg c. & ſi quæſtiones, de ſimo. & l. ſcio, ff. de reſt in integ. quod fundatur magis æquitate, quam iure, vt per Abb. ĩ d. c. eccleſia. Aut auctoritas & meritum in multum excedunt, numerus autem in modico & tũc electio maioris partis nõ debet confirmari, vt no. ĩ d. c. eccleſia. Sed nec electio facta a ſaniori tãtum confirmãda erit, ſecũdum cõmunem op. vt per Abb. in d. c. eccleſia.

d Non magnus. Not. hic, & in c. ſi quando, eo. in 6. de ſumitur, qui dicatur magnus, vel nõ magnus exceſſus.

e Duplo maior.] Not. requiritur, ꝙ exceſſus ſit duplo maior, ſed ꝙ ſint duæ partes de tribus, fac. no. in ca. ſcriptum, eo.

f Ipſorum.] Scilicet eligentium, videtur ergo ꝙ contra electum bene aliquid opponi poſſit, quod ad extenuationem pertineat. arg. capi. nonne, de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iudic. Sed non eſt verum ſecundum Gulielm per litteram, quæ dicit meriti quod ꝓprie reſpicit electum, ita n. in capitulo. ſi quando, eod in 6.

g Nullum ipſo iure.) Ideo dicit, ipſo iure, quia largo modo nullum dici poteſt, etiã quod annullari poteſt licet mero iure teneat. Abb in cap cæterum. de reſcrip. per l. ſi dari ſtipuler. ff. de verbo. oblig. immo & verbum, ipſo iure, interdum intelligitur, mediante exceptione, § propterea, Inſt. de excep. & no. ex hoc §. Et ex cap. ſi quando, eo, vnde ſumitur, quod ſi per legem, vel ſtatutũ diſponitur, quod non poſſit opponi aliqua exceptio, non intelligitur excluſa exceptio nullitatis, de quo per Domi. in d. c. ſi quando, & per Bar. in l 1 §. 1. ff. quod vt aut clam. & in l. 4. § cõdẽnatum. ff. de re iud. & no. in Cle 1. de ſequæſtr poſ & fru. — Qũ poſſit quia Eps appellari.

h Viri tres.) Vinc. & Tanc. tenent, hunc ternariũ numerum non eſſe de ſubſtantia, dummodo tot ſint, quod fraus fieri non poſſit, communiter tamen tenetur contra, quod magis conuenit literæ, c quia propter, eod.

i Scrutentur.) Et ita nomen eſt rei conſequens, vt § eſt & aliud. Inſti de donat.

Per cõpromiſſum. CASVS cũ Canonici viduatæ Eccleſiæ ob diſcordiam inter eos ortã non potuiſſent

Quomodo per compromiſſum celebretur electio, & quod arbitri non ſeruantes formam compromiſſi nulliter eligunt. h.d.

Per compromiſſum[a] celebratur electio, cū plures[b] idonei[c] viri eliguntur,[d] in quos omniū[e] vice eligendi[f] certo modo[g] facultas, & poteſt transfunditur. Qui arbitri cō promiſſi fines diligenter cuſtodire debent, ſcituri, ſi quid non ſecundum demandatā formam egerint, nullum habiturum eſſe iuris effectum.[h]

Poteſtas arbitrorum non expirat re non integra etiam non ſecuta electione. h.d.

Quod ſi itra terminos cōſtituerint ꝙ ab eis geſtū fuerit, vſq. adeo ratū habēdū erit, vt ēt nō ſecuta electione,[i] re tñ nō itegra,[k]

tuiſſent aliquem eligere per ſcrutinium conuenerunt in hoc, vt hanc electionem cōpromitterent, idq; volebant facere certis conditionibus, vnde fuit dubitatum, an & quō poſſent, cum n. in electione ſit faciendū examen illius eligendi, argumento c. 1 de ſcrutinio poſſet propterea, inde oriri diſcordia ſicut in ſcrutinio, & conditiones 1 electionibus teneiuntur, c. 2. eo. titu. in 6. ſed ſi cōpromiſiſſent, non videbatur cōueniens eos compromiſſam poteſtatem poſſe reuocare, argu. l. ſicut, C. de actio & obl. ſolut tñ vt hic dr quia ob bonū pacis & vtilitatē eccleſiæ hoc fuit cōceſsū, ad primā autem obiectionem rñdetur negando inde poſſe oriri talem diſcordiā & hoc propter formā in compromiſſo traditam, iſta vero deciſio de conditione verificatur in reddendo votum, non autem in faciendo aliquod mandatum ad eligendum cum iſta duo maxime inter ſe diſtent, argumento capit. ſi quis iuſto, eod. in 6. nec etiam obſtat d. l. ſicut, quia argumentum de contractu ad compromiſſum non tenet No inde argumentum etiam ſpiritualia poſſe compromitti, & compromittentes poſſint ita compromittere prout eis ꝓ vtilitate Eccleſiæ melius v debitur, iuxta ca. cum dilectus, eo.

a Per compromiſſum.] Iſta forma fuit inuenta pro faciliori via, vt euitetur magna difficultas ſcrutinii, in cuius practica, etiam perfecti viri ſolent deficere.

b Plures.] Sed an in vnum poſſit fieri compromiſſum? Reſpon. ſic, capit cauſam, extra eod. nec enim hæc pluralitas eſt de forma, immo melius res expediri poteſt per vnum, quā ꝑ plures, id eſt, duos, quia tunc res fere eſt ſine exitu, l item ſi vnus, ff. ſi. na de arbit. & capitulo innotuit, eodem titulo, & de hoc vide tu capitulo ſi compromiſſarius, eodem.

c Idonei]. Sed in quo conſiſtere debet hæc idoneitas? Reſpon vt quia non ſint laici, c. contingit, de arb & quod ſint religioſi, id eſt, bonæ conditionis non n. neceſſe eſt, quod ſint religioſi id eſt, ꝓfeſſi aliquā regulam approbatam, vt per Abb in c. quia propter, eo.

d Eliguntur.] Non ſolum ab ipſo capitulo, immediate. verum etiam a tertiis perſonis mandato & vice capituli, capitulo in cauſis, vbi Abb eodem Ex quo infertur, quod compromiſſarij poſſunt eſſe a principio incerti, certificandi tamen per ipſos, quibus eſt data a capitulo poteſtas eos eligendi.

e Omnium.] No ergo, quod ad impediendum huiuſmodi compromiſſum ſufficit vnius ſolius contradictio, vt no in ca quia propter, in c. ſcriptū eod & ita tenetur communiter, cum nemo inuitus priuari debeat iure ſuo, l inuitum, & l. in vendentis, C. de contrah emp. licet quædam contra. d. capi quia propter & idem putat ibi Abbas in aliis negotijs eccleſiæ expediendis. Quia cum compromiſſum ſit res voluntaria. l. ſi dictum. ff. de euict. oportet, quod omnes conſentiant, vt dicitur in capitulo omnes, de conſt. & per Ioann. Andr in rubr. de reg. iur. in 6. in Merc. Dicebat tamen Hoſt. ꝙ ſi ſint tres tantum in Collegio, vno inuito, duo poſſunt compromittere, ſuadēte neceſſitate, capitulo quanto, de cōſue. cum propter paucitatem Collegiatorum non poſſit ſeruari forma ſcrutinij, quod & æquū eſt, & per Doctores cōmuniter approbatur, ſed de hoc multum dubitat Ab. in dicto c quia propter, vbi videndum. Poſſet tamen maior pars capituli inuita minori, admittere aliquos ad conſulendum, ſecundum Cōpoſt. & Ab. in d c. ſcriptum, ratione de qua ibi per eos.

f Eligendi. Bene eligendi, quia ſi iam elegerunt, dubitetur tamen de validitate, ac viribus electionis, non poſſunt canonici de. & ſuper dicta validitate electionis facere compromiſſum in præiudicium electi, etiam ſi ab aliquo opponatur de nullitate, ſemel enim functi ſunt officio ſuo, Abbas, & Doc in c. cum inter canonicos, per illum textum eodem.

g Certo modo Vt puta, quod teneantur ſcrutari ſecrete vota omnium, & illum eligere, in quem conſenſerit maior pars capituli & ſanior, capitulo cum dilectus, eod. & cap cum expediat, eod in ſexto, & ſic compromiſſi forma & ſcrutinii iungi poſſunt quod putatur vtilius vt nota in dicto capitulo cum expediat Non tamen poſſunt compromittentes tollere ſubſtantialia capituli, quia propter, vt notat Abb licet poſſint ſimpliciter cōꝓmittere ꝓmittendu in prælatum illum recipere, quem arbitri elegerunt, capitulo cauſam, ext eodem.

h Effectum. Cap cum dilectus, eodem capit. cum olim, de arbit. ca. dilecta, de reſcrip. c. diligenter. ff. mandati.

i Electione, c. in cauſis, eo. vnde ſumitur.

K Non integra. Sed quando dicitur res non integra? Reſpon ſecundum Inn. & Abb. in c. in cauſis. eod cum attinguntur ſubſtantialia ipſius negotii puta cum inceperunt arbitri tractare de perſona eligenda, ſecus ſi ſolummodo ſint expleta aliqua pertinentia ad ſolemnitatem actus, vt

quis

ga celebrauerunt miſſam ſpiritus Sancti, vel quid ſimile, licet glo. in Clemen. fin. de procurat. dicat rē eſſe integram, cum non fuerunt facta Præparamenta, ſed in iudiciis dicitur res integra ãn lit. non cōt.
a Non poſſit Videtur ergo, quod re integra hæc ptās reuocari poſſit argu l. t. ff de off. eius cui mand. eſt iuriſd. & quod Goff. Vin. & Hoſt. admittunt inſtar mandati, §. recte inſti. mandat. Alii contra argume. l. ſicut, C de actio. & obligat. ut diffuſe not in ca. in cauſis eodem Cōmunis reſolutio habetq; ſi vniuerſitas dedit hanc poteſtatem compromiſſariis gratia ipſorū compromiſſariorum, quod etiam re integra reuocari non poſſit, quia tunc eſt, quædam ceſſio iuris, ſiue donatio, vnde non poteſt reuocari, C. de donatio l. ſiue. C. de tranſact. l quamuis. C. de reuoc dona C. ſi donationem. 21. q 2. capit non enim, c. ſuper quæſtionib. §. porro, de offic. de leg. capit. quod ſemel, de reg. iur in 6 32 quæſt 5. c. hortendus, & 8 q. 2. dilectiſſimi Et quod hic, & in cap. in cauſis, dicitur, re non integra, intellige maxime. Aut hæc poteſtas non fuit data fauore perſonarum, ſed eccleſiæ, forte vt facilius expediatur, electio ita quod compromiſſarii fuerunt deputati nudi miniſtri, & executores, & tunc procedet argum. a contrario ſenſu, & reuocari talis poteſtas poterit, ſecundum Ioa. And & Abb. in d. cap. de cauſis, & Inn. in c. conſtitutus. de conceſſ. præb, & fac. §. illud quoque, infr. de collat. in dubio autem reuocari poſſet cum gratia non præſumatur, nec donatio, C. fin de transla præla. l. cum de indebito. ff de prob. & nota in leg cum quidam ff. ſi cer. pet. Qualis autem eſſe debeat talis reuocatio & an ſufficiat tacita, ponit Abbates in d. capitulo de cauſis. Et ex h c §. & ſuperiure colligeno tabilem differentiam n m ad contrahendum ſpiritnale coniugium, ſufficit dare mandatum in genere, vt hic, & in dict. capitulo. de cauſis. & capitu. quia propter, eodem ſecus in carnali, quia oportet quod detur mandatum in certa perſona l. generaliter ff. de ritu. nup. & no. in ca fi de procu libro ſexto.

Res integra,

Inter mādatum ad cōtrahendū carnale & ſpirituale cōiugiū q̄ differētia

ff. de teſtament & ſupra de eccleſiaſt conſtitu §. fina. Solu. non ſemper ſeruatur ille ordo, ut appare t inſtitu. de teſtamen. ordina & inſtitu. quibus non eſt permiſ. cond. teſtamen ut diſputatur late per Modern. legiſt. in d. rubr. Inſtitu. de teſtamen. ord.

demandata ſibi poteſtas reuocari nō poſſit. [a]Oſtendimus, quib. modis electio celebretur, conſequens [b]nunc eſt, vt videamus, & qui poſſint eligere, & in quos cadere poſſit electio.

QVI ELIGERE, eligiue poſſint.

TIT. VII.

In electione
- Qui eligere.
  - Debent.
    - Canonici (Regulariter.
    - Alii
      - Ex conſuetu.
      - Præſcriptio.
      - Pacto.
      - Priuilegio.
  - Non poſſit
    - Pupilli
    - Non ordinati
    - Excommunicati
    - Suſpenſi
    - Interdicti
    - Heretici
    - Laici
- Qui eligitur.
  - Debet eſſe maior 30.
  - Nō pt
    - Minor 30.
    - Excommunicatus
    - Suſpenſus
    - Non in ſacris
    - Schiſmaticus
    - Neophita

QVI ELIGERE eligiue poſſunt.

Ioa. Bapt.

Cum electio cōſideretur vt diximus in ſuperiori rubri. ratione formæ & ratione perſonarum, ſequitur vt poſt cognitionē formæ videamus de perſonis, ideo proponitur nunc titulus iſte, qui diuiditur in 2. partes, in prima adnot. qui poſſunt eligere, in ſecunda qui poſſint eligi, ſecunda ibi, oportet autem Ius igitur) Hæc pars adhuc ſubdiuiditur in 3 par. in prima habetur quo iure competat poteſtas eligendi, in ſecunda adnot. qui valeant eligere, ſecūda ibi, ſed neque quoad primū. CASVS Canonici viduatæ Eccleſiæ volebant ita per ſeipſos Epiſcopum eligere, & alios diuerſo iure id prætendentes reiiciebant, vnde fuit quæſitum quid iuris, pro Canonicis enim faciebat, c. nouit, de iis quæ fiunt a prælato ſiquidem cum Canonici, & Epiſcopus conſtituant vnum corpus vt ibi legimus, non videbatur rationi conueniēs alios quoque admittere Solut. tamen vt hic dicitur, quia diuerſimode poteſt aliquid alicui acquiri, quo acquiſitio ſine facto proprio non debet priuari, iuxta lege id quod noſtrum ff. de regul. iur non obſtat obiectio quia aliud eſt conſidare corpus ipſum, & aliud modum tale corpus conſtruendi. No. cauſam diſtinctio iſtorum iurū, quæ competunt aut de iure, aut de facto, ius autē eſt priuatum, & hinc priuilegiū, aut eſt commune, & ſic ſcriptum, aut non ſcriptum, factum autē eſt, de conſenſu partium expreſſo, & dicitur pactum aut tacitum, & dicitur præſcriptio.

Ioā. Bapt.

b Conſequen. Immo prius dicendum fuit de perſonis tam eligentium, quam electorum & poſtea de formis electionis, ege ſi quætamus,

QVI

QVI ELIGERE ELIGIVE POSSINT.

Quibus ius eligendi, h.d.

IVs igitur Prælatum eligendi ad Canonicos[a] hodie,[b] & ad uiduatæ Eccleſiæ pertinet collegium[c] Sed & ſi qui conſuetudine,[d] vel præſcriptionne, pacto,[e] vel priuilegio[f] fuerunt muniti, ab electione minime ſunt excludendi.

Impuberes, & non conſtituti in ſacris non poſſunt eligere, h.d.

Se nec, in pupillari ętate[g] cõſtituti, neq. ii,

a Canonicos, vt in c. in Geneſi, ea eccleſia 2. capi. Cumana, c. cum in veteri, & c. congregato, & c. bonæ, 2. cap. & idẽ ſi in veritate forte non ſit canonicus, ſit tamẽ in quaſi poſſeſſione canonicatus pacifica, vt in d. capit. in Geneſi. c. querelam, & ca. cum olim, de cau. poſ. & proprie. & in capit. conſultationibus, de iure patro & no. ſupra titulo proxim. §. proximo. etiam ſi ſuccũbat in cauſa ſibi mota ſuper canonicatũ, vel iure eligendi Bald. in l. 2. Cod. de ſer. & aqua. & ſ. de inſti. §. interdũ. Sed cõtra hoc videtur c. Cumana. contra eo de quo dic ut in d. ca. in Gen. & in d. c. Cumana Et quod dicit hic canonicos, intellige etiam de ſupernumerariis, ſecundum Inno. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & Firman. in trac. de epiſcopis. lib. 1. in tertia parte ſecus. tamẽ eſt In beneficiatis, etiam ſi ſine eccleſia perpetuo beneficiati, quia ſolum canonici faciunt collegium, c. nouit, de his quæ fi. a prælat & nota Doct. in c. 2 de inſti & per Abb. in c. 1. eo. & no. in c. dilecta. de exceſſ. prælat.

Super nu meraria eligit.

Beneficia ti nõ eli gunt.

ANT. TIM. Sunt collaterales Epiſcopi, vnde licet hoc ratione canonicatus non ſit dignitas, tamen in magno honore pronunciatur in choro, & in proceſſione præcedunt Abbatem quamuis Abbas ſit dignior, ſecundum Fel. in cap paſtoralis, de offi. dele.

b Hodie Ideo dicit hodie, quia aliter erat olim, capitulo. 1. diſtinc. 22. & habetur diſtinctio. 6c 61. 63. & 69 ſparſim. per tot & 1 quæſtion 6. per tot. & 8 quæſtio. 1. & 1. quæſtio. 3. per tot & not. in ca. quamquam de electio. in 6 Et intellige, quod hic dicitur inſpecta diſpoſitione iuris communis, nam noſtris temporibus, & multis etiam retro annis Pontif. Roma. ad tollendas magnas diſcordias, quę oriri ſolent in electionibus conſueuerunt ſibi reſeruare prouiſiones omnium eccleſiarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium vt apparet in ſecunda regula Cancellariæ Apoſt. quę ab omnibus pontificibus confirmatur & renouatur. Vnde fit, vt hæc materia electionis parum noſtris temporibus practicetur, maxime In Italia, propter regulam ſupradictam.

c Collegium. Vnde ſi vacet ſedes Metropolitana, electio non pertinet ad ſuffraganeos, ſed ad ipſa canonicos, concor ca. bonæ, 2 de poſtu. prælat. vbi not Ab. conſuetudo tamen, quod vna cum canonicis etiam ſuffraganei eligant, valet, d. capi. bonæ & hic.

Suffraga nei eligũt ex conſue tudine.

d Conſuetudine vel præſcriptione. Ita vt conſuetudo ſit diuerſus modus acquirendi ius eligendi a præſcriptione, vt firmat Firm in ſuo trac de eius 1. lib in 3. par Vel potes exponere de cõſuetudine præſcripta, cum ſimplex conſuetudo nõ pręſcripta non tribuat ius eligendi, vt traditur per gl Ann. & alios, in c. humana eod. Eſt aũt generale, quod 40. ann. ſpacio iura ſpiritualia & eis annexa pſcribuntur. vt hr̃ in cap de quarta, de preſcri. requiritur tamen quod ſaltem aliqua, dictarum electionum per dictũ tempus facta rum fuerit confirmata, vt ius eligẽdi tribuatur, Inn. in cap cum veniſſent, de reſt. in integ. Bald. in capi. ſi uaſallus, quid ſi inſtituta in vſi. feud. & in lẽ. 2. C. de ſer. & aqua. habetur per Firm. in dict. tracta. eo. loco Et de hac materia in capi cum eccl. de cau. poſ & in c. querelam, eod & in capit. bonæ, de poſtulat. præla. & in c. ea noſcitur. de his quæ fi. a maiori par. cap. & c. cum eccleſiis, de præben. in 6.

e Pacto, etiam c. ſcriptum, eo. Poſſunt ergo electores extraneis iura eligendi communicare, nec mirum, cum poſſint etiam totam poteſtatem in compromiſſarios transferre, ca. cauſam, & in ca. in cauſis & in ca. quia propter, eo. & §. per compromiſſum, ſupra tit proxi Sed hoc vel uno diſcrepante impediri poteſt. ſ. vt extraneus habeat vocem in eligendo. Compoſt & Ab. in d. c. ſcriptum. Sic & compromiſſum, vno contradicente, impeditur Dicit tamen. Compoſt, quod maior pars poſſet extraneum admittere ad conſulendum, licet non ad eligendum, arg. c. a. obeuntibus, diſt. 13. & per Abb. in d. c ſcriptum.

f Priuilegio. Cap. cum dilectus, de conſuet. & ex priuilegio etiam laicus poſſe intereſſe electioni, vt per Abbat. in capitul quiſquis, colum. ſecunda verſicul. Tertio & vltimo quæritur, licet non ex conſuetudine, cap Meſſana eod & per Abbatem vbi ſupra

Sed neque. Hæc pars continet plures particul. in quibus habẽtur diuerſæ cauſæ repellendi aliquem ab electione actiua. CASVS tamen in communi ita adno Quidam volebant eligere vigore alicuius iuris, ſupra in princ. huius titu adnot. non obſtante ætate, vel defectu ordinis, vel excommunicatione, vel ſuſpenſione, vel interdicto ſeu delicto, vel vita laicali vnde fuit dubitatum an poſſent, cum enim iſti, prætendat tale ius, non debent eo priuari ante legitimam condemnationẽ. c. 1. de accuſa. Solu. vt in hac parte legimus, quia ſtante aliquo impedimento iſti nullum ius habent eligendi & ideo ceſſat obiectio Nota omnia iſta eligendi impedimenta poſſe reduci ad impedimentum naturæ legis ac morum. iuxta c. 1. ca. 13 q 7 vnde per oppoſitum. No. 2. perſonã ad aliquod officium idoneam conſiderari reſpectu naturæ vel legis ſeu morum.

g Aetate. Concord. capitu. ex eo, eod in 6. nec diſtinguimus hic vtrum malitia ſuppleat ętatẽ ſicut nec in finienda tutela, l. indecorũ, Co. quãdo tut.

tut. uel curato. & inſtit. quibus modis tutel. finit. in prin. licet ſecus in matrimonio, cap. puberes, de ſpon imp. ſed ſolum attendetur in maſculo nume rus 14 ann. in fœminis 12. vt in d. capitul. ex eod. & cap. indemnitatibus; eodem titulo & libro. Et quæ requiratur, ætas ad canonicatum, & alia benefi cia late per Abbatem & alios in capitulo ſuper in or dinata, de præbē. & aliquid per eundem in capitul. ex parte, verſ. nam ui de, de reſti. ſpoliatio.

communicatio, dices ut infra de ſent. exc. in prin. f Non ſunt Capilia, eo. cap. ſi celebret de cler. excom minu. ſolum enim minor excludit a perceptione ſacramentorum, non autem a communione fidelium.

qui ſacris ordinib. non ſunt decorati, [a] ſūt admittendi. Abſurdum [b] enim eſſet, ſi ad tā ti ponderis rei explicandas, ii, quorū nullū eſt animi iudiciū, [c] & ad ſacra tractanda ii, qui nondum illa attigerunt, [d] aſſumerētur.

Excommunicatus minore excommunicatione eligit, ſecus maiore, h.d.

Illud quæſitum eſt. An excommunicati ad eligendum admitti poſſint. Et ſane ſi minoris [e] excommunicationis uinculo tantū fuerint innodati, ab electione arcendi nō [f] ſunt, anathemate autem percuſſi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur. [g]

Suſpenſus a Canone eligit, ſecus ab homine.

In ſuſpenſo quoque nō abſimilis obtinet diſtinctio. Si. n. quis per ſolā Canonis diſpo ſitionem ſuſpenſus ſit, electioni intereſſe minime prohibetur. Si uero per iudicis ſententiā anathematizato ſimilis habebitur. [h]

Eligere a ſuperiore prohibiti, abſentes, hæretici, non poſſunt eligere, h.d.

His quoq. & illi annumerari debēt, quib.

ætas quæ idonea ad Canonicatum.

ANT. TIMO. Hoc idem docet S. Thomas ſecunda ſecundæ, qō. 1. artic & ibi Caiet. ad tertium argument.

a Decorati. Huic iuris ordinationi p coelectores derogari non poteſt. ut in Clement ut hi, de ętate, & qualita Et quod dicitur hic de pupillari ætate, uidetur ſecundum ius nouum eſſe ſuperfluum; cum ſatis uideatur eſſe, ſi dicatur de conſtituto in ſacris ordinibus, quæ minori 18. annis non conceduntur. Clemē. ſin. de æta. & qualit. Niſi dicamus procedere in electione fienda per Moniales de Abbatiſſa, in quas non cadunt ſacri ordines, & hæc habilitas in eligendo ſufficit, quod ſubſit tempore inſtantis electionis, non autem va cationis eccleſiæ, ut plene no. in d. Clem. ut hi qui. alias ſi.

Habilitas tpe in ſta tutis electionis.

g Repelluntur. Et merito, cū diuulſus ſit a corpore Chriſti myſtico, ut inf. de ſent. excommun. in principio. Sed quid ſi maior pars fuerit excommunicata, an alia, & minor pars eligere poterit ſine ea? Item quid ſi unus eſt excōicatus, & eligit cum aliis, an tota electio uitiabitur? Reſpond ut no. e. q 1. ca. fin. & per Abb. in cap. illa. eod. Quid ſi vnus ex compromiſſariis eſſet, excōmunicatus, an vitietur tota electio? Reſp. diſtinguendū eſt vtrum excommunicato ſit manifeſta, an occulta. Item vtrum remaneat maior pars in nō excommunicatis an contra, ut per Abbatem in capitulo, in cauſis, in ſi de elec. Item an ſemel criminōſus, vel alias inhabilis, præſumatur adhuc durate in eadem, in eodem crimine, & inhabilitate? Reſpondeo ut per abbatem, & alios in capitulo, cum inter, eodem.

b Abſurdum. A quo vitando bonum eſt arg. l. nā abſurdum, ff de bon. liber.

c Iudicium. Vt l 1. C. de falſ. mone. lege cum prætor, § non autem, ff de iudi. leg ſecunda, §. puberes, ff de iu immuni l. ſi. C. de mili. teſtam, leg ſpurii, §. minores, ff de decur. 3. qō 7 §. tria. & capitul. ex parte, de corp. vit capitulo cum uirum, & capitul. cum ſimus, de regul. Eadem & maior ratio eſt in furioſo, qui nec carnale matrimonium poteſt contrahere, capitulo dilectus de ſponſalibus, & trigeſima ſecunda quæſtione ſeptima, capitul. neque furioſus, nec religionem vouere, cap. ſicut primi, de regular.

d Attigerunt. Argumentum, ꝙ nemo dat quod non habet, lege traditio, ff. de acquirendo rerum dominio, & l. ii vniuerſæ, C de leg. & §. fin. infr. de confirmation.

e Minoris. Quæ ſit autem minor uel maior ex-

ANT. TIM. Excommunicatio enim dicit ſeparationem a communione Eccleſiæ Vide S. Thom. in 4. ſent. diſt. 18

h Habebitur. Et ſic no. ꝙ mitius agitur cum lege quam cum homine, l Celſus, ff. de arbit Quod quō, procedat, habetur per Barto in leg amplius, ff. rem rat. hab. & per Mode. Canon. in capit. paſtoralis, §. cum autem, de offi deleg, per Bald in capi. ſicut, de cohab. mul. & cle. & per Sal. in l. 3. qō. 3 C. ex quib. cau. infam. irro & per abba in ca. dilectus, de præben. & concor. dictum inter R. Seniorem eo & ca. cū bonæ. de æta. & qual &c. poſtulaſti, de cler. excommu. min. Et talis ſuſpenſus nō ſolum non poteſt eligi, ſed nec etiam poſtulari, capit 1. de poſtul. prælat. Et pro diſtōne huius ſ[illegible] quæ ponit. Pitman. in ſuo tractatu de Epiſcopis lib 1. verſicu. 59. Sed cum actus eligendi non ſit ordinis, quemadmodum excommunicate & iudicate, ſed potius iuriſdictionis, vt dicitur in capitulo, tranſmiſſam, eodem, videtur quod electio facta a ſu-

C ſpenſo

a ſuperiore, ne eligant[a] interdictum eſt. Idē abſentes, qui tamē ſi legitimis cauſis ad electionem accedere impeditos eſſe ſe docuerint, alijs de capitulo votum ſuum dimandare, ſecundum ea, quæ proxime,[b] expoſuimus, minime ſunt prohibendi. Hæreticis[c] autem, vel nō catholicis, indiſtincte ius eligendi adimitur.

Ob non ſeruatam formam, & ob negligētiam eligentium electio deuoluitur ad proximum ſuperiorem. h. d.

Interdum tamen accidit, ut ij, quibus ab initio ius eligendi competit, eo iure poſtmo ſum priuentur,[d] ut puta ſi qui aliter,[e] quam per præſcriptas[f] formas eligere tentauerint. Item qui per tempus[g] conſtitutionibus diffinitum, in eligendo negligentes[h] fuerint quo caſu ad proximum ſuperiorē[i] eligendi poteſtas deuoluitur.

Electio facta de indigno, ius eligendi trāsfert ad Romanum Pontificem. h. a.

Alia ſane cauſa eorum eſt, qui ſcienter[k] indignum eligunt, aut poſtulant: Nam licet & ij eligendi iure priuentur,[l] id tamen nō ad primatē, aut Archiepiſcopum, ſed immediate ad ſummum Pontificē deuoluitur.[m]

ſpenſo vel ſuſpenſis valere debeat; cum ſuſpenſio ſolum ea adimat quæ ſunt ordinis? Reſpon. ut late not. per glo. & Doct. in cap. dilectus, de conſuetudine

a Ne eligant Sc licet ſine ſua licentia, quam petete, ſi ſint in mora tempus a canone ſtatutum curri c. fin eo. Quia poſſe dī, q poteſt facere vt poſſit l qui poteſt. ff de re iud.

Poſſe qui dicitur.

b Proxime. Vt ſu. tit proximo. § 1 vide etiam. not. & in capi quia propter, § nali eo tit

c Hæreticis Fac capitulum aperte, & capitulum miramur. 24 q 1 & capitu. fina 9 quæſtio 1

d Priuentur. Per ſententiā, non ipſo iure, ut not. in capitulo, quia propter, verſ niſi eod. Sed opponitur, d. cap. cūm cunctis, eod. Solut ſecundum Abb quod ille textus loquitur cum peccatur eligendo, hic cum peccatur contra formam traditam in eligendo, ſupponitur tamen de idoneo, vnde maius eſt peccatum in materia, quam in forma, quod fac. contra not. 12. queſtio. 2. ſumma, & in cap. ſine exceptione.

Maior defectus in materia, quam in forma.

e Aliter Quid ſi alio loco fuerit facta electio, quā in conſueto? quidam, quod non valet legitima ceſſante cauſa, ut no. 10 c 10 nomine domini, diſt. 23. Tu dic contra, licet eligentes in loco non conſueto male faciant, ut per Abb. in c. cum in terra eod. vel diſtingue ut per eundem, in cap quod ſicut, §. 1 eodem.

f Præſcriptas formas. Scilicet in §. celebratur ſup. tit t. in c quia propter, § ſi eo. Sed quid ſi publicato ſcrutinio ſuperueniat defectus in forma; puta, quia non fuit facta collatio vel communis electio? Reſpondeo vt per Abbatem in cap publicato, eo. ante ſi.

Mutatio loci non nocet.

g Tempus Scilicet trimeſtre in eccleſijs epiſcopalibus, & regularibus, vt in cap ne pro defectu, eo. in quorum vacatione cum maius uertatur periculū, breuius ad prouidendum tps ſtatuitur quam in alijs, in quib ſtatuitur tps ſex menſium, cap 2 de conceſ præb fac c. vbi periculū eod in 6. & vr id obtinere etiam ſm iura antiqua: ut diſt. 50. poſtquam, & ca. obuentibus, diſtin. 63. Et differt ſuperior caſus ab hoc, quia in ſuperiore requiritur ſententia, ut dictum fuit ſuper ver. priuentur, ſed hic ipſo iure inducitur deuolutio, fac. cap. licet, & cap. fina. de ſup. negligen prælato. & capit. quamquam, eod. in 6. & electio facta poſt talē deuolutionē eſt ipſo iure nulla. Arg tū cōtra, in §. ia tū. inf. de collat.

h Negligentes. Aliud ſi legitime impediti, c. ne pro defectu, ec. & diſt. 28 ca. Siracuſanæ, & diſt 61 cap. bene nouit, & c. quia diuerſitatem, de conceſ præbē. nec eo. ca fuerit neceſſaria aliqua proteſtatio. ut not in d. ca. ne pro defectu. & puniūtur & priuantur ſolum pro illa uice, d. cap. ne pro defectu

i Superiorem. Olim tamen ad Papam, cap. dilectus, de conceſ. præbē. Et hic, ad quem facta eſt deuolutio debet pariter intra tres menſes eligere, d. c. ne pro defectu, eo.

K Scientes. Scilicet omnes ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim, ut not. in ca. quamquam, eo in 6. Si aūt ſolum aliqui, tunc deuoluitur poteſtas ipſo iure, vel per ſniam, cum peccant in forma, c quia p p, e. Sed pone pars eligentium peccauit eligendo ſcienter indignum: remanſit ergo ius eligendi in alijs. Illi non eliguntur intra debitum tempus ad quem fiet deuolutio ad Archiepiſcopum, an ad papā? Reſp. ad Archiepiſcopum, ut reſoluitur in c. cum Victorienſis eo & 10 c quamquam, eod in 6.

ANT TIM An vero indignum eligere dicatur qui non eligit digniorem, vide per S Tho. 2. 2. quæſt. 185 ar. 3 & per Caie ibi, & in ſumma in verb. electio Eligens vero quem credit eſſe in peccato mortali peccat: nam talis non poteſt uti prælatura S. Tho 2. 2 diſt. q 185. ar. 3 Fel. c quamuis, de off deleg. Ratio eſt, quia Chriſtus requirebat in Petro charitatem quando ei commiſit gregem, dicens. Petro amas me, &c

l Priuentur Ex ipſo iure, c. quamquam, eod. in 6.

m Deuoluitur Sed quæ eſt ratio differentiæ inter caſum & caſum? Reſpond. velut dicit lex, quod ſi quis fuerit negligens, in petenda bonorum poſſeſſione intra centum dies locum facit ſuccedentib.

Laici non poſſunt eligere, h.d.

Laicis quoq. etiam ſi principes [a] ſint, nullo neque conſuetudinis, [b] neque præſcriptionis, neq conuentionis iure, ad electionem [c] adſpirare [d] permittitur, patroni tamẽ circa iam factam electionem non indecenter [e] poſtulatur ad ſenſus.

Qualem epiſcopum eſſe oportet, h.d.

Oportet [f] aũt, eum, qui in Epiſcopum eligendus ſit, cũ ars ſit artium [g] regimen aïarũ, ætate maturũ eſſe, natalib illæſum, [h] corpore integrũ, fama candidum, litteris inſtructũ, religioſum, prudentẽ, temperatũ, caſtum, hoſpitalem, manſuetũ, irreprehẽſibilẽ, ſecundũ ea, quæ latius infra dicturi ſumus. Si.n. ad ſæculares honores ſine ſuffragatione meritorum indignũ eſt peruenire, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta [i] non adiuuant, quã diligens, ac prudens habẽda eſt diſpenſatio diuinorũ munerum, & Eccleſiaſticarum dignitatum.

Minor triginta annis, non poteſt eligi, hoc dicit in ſumma.

Igitur is, quis ad Epalem dignitatẽ promouendus eſt, annos natus eſſe dẽt non minus

in gradu, l. s §. decretali, & §. quod dicimus, ff de ſucceſſ. edict. Si autem ob crimen uel indignitatẽ, hæreditas applicatur fiſco non ſequentib in gradu, ff. de his quib. vt indig. l. Claudius, & l. mulierem. C. eo. titu. l. hæreditas. Sic curia & Papa hoc caſu ſuccedunt, non ſuperior, ſm Io. Andr. In capit. quamquam, eodẽ in 6. Et quod dr, hic de electo indigno, ſolũ obtinet in Eccleſiis cathedralibus, ut dict. capit quamquam, vbi in fin. not ſed ſuperior §. etiã in regularibus, ca. ne pro defectu, eo.

a Principes. Immo ſi princeps eligẽdo vel inueſtiẽdo ſe intromittat, excõicationem incurrit 16 q 7. ca. ſi quis deinceps, cũ ſeq. Et taliter electus debet deponi, cad q c ſi quis epa, cum ſeq. licet aliquando dicta poteſtas Imperatori fuerit conceſſa, cap Hadrianus, d. 63. ſed fuit reuocata, d. § verum. Vt amplius quod hic dicitur, ut procedat etiam ſi electionem talem cõfirmauerit ſuperior eccleſiaſtica, nam neque tunc ſubſiſtit, habetur per Abb & alios in c. quiſquis, eod. Idem amplia ſi laici eſſent admiſſi ad coeligendũ cum clericis, ſecus ſi ad coadiuuandum electionẽ, Doctor. in c. Meſſana, eod.

b Conſuetudinis, c. Meſſana, & c. ſacroſancta, eo & vtrobique not. ẽt ſi eſſet tanti tpis cuius initij memoria extaret, Ab in d. c Meſſana. Poſſet tñ induci conſuetudine quod mors Epiſcopi nunciet Principi, & ab eo petatur licẽtia eligendi, alias electio non ualeat. Abb. poſt Inn. c quod ſicut, § s. eo, Item ut poſt factam electionem requiratur cõſenſus principis, ne late per Abb. In c cum terra, c.

c Ad electionem Bene tamen poſſunt interuenire ad coadiuuandum electionem, ut dicitur in c. Meſſana & in c. quia propter, eo & in ca principibus, d. 63 Item poſſunt interuenire ex permiſſione Papæ, ut no. in c nobis. de iu. pat.

d Adſpirare. Etiam tanquam compromiſſarij, ut per Abb in c cauſam quæ, eo.

e Indicerentur. Cap nobis de iu. pat.

Oportet. Hæc pars continet plura requiſita pertinentia ad ipſum eligendum, vnde CASVS ita figuratur. Quidam ornatus moribus, litteris, ætate, natiuitate, prudentia, aliiſque uirtutibus debebat in Epiſcopum à legitimis Electoribus eligi, cæterum ne electio euaderet vana, fuit quæſitum, an omnia iſta ornamenta eſſent ſemper neceſſaria, ſi quidem ne electio differatur videbatur ſatis obſeruare eligẽdum eſſe idoneum ſufficienter, non aũt eminenter, iuxta not. In cap. cum in cunctis, de electio. Solu tamen ut hic dicitur, quia cura paſtoralis eſt maximæ utilitatis & conſiderationis, obiectio aũt tenet quãdo non ſep ſit magis idoneus ſecus alter e. Conſtitutis, de appellat ſi. enim iuta iuribus concordatur, cap. cum expediat de elect. in 6. No longe maiorẽ perſ. ctionem deſideran in eligendo quam in eligentes comparando, hãc partem huius tit. cum ſuperiori.

f Oportet. Quod ſequitur vſq ad ſi pertinet ad ſecundam partem Rubricæ, & ponuntur in hoc §. quaſi per iudicem omnes qualitates de quibus late diſputatur in diſt. 37. & pluribus ſeqq & in cap. cum in cunctis, eod.

ANTO TIMO. Enumerat oẽs qualitates quas debet habere Epiſcopus, quæ continentur fere his verſib. anni triginta ſacer ordo, pura uoluntas, & morum grauitas, ſapientia, ſponſa parentis, concurrens fama, decus hæc dant pontificatum, ut in c. cum in cunctis, de elect. uide Goff de temp. ord.

g Artiũ Ex eo quod animę ſunt pretioſiores alijs, reb. 1 1. q. 1 c. præcipimus, & 24. q 3. ſi habes, & ca. cum infirmitas, de pœn. & rem. Vide quod no. Ab. in c. cum ſit. de æta & qual ord in fi.

ANT. TIM. Ita ultra alios Car Laico I ſua ſum. in uer beneficiũ quod omnes Canoniſtæ & Theologi uno o e affirmant.

h Illæſum Suffi. ii tamen quod ſit legitimatus a Papa. Abb in capitu. cum Victonenſis, eodem.

i Documenta. Fac. cap miramur, in fin. diſtinct. 61. & not. ex hoc, quod mala uita probat quem, ambitioſe perueniſſe ad dignitatem. Sic contra, merita alicuius excuſant ab ambitione, 1. q. 1. cap

[illegible]uſdam, facit quod ſcribit Lamprid. in vita Alexād.: Qui ſiq[uem] item perfectum, vel rationalem ordinare vellet, nomen prius ipſius publicè proponebat, vt ſi quis quid haberet criminis proferret, exemplo Chriſtianorum, qui idem obſeruabant in ordinandis ſacerdotibus.

Lamprid.

d Suſpenſionis. Habetur in c. cum dilectus, de conſuet. in c. cum inter R. ſeniorem, in cap. cum bonæ, de æta. & qualit. c. poſtulaſti, de cler. excom. mi. Et hoc verum, ſiue quis ſuſpenſus ſit à beneficio. c. per inquiſitionem, vbi in ſin. no. ſiue ab officio, vt dicitur, in d. capit. cum dilectus. Et idem eſt de eo, qui non ſeruauit interdictum, c. ad hoc, de poſtu. præl. ca. fin. de ex. præla. & per Firma. in ſuo tracta. de epiſcopis, li. 2. in prin.

triginta [a]. Nam ea ætate Dominum [b] & baptizatum eſſe, & concionatum fuiſſe legimus. Alioqui ſi quis minor fuerit, eligi non poterit.

Excommunicatus, ſuſpenſus non conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus nō poteſt eligi. h. d.

Idem iuris eſt in ijs, qui aut excommunicationis [c], aut ſuſpenſionis [d] vinculo ſunt innodati. Nec ij, qui in ſacris ordinibus non ſunt conſtituti, ſaltem ſubdiaconatu [e], neque ſchiſmatici [f] eligi debent.

Eligentes indignum, per triennium eligi non poſſunt, h. d.

Illi quoque qui ſcienter indignū eligunt, nō ſolum eligendi poteſtate priuandi ſunt, verum etiam per triennium, vt ab aliis eligi poſſint, ſe ipſos inhabiles reddunt [g].

Neophyti non poſſunt eligi, h. d.

Neophyti [h] quoque in Epiſcopos ordinari prohibeantur. Indecens eſt enim, & valde præpoſterum, eum fieri magiſtrum, qui nōdum didicit eſſe diſcipulus [i]. Appellantur [k] autem Neophyti, qui propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumpſerunt.

a Triginta. ſ. completis, vt habetur in c. cum in cunctis, eo. argu. contra, ff. de mu. & hon. l. in rempublicam, ſed dic aliud in ſæcularib. dignitatib. aliud in ſpiritualibus, vel ſpeciale hoc eſt in Epō, in alijs autem inferioribus dignitatibus ſufficit legitimum annum attigiſſe. d. ca. cum in cunctis, §. inferiora. Quādo autem annus cœptus habeatur pro cōpleto, vel nō. Can. in d. cap. cum in cunctis, & in ca. licet, eo. & in c. 1. de ætat. & qualit. & in clem. 1. de ætat. & qualita. & per Legiſt. in l. qua æta. ff. de teſta. & in l. cui legatur, ff. de leg. 1.

ANTO. TIM. Appellatur enim pater Eccleſiæ 95. d. c. eſto.

b Dominum. Quidam, vt Io. Chryſo. tenent, quod dominus non compleuerat 30. ann. ſed tamen inchoauerat, vt in c. preſbyter, diſt. 78.

c Excommunicationis. Tam maioris, quam minoris, vt no. in cap. illa, eo. licet in dubio maior eueniat, vt habetur in c. pen. de ſent. exc. & infectio. titu. §. ſed quæri. maior ergo requiritur habilitas, vt quis eligi, quam vt poſſit eligere, vt ſup. eod. §. ex his, & de hoc per Firm. in tractat. de Epiſcopus, in princ. lib. 2. num. 4. & adde quod excommunicatio impedit promotionem, etiam quoad ſæculares dignitates, vt per Abb. in c. venerabilem, eo.

Excōicatus impedit pmotionem ad ſæculares dignitates.

e Subdiaconatu. Vnica eſt dictio, concor. ca. à multis, de æta. & qualit. Inno. & cæteri in c. cum olim, de re iud. & in ca. dudum & ca. cum in cunctis, eo. arg. cōtra. di. 60. c. 2. & c. 3. Solu. vt ibi no.

f Schiſmatici. De hoc inſtit. 2. §. de illo.

g Reddunt, vt c. per inquiſitionem, eo. nec mirum, cū per hoc tempus ſuſpēdatur à beneficijs, & dignitatibus, c. cū in cunctis, eod. Dic, vt ibi, & in d. cap. per inquiſitionem.

h Neophyti. De hoc habes, diſ. 48. per tot. & d. 61. per totum, facit l. non eſt facile, ff. de cuſtod. reorum.

ANTO. TIMO. Eadem ratione, imò à fortiori multo minus, qui non eſt baptizatus, non poteſt eſſe Epiſcopus, ita Alex. de Ales, part. 4. q. 8. memb. 8. artic. 1. & omnes alij habetur determinatum ab Apoſtolis, in can. Apoſt. cano. 79 ita etiam qui non eſt ſacerdos, S. Bon. in 4. ſent. d. 25.

i Diſcipulus, Cap. 1. diſt. 48 & ca. miramur, diſt. in pr. An autem Iudæus factus Chriſtianus ſit capax beneficiorum, per Abb. in capit. cum te, de reſcrip.

Iudæus factus Chriſtian⁹, an capax ſit beneficio.

K Appellantur. Cap. fi. d. 48.

DE

DE POSTVLATIONE.[a]

TIT. VIII.

Poſtulatio. { Quid. / Qui poſſint.

Quid ſit poſtulatio, hd.

POſtulatio[b] eſt eius, qui eligi non poteſt in Prælatum concors Capituli facta petitio.[c]

Qui non animi uel corporis uitio, ſed alias non poteſt eligi, poteſt poſtulari.

Sciendum eſt enim quoſdã eſſe, qui quãuis eligi non poſſint, poſtulari tñ minime ꝓhibentur. Quæ res ita vr̃ commode definiri vt quicunq.[d] nõ animi, uel corporis vitio[e]

DE POSTVLATIONE. Continuatur hæc rub. cum ſuperioribus, prout docet hic glo uel dicas iuxta adnot.ſup in titu.de elect. poſtq iam enim auctor hactenus explicauit actum ordinarium quo promotio prælati initiatur, ſequitur uidere de actu extraordinario eiuſdem promotionis, qui dr̃ poſtulatio: idō eam hic docet. Diuiditur autem tit. iſte in 2. par in prima habetur quid ſit poſtulatio, in ſecunda, qui debeant poſtulari ſecunda ibi, ſciendum.

DE POSTVlatione. a

DE poſtulatione. Cum quidam qui non poſſint eligi, poſtulari tamen poſſint, ut inf. per tot. merito hunc tractatũ ſuperiori connectit.

Ioã.Bapt. Poſtulatio. CASVS nõ figuratur.

Not poſtulationi ſubſtantiam reſpicere perſonas ineligibiles, & ideo per oppoſitum, Eligibiles non debent poſtulari cap.4.eod.in 6. & ibi not.

b Poſtulatio. Aliter deſcribit gl.in c.vni.eod in 6. ſed illa non eſt vniuerſaliter conuertibilis cũ ſuo diffinito negatiue & affirmatiue, vnde tanquam diffinitio non bona fuit omiſſa: arg.not.in rubr de Summa Trin & fid.cath & inſt.de oblig.in princ. & not abb.in rub eo qui ponit aliam: aliam ponit Hoſtienſis in Summa eod cum quibus hæc in ſenſu concordat.

ANTO TIMO. Eſt & alia definitio tradita a Goffred. Eſt, inquit, gratiæ petitio, ut cum ex gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi. Poſtulatio duplex eſt ſolennis, quæ eſt alicuius inhabilis aliter quam propter crimen a ſuperiore ad beneficium vocatio, & admiſſionis petitio, eſt glo in c.vnic.eodem, in 6. Et hæc habet uim electionis, ſi fuerit confirmata. Alia non ſolennis eſt petitio facta ſuperiori, ut tollat obſtaculum eligendi, & ad beneficium acceptandi.

c Petitio. Cum in definitione electionis dicatur vocatio, hic petitio, colligitur differentia inter electionem & poſtulationẽ: quia illa iuri innititur: hæc gratiæ. vnde qui eligunt, conſentiunt in electum tanquam in ſponſum & per electionem initiatur vinculum ſpiritualis matrimonij capit.cum inter canonicos, de elect & cap.fi. de transla.præl. i & infra de corrept vſu ſub §. fi. Qui autem poſtulant non conſentiunt in poſtulatum ut in ſponſũ, nec poſtulatione ꝓprie & ſtricte accipiẽdo initiatur aliquod matrimonium, ſed poſtulantes ouota in ſuperiorem dirigunt, ut ille de gratia debeat admittere poſtulatum, ut no. per abb. in rubr.eod. per Inn.in c.1 eo.& no.in c.vnic eod in 6. inde fit, ut poſtulantes quidem poſſint a poſtulatione recedere, antequam Papæ præſentent, ſecus in electorib⁹, vt no.in ca. bonæ, 2.eod.& in cap in cauſis, de electi.& hoc communiter tenetur, ſecũdum Abb.in d.capit.in cauſis, quamuis alias adeo ſimiles putentur, ut & nomine electionis contineatur poſtulatio, etiam in materia pœnali, ut poſt antiquos tradit Abb.in d.c. in cauſis.

Sciendum. CASVS, ita in cõi figuratur. Cum hominum quidam habeant uitium animi, quidam uitiũ corporis, quidam denique aliunde aliquem trahant defectum Electores nihilominus volebant indifferenter ſimpliciter aliquẽ poſtulare, ea ratione moti, quia putabãt omnes ineligibiles eſſe poſtulabiles iuxta definitionem poſtulationis ſupra aſſignatã, & in poſtulan. illud ſolum ſatis eſſe obſeruare, an videlicet ſit pro Eccleſia vtilis & idoneus, iuxta c. conſtitutus de appel. Solut. tamen vt hic legimus, quia in poſtulãdo requiritur integritas vitę & morum, ac virtutũ & ſic ceſſant obiectiones, cum nõ oĩs ineligibilis ſit poſtulabil. & poſtulabil dẽt habere præd qualitates. Not.hom num quidam ſunt eligibil. quidã poſtulabil. & quidã neutro modo ſe habent, licet aliqñ de eis dubitetur iuxta, cap 1. eod in 6. Not.a poſtulationem aliam eſſe propriã, & aliam impropriam abb in c.1.eo nu.34.

Ioa.Bapt.

d Quicunque. Hæc regula uirtualiter uidetur cõplecti oẽs regulas, quas ponit Abb.in c fi. eod. reputatum tamen fuit arduum ab antiquitate tradere hanc materiam via methodica: ut apparet ex nota in d c.fin.

ANTO.TIMO Videtur, quod poſtulari & non eligi poſſint ſexuplices perſonæ, Primo Archiepiſcopus ad alium Archiepiſcopatum. ca bonæ, 2.de poſtul præl. Secundo Ep̃s ad alium Epiſcopatum, vel Archiepiſcopatum, c & ſi unanimiter eo Tertio, laicus ad dignitatem diſt.61. Epiſcopus. Quarto clericus in minoribus ordinib. conſtitutus. cap. præterea, de ætate & quali Quinto illegitime natus, c innotuit, de elect Sexto qui non eſt in ætate legitima conſtitutus, c cum in cunctis.

e Vitio. Adde uel libertatis defectu, ne ſit contra capitul.primo, & capitul 2. & per tot. de ſer. non ordi.

ordi.& inſtit.qui promo.non poſſ.in priuc. & §.1. Vel poteſt dici, quod i ſeruis ſit defectus ẽt animi & corporis: cum pro mortuis reputentur, ut leg ſer nitutem, & l quod attinet, ff. de re iu Et inſtrumẽta loquentia ſeruos appellat Ariſt. ſicuti equos & alia inanimata facta ad vſum humanum appellat ſeruos mutos. qđ forte non bene dicitur de iure canonum, argum. ca. 1. de coniu. ſer. Sed ad hoc contra de bigamo, qui licet nullum patiatur animi vel corporis defectum, tamen poſtulari nõ poteſt ſecundum Hoſti. in Summa, & capi 2. de biga. non ord. Reſpondeo ſic s patitur defectum in animo, cum vitetur ob ſuſpitionem incontinentiæ. Vel forte verius eſt illum poſtulari poſſe, cum Papa cum tali diſpenſare valeat, ut per Bald. in capit. at ſi clerici, de iudic. de quo per Firma. in tract. de epiſcopis, in princ. 2. lib queſtio. 25

Bigamus an poſtuletur.

ſed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur, ijdem tamen poſtulari poſſint [a]

Minor 30. ann. & ſpurius poſſunt poſtulari, hoc dicit.

Ex hoc apparet, eum, qui vigeſimum annum [b] nondum compleuit, item in minoribus [c] ordinibus conſtitutum aut laicum, itẽ natalibus læſum, licet eligi non poſſint, poſtulari tamen poſſe.[d]

Epiſcopus et electus debent poſtulari, non eligi, h d.

Epiſcopus [e] quoque cum propriæ ſit alligatus [f] Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere non poteſt, ea propter, non eligendus, ſed poſtulandus erit.

Abbates & alij inferiores in Epiſcopos poſſunt eligi, h.d.

Non idem iuris eſt in Abbatibus [g] & cæteris Prælatis, infra Epiſcopalem dignitatẽ conſtitutis, iſti . n. licet propriæ Eccleſiæ videantur [h] alligati, nihilominus eligi poſſunt, proprium tamen non deſerant monaſterium, niſi licentia legitima impetrata.[i]

a Poſſint. Sed an poſtulantes adſtringantur ad ſeruandas formas cap. quia propter, de elect & non uidetur cum ibi fiat ſolum mentio de electione, l. non aliter, ff de lega. 3. Quod ſatis admitti poteſt in poſtulatione non ſolemni, ſecus in ſolemni, quod declaratur, ut per Abb in d. c quia propter, & in c. 1. de poſtu præla. & tenet Innoc. in c. in cauſis, de elect Nec obſt. quod c. quia propter ſolum utatur uerbo electionis, non poſtulationis, quia iura antiqua promiſcue aliis uocabulis utebantur, ut diſt 61 §. his omnibus, & diſt. 63. c. litteras, licet ſtricte ſumendo ſit magna differentia ut per Domi & Peruſ. in ca 1. §. ſed ſi, de elec. in 6 poſt gl.

b Annum. Cum hic eligi non poſſit, cap. cum nobis. & c. cum in cunctis, de elec. & c. ſi et, eod titu. in 6. Et quantum vicinus eſſe debeat trigeſimo, vt poſſit quis poſtulari, per abb in c ſi eo. in ſecunda & tertia regula, & ibi etiam alii Doct. Et iſte numerus annorum habet locum quidem in Eño, ſed non in alijs omnib dignitatibus eccleſiaſticis, vt per abb in c. ſuper inordinata de præb.

Clericus alienæ diœceſis poſtulandus.

c In minoribus ordinibus. De hoc in c dudum, & in c cum in cunctis, de electio. Sed an alienæ diœceſis clericus eligi poterit? Reſpondeo ſic, tamẽ & poſtulandus erit poſtulatione non ſolenni, vt per Abb. in ca. fin. eod. in ſecunda regula poſt Hoſt. in Summa, ver quis poſtulandus.

d Poſſes Sed dubitari poterit, quod ſi is quis eligendus erat poſtulatus fuerit? Reſpond. nihil eſt actũ, cum electores debeant prouidere eccleſiæ meliori modo quam poſſint. De quo per Abba. in rubr 10. & idem in capitul. fin. eod. poſt glo. & habetur in capit. vnic. eodem in 6.

e Epiſcopus. Intellige etiam de non conſecrato, cap inter corporalia de trãsla. præla. licet alias epiſcopus non dicatur qui non eſt cõſecratus. Abb. in c. 1. de translat præla. & in capit. iam litteris de reſtitu. & in capit tua nuper de his, quæ fi. a præla. & in cap. eam te, de reſcri. dum tamen non conſecratus ſit cõfirmatus, nam tantum poſt cõfirmationem dicitur q̃ ſ alligatus eccleſiæ, vt per Abb in cap. inter corporalia. in fin & infra de corepiſcoporum vſu ſubla § 1. De eo tamen fuit aliquando dubitatũ ut per Abb. in cap. fi. eod. Simpliciter ergo electus poterit eligi, cum non ſit eccleſiæ alligatus, ſed poſſit priori electioni renunciare, c. ſi electio, de elect. in 6 & Doct in c. inter corporalia Sed an Cardinales poſſint eligi, uel potius debebant poſtulari? Reſpondeo ut habetur per abb. & alios, in c bonæ, in c. ſi eo. & in c. eccleſia 2 de elect.

f Alligatus Epiſcopus ergo, qui renunciauit epiſcopatum, cum non ſit alligatus, poterit eligi, & hoc uerius ſecundum abb in c fin. eod.

g Abbatibus C ſi abbatem de elect in 6. cap cum inter, & dudum, de elect c ſi religioſus & cap quorundam, de elect in 6 & c. cum venerabilis, vbi abba. de conſuetud & late idem abb. in c ſi eod. in ſecunda regula

h Videantur. Verbum hoc notat, improprietatem, quia prope matrimonium contrahitur ſolum inter epiſcopum & eccleſiam, inferiores uero ab epiſcopo dicuntur contrahere quaſi matrimonium. No in c quia propter, de electio. & per abb. in c. fi. eod. Debent tamen hi poſtulari poſtulatione non ſolemni, vt infra ſequitur, & habetur, in c. 1. & c fi. eodem.

i Impetrata. Quod ſi ſuperior nolit talem licentiam concedere an poterit aliquo remedio compelli? Reſpondeo affirmatiue ob bonum publicũ. c p. quod Dei, in fi. de ſtatu monac.

DE CONFIRMATIONE.

Continuatur hæc rub cum ſuperioribus tali ordine. Hactenus viſum eſt de actib. quibus promotio prælatorum initiatur, ſequitur videre de actu quo perficitur, q. cum ſit confirmatio, ideo de ea autor in hoc tit. pertractat, qui diuiditur in tres partes in prima habetur quid obſeruari debeat ante confirmationem: in ſecunda qualiter ſit faciẽda, in tertia quid ipſa conferat, ſecunda ibi is autem, tertia ibi, igitur.

Nunc uidendũ eſt. Hæc pars diuiditur in tres partes. in prima habetur q. d ſeruari debeat reſpectu electionis factę, in ſecunda quid reſpectu confirmationis, in tertia adnotatur, an poteſtas aliqua inde acquiratur: ſecũda ibi. quamdiu, quoad primum CASVS. Cum quidã fuiſſet electus in prælatum certæ Eccleſiæ, & electionis adhuc non cõſenſiſſet ob eius abſentiã & ignorantiã, fuit dubitatum, an ſibi eſſet id denunciandum, & intra certum tempus conſenſum poſtulandum, per c. ne pro defectu, de elect. negatiuè videbatur reſpondendũ Solu. tamen eſt tenenda quæ hic dicitur. quia in re graui non tantum ſcientia, ſed etiam maturũ conſilium requiritur: non obſtat obiectio, quia tex. ille intelligitur quoad actum eligendi Not per actum celebratum fauore abſentis acquiri ei aliquod ius, confirmatur per c. ſi tibi, de præb. in 6. contra l. abſenti, ff. de don. Not 2 ad id nos teneri quod commodè poſſumus, l. nepos, ff. de ver. ſign.

DE CONFIRMATIONE *electionis.*

TIT. IX.

Ad confirmationem requiritur ex parte.

- Confirmandi.
  - Conſenſus confirmandi.
  - Confirmandi literæ.
- Confirmantis.
  - Examinare electum.
  - Dignum confirmare.
  - Digniorem præferre.

Electus debet intra menſem conſentire electioni alioqui alius poterit eligi, h. d.

NVnc videndum eſt de confirmatione [a]. Sciendum eſt itaque in primis Gregoriana conſtitutione [b] in Lugdunenſi concilio cautum fuiſſe, vt electores quam primum [c] commodè [d] poſſunt, operam dent, vt electi conſenſum habeant, quem ſi infra menſem [e] ſine cauſa legibus cognita [f], electus accommodare diſtulerit, iure, ſi qđ ei fuerat ex tali electione quęſitũ, ſtatim carere [g] debere: electo-

DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS.

a DE confirmatione. Per quam initiatum electione ſpirituali matrimonium ratificatur, c. inter corporalia, de transla. prælat. & infra de coriepiſc. vſu fub.

ANT. TIM. Eſt autem confirmatio iuris prius habiti corroboratio colligitur capit. inter dilectos, de fid. inſtru. Fit autem his verbis. Confirmamus te ſicut ritè poſſides, vel ſicut ſine prauitate facta eſt electio, vel ſicut prouide facta eſt.

b Conſtitutione. In c. quam ſit, de elect. in 6.

c Quã primum. Hoc autem tempus relinquatur arbitrio iudicis. & boni viri, cum iure non reperiat expreſſe determinatum. l. 1. ff de iur. deli. c. de cauſis, de offi dele. & magis intellectu quam certa elocutione exprimi poteſt, cap Apoſtolicæ, de donat facit. l. mora, ff. de vſu. & l. quo enim, §. 1. ff rem ratam habe

d Commodè, Capit. quia propter, de e. ect. 17. q 3. ca. facit. l nepos Proculo, ff. de uerb ſign. vbi de vi iſtius verbi.

e Menſem. Computandum à die præſentationis, & notitiæ huius electionis, & in c. cupientes, §. cæterũ, de ele. in 6. & not. in c quam ſit, eodem ti & li. ubi & not. quot dierum eſſe debeat talis menſis, dic vt ibi.

f Cognita. Per hoc patet, q. impedito tẽpus non currit, facit capit. quia diuerſitatem de conceſ. præben. & agere impedito non currit præſcriptio.

g Carere. Fortè dicit carere, & non priuari, quia ipſo iure priuatur, & non requiritur ſnĩa priuationis, vt de hoc verbo not. Abb. in c nihil, in gloſſ. in ver. poteſtas, de elect. licet ad tollendum dubium poſſet ferri ſnĩa, vt no. in c. quam ſit, & in cap. cum miſſa, de elect. in 6 facit extrauagans Benedicti, de elect. ſi religioſus Et hoc bene procedit, cum quis ſine cuiuſquam licentia poteſt conſentire, ſecus ſi non poteſt, dic, vt no. in d cap quam ſit. Et no. hic, quod electus non ſolum poteſt petere cõfirmationem ſuæ electionis, & illam defendere ſine vitio ambitionis, vt per Abb. in ca exhibita, de iudi. ſed etiam aliquo pacto compellitur, vt hic & d. ca quã ſit, imo peccat electus non acceptans dignitatem ſi non reperitur alius idoneus, Abb. in ca. uenerabilem, de electio. ubi allegat multa iura, concord.

reſque ad aliam [a] electionem liberè poſſe uolare.

Electus poſt conſenſum electionis præſtitum, vel notitiam habitam, debet intra menſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, & quanto citius poterit confirmationem obtinere, h.d.

Eadem conſtitutione cauetur, electum infra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum, ſi nullum iuſtum impedimentum [b] obſiſtat, confirmationem à ſuperiore prælato petere [c] debere, alioqui, trimeſtri ſpatio elapſo, electionem eſſe penitus [d] irritandam.

Summatus eſt in paragrapho præcedenti, h.d.

Sed cum interdum eueniat, vt aliquorum locorum [e] vicinitas minus exigat aliquorũ diſtantia prolixius tempus expoſcat, conſultiſſimè Nicolaus III. ſanxit [f] vt electi [g] quorum electionum confirmationes, ad Sedis Apoſtolicæ examẽ deducit immediata ſubiectio [h] vel appellatio [i] interiecta deuoluit infra mẽſẽ poſt conſenſum, vel habitam de ipſorum electione notitiam [k], ad Sedem ip

a Aliam electionem. Idem & ſi non fuerint elapſi tres menſes, ſi electio non fuit præſentata electio, quia eligentes iure proprio poſſunt recedere ante præſentationem: cum regulariter abſenti non quæratur ius, ſecundum Bart. in l. abſenti, ff. de donat. Abb. in ca. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol. An autem, & quando procedi poſſit ad nouam electionẽ prima non caſſata aliquid per Ab. in c conſtitutus, de app.

Ioã. Bapt. Ead. CASVS. Coelectus electione approbata debeat confirmationem petere, quærebatur quid per eum ſit agendum, per præcedentem enim §. nil aliud videbatur neceſſarium, cũ illud tẽpus ibi aſſignatũ videatur ſatis ad confirmationẽ petendã. Sol. tamen vt hic dicitur, quia debet ſe p̃parare ad iter habẽdum & illud tp̃s erat ad conſentiendũ, & ideo obiectio non tenet. Not. dilationem maiorem, uel minorem eſſe conceden. ſecundum qualitatem præparationis requiſitæ, & ideo iſte §. in hoc diuerſus à §. ſuperiori.

b Impedimentum. Puta infirmitate, uiarum diſcrimine ſuperioris impedimento, ut in cap. quam ſit, de electio. in 6. Vel longa diſtantia ut immediatè ſequitur, & in c. cupientes, eodem titu. & lib. frequenti Curiæ mutatione vel ſimili, l. 2. ff. ſi quis cauti, & c ſignante de pign. cap. cum parati, de appellat. Et hoc tempus eſt quodam modo vtile, quia non ceſſantibus non officit. l. cc ntia matoris, C. de inoffic teſtam. cap. ſi autem, & capit. plerunque, de reſcrip.

c Petere. Sufficit autem petere, etiam ſi non obtineat ad pœnam hanc vitandam, ex quo per eum non ſtat. Idem ſi electores perant, ſecundum

Amicus petere p̃t confirmationem. Guil. Bernar. & Ioã. Monac. cap. cum tuiter canonicos, & capit. cum dilectus, de elect. & cap. dudum, eod. Idem ſi petat per procuratorem, cap. cum dilecta, de reſcrip. Sed & amicus ſine mandato, poterit confirmationem petere, & tenebit ſi ſubſequatur ratihabitio intra legitimum tempus, de quo not. plene in ca. quam ſit, tit. de elect. in 6 ſed in caſu ſuo ſeruanda ſemper erit diſpoſitio, cap. cupientes, de elect. in 6.

ANTO. TIMO. Is autem prelatus eſt Pontifex, vel legatus de latere, ita in c. ſi Abbatẽ, de ele. in 6.

d Penitus. Id eſt ipſo iure ſecundum quoſdam tem. Alij dicunt electum priuandum ſententia. Dic vt plene habetur in c. quam ſit, de elect. in 6. in fi. Sed quid ſit electus tranſacto tali ſpatio temporis confirmationem petat & obtineat? Dic non conualeſcit quo à principio fuit nullum: nec poteſt retinere epiſcopatum & peccat retinendo fructus, quos non facit ſuos, niſi cõfirmatio fuiſſet facta ſcienter per illũ, qui aliàs ſuo iure conferre potuiſſet, ſecundũ Guil. & fa. quod no. de æta & qualit. cap. cum bonæ, & ca. quam ſit, de elect. in 6. Et quæ dicuntur hic de cõfirmatione, non habent locum in electione facta p̃ inſpirationem. Nam quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſubſunt legi, c. niſi, de renunci. ſed in dubio melius erit confirmare, cũ aliquando ſecundum Apoſtolum Satanas ſe transfiguret in Angelum lucis, facit cap. tutius, de pœni. d. 2. & ca. ſepe, diſt. 12. ca. excommunicatus, uel ſ quia uero, de hæred. 1. q. 1. c. teneamus, ea. 1. de reli. & vene ſan. & cap. licet, de reg. & tranſ. ad relig.

e Locorum. Sed non uĩ ꝙ locorũ differentia debeat inducere differentiam deciſionis, l. ſuperuacuam, C. de temp. in integ. reſt. & l. cum interdum, inſt. Reſp. vt no. in c. cupiẽtes, de ele. in 6 poſt prim.

f Sanxit. Cap. cupientes, de elect. in 6.

g Electi. Idem in Poſtulatis, vt ſequitur, licet ſecus ſit in electo in magiſtrum hoſpitalis, uel templi, vt no. in d. ca. cupientes, poſt princ. in ver. electi bene tamen procedit hoc in electis ad regulares Eccleſ. vt ibi dicitur.

h Immediata ſubiectio. Et hoc caſu ſecundum quoſdam ſuth it autẽ legatum de latere, qui epiſcopatum & Archiepiſcoporum exemptorum electores confirmare poteſt, c. ſi Abbatem, de elect. in 6. & intr. de collat. §. auctoritate, licet al. j contra, ut no. in c. cupientes, eo. t. in 6.

i Appellatio. Quæ non ſit fruſtratoria, talis enim non deuoluit negotium ad Papam. c. quãuis, de elect. in 6. & hic non habet locum quod hic dicitur, & in c. cupientes, de elect. in 6. de quo dic vt in cle. cauſã, de electio. Et hoc caſu non ſufficere adire legatum ſecundum Gioſſatorca antiqua, niſi forte partes concordarent, appellationi renunciando, c. conſtitutus, de app. c. ſtuduiſti, & c. licet, de off. deleg.

k Notitiam. Certam & indubitatam, puta, quia cum — Notitia quæ dr̃.

ſam Apoſtolicam iter arripiant,[a] & quanto citius commode[b] poterunt cū omnib. iuribus,[c] corā Sede Apoſtolica pſonaliter comparere nitātur, ſuarū electionū confirmationem petituri: aliaque[d] inſuper adiecit, quibus Eccleſiarum periculoſis vacationibus[e] ac malignantium[f] ſubterfugiis, electorūq. modis facile occurritur, quæ non ſolum in electionibus, verum etiam in poſtulationibus[g] obtinere voluit.

Non confirmatus non poteſt res Eccleſiæ adminiſtrare. h.d.

Quādiū aūt quis cōfirmatus nō eſt, rerū eccleſiaſticarū adminiſtrator eſſe nō pōt.[g] Qd

eum eſſe canonicus, ibi præſens fuit, vel homines fide digni referant pro certo ita eſſe, arg. capi. 1. de poſtu & cap. illud, de cle. exc. mi. uel de eo litteras accepit authenticas Non.n. cuilibet referenti credera tenetur, ad hoc quo not in c. cum olim, de do lo & cont Sed qd ſi iſte ſcit quidem ſe electū, ſed neſcit appellatom? Reſp vt no. in ca. cupientes, de elec. in 6. item adde, q non ſtatim poſt certū nuntiū currit tempus, ſed dēt dari tēpus ad deliberādum, ab ſurdū.n. eſſet hoc caſu non habere inducias ad deliberandum; & de hoc no. in cap. cupientes, eod. in 6. vnde ſumitur.

a Arripiant. Sed nonne rogatus debet recedere, inuitatus fugere, & ſola debet illum neceſſitas excuſare? l. ſi quemquā, C. de epi. & cler. quomodo ergo iter arripiet, & ſe ingeret, niſi inuitetur & rogetur? Reſp. & qui electus eſt videtur inuitatus & rogatus, & auctoritate conſtitutionis hoc facere poterit, argu. l. Gracchus C. de adult. alias enim loquens pararetur, qđ eſſe non debet, 27. q. 1. ca de viduis, & c. litteras, de reſt. ſpol.

b Commode. Hæc autem commoditas definietur arbitrio iudicis: vt pleniſſime not. in c. cupientes, de elect. in 6.

c Iuribus id eſt, rationibus conſiſtentibus circa factum, quia Papa omnia iura habet in pectore.

d Aliaq; e, quæ habētur in c. cupientes, §. quod ſi per viginti, vſque ad ſi de elect. in 6.

e Periculoſis vacationibus. Immo etiam ſi vacationes non ſint periculoſæ, habet locum q dicitur in d. c. venientes, de elect. in 6. vnde ſumitur, puta ſi ſit qui in tēporalibus & ſpiritualibus miniſtret c. obitū & ca Catinenſis d. 60. Nec enim cauſa periculi ceſſante, ceſſat diſpoſitio, d capi. cupientes, l. 2. §. ſextam ff de poſtula 32 quæſt 7. capit. tantum, Quia finalis cauſa conſtitutionis, vt Eccleſiæ celerius expediantur, facit capit ſi poſtquam. §. 1 de electio in 6. Et vide quod traditur de hoc in capi. poſt tranſlationem. ext. de renun. iano. & 61 d. §. his omnibus, alias cap. neophytus. Et intellige quod hic dicitur quacunque vacatione ſiue per mortem, ſiue per ceſſionem, ſiue per depoſitionem, ſiue alio quocunque modo, cum eadem ſit ratio, nec alterum exprimatur, c. ſuſceptum, de reſcriptis, in 6.

f Mitigantium. Et per hoc tollitur contrarium de capit. nullus, 4. q. 4. vbi quod licitum eſt ſubterfugere, quia intelligendum eſt, opponendo ueras & legitimas exceptiones, non autem malitioſas & falſas, vt in ca. cupientes de elect. in 6. & hic Conſueuit tamen dici quod qui habet ius in principali, cauillationes & malitias aduerſarij

poteſt per alias expellere, ſicut clauus clauo cruditur. nec videtur fraudem facere, qui fraudē excludit. l. cum pater. §. Titio ff. de leg. 2. & ſic pōt procedere d. c. nullus, fac. 23. q. 1. c. dominus noſter, & c dilectus, de ſimo Non tā per utentem falſo inſtro, licet vti alio falſo inſtrumēto vt per Mod. Can. in c. olim, in pri. de reſ & per Legiſt in l. ea eſt natura, ff. de reg. iu.

g Poſtulationib. c. cupiente, §. de oiq de elec. in 6.

Quamdiu CASVS Quidam cū fuiſſet electus tū vel fortaſſe ēt cōfirmatus, ſed ſine litteris confirmationis uolebat bona eccleſiæ adminiſtrare, ad idque peragendum mouebatur illa potiſſ. ratione, quod ſi non potuiſſet, electione, nullum ius ſibi fuiſſet acquiſitū quod videtur inconueniēs, cum electione initietur promotio. Cæterum ſolu. aliter hic habetur quia confirmatio ſine litteris quoad effectum nil operatur, cum non conſtet, & electio ſine confirmatione eſt vt ſponſalia in matrimonio carnali, quæ diſſolui poſſunt. Hoſtienſ. in ſum tit. de ſponſ. §. & qualiter diſſoluantur, & ideo non tenet obiectio. Vnde not ius per electionem acquiſitum eſſe imperfectum, & ideo dixi aſſimilari ſponſalibus, argumento not in c. fin de tranſlat Nota ius aliquid faciendi nihil valere quoad effectum, niſi appareat & probetur, iuxta cap. 1 de elect in extrauag. communib.

h Non poteſt. Quia ſi electi ante confirmationem adminiſtrarent, non curarent de confirmatione, ne ſe periculo caſſationis ſubmitterent. Item confirmatio nihil operatur, ſi adminiſtrationem ſine confirmatione haberent electi Item ſi electionem ex legitima cauſa ceſſari contingeret, non ita de facili electi poſſent remoueri, fac. c. qualiter c. noſti & cap. cum in cunctis, de elect. & in capit. auaritiæ eodem titu in 6. Sed quid ſi a confirmatione fuit appellatum? numquid ſi appellatione pendente adminiſtrabit, incurret pœnam? Fuit hoc diſputatum alias ut nota. in d cap. auaritiæ, & concluſum, quod incurrat, fac. c. oblatæ, in fina. de appe. & l. reus, §. reum, contra quem, ff de mun. & honor. hoc tamen niſi appellatio eſſet talis, quæ non teneret, & ſic procedit cap. conſtitutus, 2. de appel.

ANTO. TIMO. Fallit tamen quando confirmatio eſſet petenda a Papa, & electus eſſet valde remotus, c. a. nihil, de elect. Sed quid ſi talis prælatus dicta de cauſa licite adminiſtrans tēpore confirmationis reperitur fuit minus idoneus & ſi repellitur, nunquid ea quæ medio tempore fecit ſint caſſanda? Reſpond quod non, fuit enim in quieta adminiſtratione, & quaſi poſſeſſione prælationis

Non facit fraudē q fraudē excludit.

Ioā. Bap.

Digitized by Google

ſationis de licentia Papæ, & pro prælato habitus eſt. Vnde omnia, quæ fecit medio tempore, rata ſunt arg.c.ex litteris,de iu.patr.& cap.infamis.6. vtrum, 3.q 7 & l.ſi per procuratorem,in fin.ff.de procur.& l.2 C.de teſt.

i Litteras.Not.caſum, in quo requiritur probatio in ſcriptis.Similes notantur in cap.Romana,§. poſtquam, de cenſ.Vnde quamuis alias iniuria fiat ei, cuius dicto credi deberet, ſi ab eo exigeretur ſcriptura,cap.legebatur, & ibi no.Panormitanus, ſecus tamen eſſet hoc caſu, & alias ſimilib⁹,requirentibus a iure ſcripturã. Sed an litteræ credentiæ probent aliquem aſſumptã ad aliqđ officiũ? Reſp.negatiue: vt per Bart in l.Lucius,ff.de fideiuſ. & per Abb.in ca. coram,de off.deleg.

ſi negotiis[a] eccleſiæ, ad quam vocatus, eſt ſe temere ingreſſerit[b] omni iure, quod ei p electionem quæſitum fuerit, ſtatim priuandus erit,[c] nullo neque Oeconomatus,[d] nec procurationis[e] prætextu excuſandus.[f]

Electo non eſt obediendum, niſi litteris confirmationis oſtenſis.h d.

Petet[g] igitur is, qui confirmatus eſt, ab Apoſtolica Sede[h] litteras[i] confirmationis ſuę tenorem continentes, illiſque oſtendet[k] ad quos ea res pertinet alioqui nulli eũ abſq; dictarum litterarũ oſtẽſione recipere tenebũtur. Quod & in promotione apud dictã Sedem facta & in conſecrationis,[l] vel benedictionis[m] munere, locum ſibi vendicat.

Confirmatio non cõceditur, niſi cum cauſæ cognitione, h.d.

Is autem, ad quem confirmatio perti-

a Negotijs. Tam ſpiritualibus, vt ea, cõmunicare, abſoluere, interdicere, pænitentiã iniungere, & ſimilia, vt ea accedentibus, de exceſſib. prælatorum, quam temporalibus, vt recipere cenſus, & debita, habere curã colligẽdorũ fructuum & ſimil c. auaritiæ, de electio.in 6.

b Ingeſſerit. Per ſe, vel per alium; pro parte vel in totum, in iudicio vel extra.vt ca.auaritiæ. de elec. in 6.

c Erit. An autem hæc priuatio fiat ipſo iure, vel per ſniam, dic vt plene in c.auaritiæ, de elect in 6.

d Oeconomatus. Oeconomus eſt, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, l.iubemus.in prin.C.de ſacroſ.eccl.

e Procurationis. Subaudi vel alio quæſito colore, vt in ca auaritiæ, de elect.in 6.puta vicaria, cõmenda, & no.de hoc in c.qualiter de elect. Sumebantur enim huiuſmodi fraudes ex decretali, inc. cum nobis olim, in §.de elect.

f Excuſandus. Sed an excuſaretur cõſuetudine, ita vt conſuetudo adminiſtrandi ante cõfirmationẽ teneat? Et ꝙ non teneat in collegio vel dignitate eccleſiaſtica, firmat. Abbas in cap. poſtquam.& in c.qualiter, de elect. ſecus aũt in officio vel dignitate profana, vt in Rectore ſtudij quia licet & electio facta per collegium ſæculare debeat confirmari, vt not.in l.procuratorẽ, C.de.inr.om iud.& in Rectore ſcholarũ, Bal in Auth habita.Co.ne fil.pro patre, nihilominus valeret conſuetudo in contrariũ, & ita dicit ſeruari cõiter in ſtudijs Italiæ. Item Abb.in c.nihil, de elect.ponit plures caſus, in quib.vel de iure vel conſuetudine.defertur ex ſola electione adminiſtratio ſine confirmatione Et in dignitate Eccleſiaſtica non reprobat indiſtincte hanc conſuetudinẽ, ſed diſtinguit, vt per eum in d,c.nihil.

g Petet. Contexts hic ſumptus eſt ab extra. Bonifacii viij de elect incipit Iniunctæ.

h Sede. Sed an quod hic dicitur, habebit locum in inferioribus a Papa confirmantibus? Videtur ꝙ ſic, c.in cauſis, de re iud. Sed contrarium videtur verius, cum ſimus in materia pœnali, & contra ius commune, vt plenius no in extrauag. Boniſ.de electione, incip iniunctæ.

k Oſtẽdere. Scilicet in prin.officij id eſt, dum accedet ad prelaturã, neq; enim indeſinenter cogetur litteras oſtendere, ſimile no.in c. ſi iudex, de ſentẽ. excom.in 6.& ſatis planum eſt ex hac litera.

l Cõſecrationis. Sed pone, cõſecratus litteras papales habere nõ potuit propter obitum Papæ, num quid tenebitur multo tempore in Curia remanere? Reſpo.non damnatur enim temeritas eorum quiſe ingerũt adminiſtrationi, ſed neceſſitas non excluditur. Et vbi non eſt culpa, non pæna debet infligi, ca ſine culpa, de reg.iu 6. Vnde temeraria præſumptio hic reprobata ad alium caſum nõ debet extendi, nec prohibitio generalis excludit caſum alias licitum, cap. ſuper quibuſdam, ext.de verb.ſig Item ſtatuta & priuilegia cum trahuntur ad ea quæ ſunt reuocanda, ca §.de ſent excom.in 6.d §.60.§ verum, ca.ſuggeſtum, de deci.l.ex facto.ff de vulg.& pup.& pulchre per Abb in c.nihil.de electio.

m Benedictionis. Hoc verbum ad Abbates pertinet verbum conſecrationis pertinet ad Epiſcopos, no.in clem.2 de ſta.regul.& in capitu.quod ſicut, & in c vni.de fac vnct.& no.per Abb.in c. nihil, de elect.

Is autem in tota hac parte. CASVS ita figurari poteſt. Cum quidem Electus acceſſiſſet ad legitimum ſuperiorem pro confirmatione conſequenda. volebat totũ electionis proceſſum cognoſci, & examinari, illa ratione motus, quia cum ipſe merã i electione ſit examinatus, vti præſupponit, non conuenit vt iterum examinetur argumento c.ſemel, de reg.iu.in 6.ſuperior autem indifferenter volebat Potius electum admittere, quam poſtulatum.quia poſtulatio habet locũ in defectum electionis, argumento l.in cauſæ, ff.de minorib. nec etiam habentes intereſſe ſiue certi ſiue incerti, ſint, citare intẽdebat ne confirmatio differatur

in

in damnum Eccleſiæ, & ſi electus fortaſſe fuiſſet ſchiſmaticus, diſpenſatine cum eo procedebat, in defuit dubitatum quid iuris. Sol. vt hic legimus, quia cum ſuperior non deſt temere aliquid agere, ſequitur vt ad cognitionē talis obſeruet quod hic habetur, & propterea obiectiones nō tenent, ſi quidem aliud eſt examinare proceſſū electionis & aliud qualitates perſonarum. regulariter aūt Electio eſt præferenda, limitatiue vero aliquando ſecus cōtingit ob merita perſonarum vere vel præſumptiue conſiderata. Nota primo argu. geſta per aliquem inferiorem poſſe per ſuperiorem retractari ad quem ſpectat illa cognoſcere, & ap. pbare, qđ facit & p appellationib de qbus ēt Ab. & alii in rub. de app. 1. No. 2. limitatio ad regulam, qꝫ remedia ordinaria primo ſint obſeruanda, cum aliquā do poſtulatio præferatur iuxta rationem hic per gloſſam adnota in ver duplo.

in c. nihil. de elect.

d Impendat. Hodie hæc confirmatio non eſt neceſſaria Papa com ſibi ſeruat poteſtatem ſuperomnibus dignitatibus, ſolet tamen de gratia electos confirmare, vt per Abb. in c. nihil de elec.

net, [a]diligenter [b]examinare debet, & electionis proceſſum, & perſonā electi. Eſt. n. hoc generale, vt ad eū pertineat examinatio, [c]ad quē manus impoſitio ſpectat, Etcū omnia rite concurrunt, tunc munus ei cōfirmationis impēdat. [d]Quod ſi ſecus factū fuerit, non ſolū deiiciendus erit indigne motus. verū etiā indigne pmouēs puniēdus. [e]Nihil eſt. n. quod Eccleſiæ Dei magis officiat, [f]quam ſi indigni ad regimen [g] aſſumantur animarum.

Vbi maius periculū, ibi plenius cōſulēdū, h.d.

Quod cum in cūctis [h]ſacris ordinibus [i] ſibi locū vēdicet, in Epiſcopo tamē multo fortius, [k]qui ad curā aliorū poſitus in ſeipſo [l]debet oſtēdere, quomodo cęteros in domo Dei oporteat conuerſari.

Inter duos electos præponendus dignior, h.d.

Quod ſi forte eligentiū vota in duas ſe diuiſerint partes, [m]is confirmatoris iudicio alteri præferēdus erit, qui maioribus iuuatur ſtudiis, & meritis.

e Puniēdus. Quomodo autem puniantur illicite promouentes, & promoti, late nota in cap. nihil ſuper verbo ſuſpendatur, de elect. Parit tamen nulla, & inualida confirmatio nonnullos effectus. de quib. vide per abb. & alios, in cap. cum ſuper, de cau. poſſ. & propriet.

f Officiat. Quia qꝫ fit a prælatis fac letrahitur in exemplum, cap. magnæ, de vot.

g Regimen no qꝫ prælati dicuntur regere animas, vnde alias dicuntur reges, 12. q 1. capit. duo ſunt, hac ratione omnes habentes curam animarum poſſunt appellari prælati, cap. nihil, vbi Abbas, de electi. non. tamen ſtricte, vt not. Infra de vit. & hone. prælati. in Rub.

h In cunctis, ca. cum in cunctis, de elect & infra, de vit. & hon. prælat. in prio

a Pertinet. Id eſt eius immediate ſuperior, qui confirmandus eſt, qui non ſolum per ſe, ſed etiam per delegatum poterit hanc confirmationem explicare, vt habetur in capitulo nihil. de elect.

b Diligenter. Adhibito etiam conſilio Capituli, licet conſenſus eius nō ſit neceſſarius, Abbas in c. qua fronte, de app.

ANT. TIMO. Tenetur enim examinare perſonam elect maxime in ſcientia, honeſtate vitæ, & ætate, quia ſi indignum confirmat, vel illegitime, peccat mortaliter, tenent Summiſtæ Bar. Putan. ſiu Armil. in verb. confirmatio, capitulo nihil, de elect.

c Examinatio. Non ergo quod is debet examinare, qui confirmat, & talis examinatio debet ex officio fieri, etiam ſi nihil obiicitur contra electū, capitulo cum nobis, & capitulo venerabilem. de elect & capitulo quod eſt cito. diſt 77. & c. cum ex iniuncto, de hær quia confirmatoris intereſt, ne puniatur. ſi promoueret indignum. immo hodie cōfirmatio facta ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nulla, de quo dic vt habetur, in capitulo ſi. de ele. in ſexto, vbi etiam habes, an idem ſit in admiſſione poſtulationis, vel collatione beneficii, & vide p Ab.

i Sacris ordinibus. Potes hic large intelligere etiā de conſtitutis in minoribus ordinib. q & ipſi poſſunt appellari ſacri, vt not 32. diſt. in ſumma, licet per excellentiam ſolum ſubdiaconatus, & ſuperiores appellentur ſacri, vt per Abbas in cap. 1 de elec. coniu.

K Fortius. Arg. a minori. de quo dicit, no. in cap. cum in cunctis, de elect.

l In ſeipſo. Facit capit. magnæ, de voto, & 1. quæſt. 1. capit. viliſſimus, & 1 quæſtio. 7. cap. conuenientibus, & in auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. deinceps.

ANT. TIM. Vnde tenetur ſub præcepto charitatis, vt diximus alias propriam vitam exponere pro ſalute animarum S Thom 2. 2. q 26. arti. 5. tenetur enim reddere rationem pro animabus ſibi commiſſis, ſi male cuſtodiuerit oues ſuas, c. pen. de reg. iur.

m Meritis. Concord capit. quoniam. de iot patron capit. ſi forte 63. diſtinctio & de hoc habes in cap. cum eccleſia veſtra, de elect & in c. 2. de offi. cuſtod.

Admi-

Si vnus ſit poſtulatus, alius electus præponitur electus æqui idoneus, niſi poſtulãtiũ ſit duplo maior numerus. Quid tamen, ſi ignoranter indignũ poſtulauerint, nec electio valet, ſed ſi ſcienter, electio tenet, h.d.

Etſi vacante Eccleſia, ſciſſo in duas partes capitulo, alius quidem electus, fuerit poſtulatus, quæri poteſt electio ne cõfirmãda, an vero poſtulatio ſit admittenda? [a] in qua ſpecie, ſi tam poſtulatus, quã electus ſint idonei reſponſum eſt: [b] Si poſtulãtiũ numerus ſit eligentiũ duplo maior, [c] vtique poſtulationẽ eſſe admittendam, ſin id minus, electionẽ confirmandam. [d] Sed ſi poſtulantes indignũ [e] neſcii poſtulauerunt, nec poſtulatio, nec electio rata habẽda erit, ſi ſciẽtes, & prudẽtes, erit electio cõfirmãda.

Virt⁹ vniuerſitatis in duab. partibus de trib⁹.

In confirmatione facienda citandi ſunt, quorũ intereſſe poteſt, h.d.

Illud [f] etiã cõfirmantem obſeruare oportet, ne dũ nimia in cõfirmando celeritate [g] vtitur contra doctrinam Apoſtoli [h] propriũ affectũ iuri [i] & æquitati præponat. Itaque ſi coelectus aliquis, vel cõtradictor apparet, ante confirmationẽ nominatim [k] vocandus eſt, alioqui ſi nemo apparet, in ſo ribus eccleſiæ, in qua electio facta eſt, generaliter [l] educendum erit, vt ſi qui ſint, qui cõfirmationi futuræ velint oppone re [m] ad cõtradicẽdũ, iaſſignato perẽptorio [n]

Celeritas inimica conſilio

a Admittenda Nota hic differentiam inter poſtulationem, & electionem: quia poſtulatio non dicitur confirmari, ſed admitti, & hæc admiſſio habet vim electionis, & confirmationis, ſed electio dicitur confirmari, vt hic, & c. ſcriptum, de elect. vbi de ratione diuerſitatis dr̃ p Ab. & Doctor & vide quod no. i. ſ. de corrp͂o rum vſu ſubla. §. 1. rito præfertur ipſa electio, maxime quod ſic citius conſulitur, & prouidetur eccleſiæ, Abbas in capit, ſcriptum, de elect.

b Reſponſum eſt. in c. ſcriptum, de elect.

c Duplo maior, id eſt facta a duabus partib. capituli, vt ſi ex triginta canonicis viginti poſtulãt, & decem eligũt, habetur in ſimili, in d c. licet, de elec. & in ca. indemnitatib. eod. ti in 6. & per tot. And. in cap. ſi qñ, eo. titu. & libro Et ratio huius caſus eſt ſecundum Docto. in cap ſcriptũ de elect. quia potẽtia capitularis, ſeu vniuerſitatis conſiſtit in duabus partibus vnum in tertia parte non eſt aliqua virtus capitularis, l. nulli. & l. plane ff. quod cuiuſque vni. nota vnde, licet poſtulatio ſit via extra ordinaria, & electio ordinaria ex quo tamẽ virtus capitularis, ſequitur illam viã extra ordinariam, illa eſt præferenda in capitulo cupientes. §. pen. de elect. & vide quæ not. in ſexto.

d Confirmandã. Etiã ſi non ſit facta a maior parte Sed contra de his, quæ habentur in ca. eccleſia. 8. & c. coram, de elect. vbi dicitur, q͂d debet concurrere ad electionem maior pars capituli. Sol. quod hoc ſpeciale eſt, quando electio concurrit cum poſtulatione. Et ſpecialitatis ratio poteſt eſſe; quia non datis duabus partibus poſtulantium non eſt reperire potentiam capitularem: ſed aliquid de virtute capitulari reperitur nunc in parte eligentium, cum habeat aliquos de duabus partibus, & habito reſpectu, quod eligentes prouident per uiam ordinariam, & meliori modo, quo poteſt, ſcilicet, conſentiendo tanquam in ſponſum, aliis perſiſtentibus in via extraordinaria, merito præfertur ipſa electio, maxime quod ſic citius conſulitur, & prouidetur eccleſiæ, Abbas in capit, ſcriptum, de elect.

e Indignum De materia, in capit. ſcriptum, de elect.

f Illud. Cap. illud diſti. 23. & cap. fi. de elect. in 6.

g Celeritate. Not. hic reprobari celeritatem. Eſt enim inimica conſilio, vt dicit Salomon, & eſt quod hic dr̃ generale in omnib. perſonis promouẽdis, 8 q 1. capitu dilectiſſimi, & hoc tam ob reuerentiã ſacramenti recipiẽdi, capitulo iudæi, de conſ. diſtinct. 4. quam etiã ob multas alias rationes, de quibus prolixe nota in capitulo fi. de elect. in 6. & facit cõtra iudices ſẽtentias accelerantes, contra ca. iudicãtem, 30 quæſ. 5. & tradita in l. prolata, C. de ſen. Interdum tamen commendatur & deſideratur & plurib. de cauſis, de quib. nota. in d. capitulo fi ſuper verb. celeritate.

h Apoſtoli. Scilicet ad Timo. cap 5. & 24 dict § 1. & d. 78. cap quid eſt cito & de elect. cap. cum nob. 5, & ca. fi. eod. tit. in 6.

i Iuri. Quod facere non debet cap. ſi quis epiſcopus, in fi. d 7

K Nominatim. Simile in cap. ſtatuimus de ſententia excom.

l Generaliter. Et publice, quia talia edicta in publico proponi debent, c. j de poſtul. & faciunt quę no. in Cle cauſam de elec. in 6. verum, in quarta glo. Et hoc eſt contra illos, qui adhuc fraudem faciunt coſtitutioni, faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.

m Opponere. Et poterit opponi, non ſolum per uiam accuſationis, ſed etiam per viam exceptionis, vt per Abb in c. cum dilecti de dol. & conti & in c. accedens, de accuſatio.

n Peremptorio. Sed nunquid poſt hunc terminum ueniens audietur, Super hoc dic, vt habetur & not.

no,in cap cum in vna,extr,qui. ma. accuſ. poſſ.& per Io. And.in addi.ad Spec. in lit. de cita.§.viſo, in primo offi. ium tamen iudicis non conquieſcit vt no. eſt ſupra,& in cap cum nobis olim,de electio. Et cum dicit hic peremptorio,ſubaudi,& cō petenti.

quia circa,de bigam.& in 1.ſi.de temp.ord.

g Confirmari. Nota ergo caſum,in quo electio nulla,tanquam facta de intelligibili diſpenſatiue admittitur & confirmatur per ſuperiorem: concor ca.quia diligentia,vnde ſumitur,regulariter contra c.innotuit,de elect.

termino,præſentes eſſe debeāt. Quæ omnia locum habent, ſiue cōcorditer[a] electio fuerit celebrata,ſiue non.

Opponentes electioni,ſi deficiant in probationibus ſunt puniendi.h.d.

Sciant tamen ii, qui contra electionem opponēdū duxerint ſe,ſi probationibus deſtituti fuerint,ab omni pænitentiæ[b] præſidio excluſos,legitimis eſſe ſubiiciendos.

Poteſt diſpenſari cum electo ſchiſmatico, ſi nullum ordinem a ſchiſmaticis ſuſceperit h.d.

De illo dubitari contigit,an eius,qui abiurato[d] ſchiſmate,ad vnitatem Eccleſiæ rediit, confirmanda ſit electio: & reſponſum eſt. Si a ſchiſmaticis nullū ſuſceperit[e] ordinem,& eius electio canonice celebrata deprehēdat,poſſe illā diſpēſatiue[f] cōfirmari.[g]

Confirmatione contrahitur coniugium ſpirituale,h.d.

Igitur confirmatione ſecuta, inter electum,& perſonas eligentium,hoc eſt eccleſiam, ſpirituale coniugium contrahitur[h] Qua propter confirmatus liberam ſuper illis ſtatuendi nanciſcitur facultatem[i].

Cōcorditer.

a Cōcorditer, Id eſt, nemine diſcrepāte,vt no.in c.cupientes, in verbo concordē.de elec. in 6.& per Ab. in capit.in cauſis,de ele.& in c.nō poteſt,de re iu. Quo tamen caſu videbatur dicendū,nō eē neceſſariā hāc vocationē cū omnibus concordantibus non videatur facile,vt comparear accuſator.

b Pænitētiæ. Nec enim in alterius detrimentum propoſitū mutari licet.cap mutare,de re iu. in 6. cū ſuis concord. ad idem c. publicato,de electio. Et quod ſemel placuit, non pōt amplius diſplicere, vbi verſatur alterius intereſſe,capit quod ſemel,de reg.iur. in 6 niſi in caſibus, in quib. iura pænitentiam & variationem admittūt,vt ibi not. Sed quid ſi promouēdus conſenſit,qd opponens renunciet obiectis, vel qualitati obiecti, Reſpō. ut not. in c.ab eo.de elect. in 6.

c Pænis. Quæ ſint autem pænæ huiuſmodi dic in c.1.§.ſi.& c.ſi forte,& c.ab eo.& c.cupientes, de elect. in 6.

Abiurare

d Abiurato. Abiurare eſt cum iuramento renunciare. No.ergo quod ſchiſmatici tenentur abiurare,velut hæretici, alias non ſunt ab Eccleſia recipiendi,c.quia diligentia,de elect in 6.

e Suſceperit. Idem ſi ſuſceperit, ſed ignoranter, quia cum ordinaretur,neſciret damnatum ordinatorem,capitulo primo,de ſchiſma 9.quæſt.1.ca.ordinationes,facit 1.quæſt.2. cap ſi quis a ſimoniacis.

f Diſpenſatiue. Sed a quo obtineri debebit diſpenſatio? Reſpondeo a Papa tantum,ſecundum Abb.in capitu quia diligentia,de election. Immo non videtur neceſſaria diſpenſatio,capit. furtum. diſt.50.Sol.quod ibi dicitur habet locum quo ad Deum,ſecundum Hoſtien. ſecus eſt quo ad homines,vt hic,& c.quia diligentia,de ele.1.& in cap.

Igitur cōfirmatione) CASVS. Quidā electus,& confirmatus ad certā Eccleſiā volebat in ea ſingula poteſtatis iura exercere,illa rōne motus,qđ confirmatio tribuat ius non ad eccleſiam, ſed in eccleſia, & ideo erat plenum cum concedatur ex certa ſcientia, Abb.in c.1.de cōfirma. Solu tñ vt hic dr, quia poteſtas Ordinis depēdet a conſecratione,vt i f. p tot. tit.ſeq. & propterea non tenet obiectio, vt de ſe patet,No.1.arg iuxta canoniſtarum ſitam conſecrationē aliquid reale conferre Epiſcopo,& cōfirmatur per capitulū primū de ord. ab Epiſcopo qui renuncia.No 2.Epiſcopum habere poteſtatem Ordinis diſtinctam a poteſtate iuriſdictionis,de quibus eſt aqua.de conſecratione Eccleſi vel altar. & vna confertur per confirmationem,altera vero per cōſecrationem.

Ioā.Bap.

Q ſi poſſit quis Eps appellari.

h Contrahitur.Cap.inter corporalia,de transla. vbi de materia late per Butri. Abba. & reliquos, Non tamē propterea poteſt appellari Epiſcopus ante conſecrationē,cum nō ſit conſummatū coniugium ſpirituale,vt per Abb.in c. eam re. de reſcrip.& in cap de multa,de præben.Argu.tamen contra,in c.1 de translat.prælat.Solu.vt per Abbas ibi.Sed an poſſit ſaltem appellari prælatus? Reſpondeo affirmatiue,cum habeat officium cū iuriſdictione, vt hic,& hoc facit prælatum:Abb. in d.c.de multa & hoc tenet Abb.in ca.tam literis de teſtibus.

i Facultatem.Sed nonne requiritur inſtallatio? cap.vt noſtrum de offic.Archid Reſpondeo,id ita de [illegible] um ſi ſit conſuetudo,vt per Abb in capit. cum ſuper de cau poſ.& propr & per eundem in c.tiā ſiniſſam,de ele c.alias & ante inſtallationē confirmatus adminiſtrat.Ad quid ergo inſtallatio?

Confirmatus & nondum conſecratus, euercet ſolum quæ ſunt iuriſdictionis, non quæ ſunt ordinis. Et nemo dat quod non habet. h.d.

Hoc autem ſic intelligi oportet, vt corũ quidem quæ iuriſdictionis ſunt, vt puta cor[a]rigendi, conferendi, confirmandi, & iis ſimilium libera confirmato permiſſa ſit tractatio.[b] Ea vero, quæ non iuriſdictionis, ſed ordinis ſunt, veluti[c] clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depoſitiones, eccleſiarum & altarium conſecrationes, ante propriam conſecrationem peragere prohibetur. Neque.n. ratio ſuadere videtur, vt quis in alios id conferre poſſit, quo eundem indigere[d] dignoſcitur. Quod ſi conſecratus ſit, non ſolum quæ iuriſdictionis, verum etiam quæ ordinis ſunt, exequi poterit.

DE CONSECRATIONE. TIT. X.

Conſecrationis. { Tempus. / Perſonæ concurrentis. / Modus. }

DEbet igitur is, qui canonice[e] electus, confirmatus, & examinatus[f] eſt nouiſſime conſecrari. Quod quidem ne eccleſia paſtoris quaſi[g] deſtituta ſolatio, aliq

---

inſtallatio? Reſpondeo ſecundum Abb in d. c. cum ſuper, vt acquirat poſſeſſionem Eccleſiæ, quam nõ acquirit ea eo ſolum quod agit pro iuribus Eccleſiæ. Item propter ſolennitatem quandam, ne uideatur propria auctoritate intrare poſſeſſionem. Item intellige quod hic dicitur, ſi aliusoon ſitio poſſeſſione, vt per Abba. in d. c. cum ſuper.

a Corrigendi. Sed an poſſit etiam deponere? Reſpõdeo vt per Abbas in capitulo tranſmiſsã, de elect. & facit ad hunc text. ca. ſicut, §. præterea, de elec.

b Tractatio. Sed an poſſit indulgentias cõcedere? Reſpondeo affirmatiue, vt per Abbas in capitulo ſuffraganeis, de electio Poterit etiam ſi ſit Archiepiſcopus confirmare ſuffraganeos, ſecundum Butr. & Abbas in capitulo primo de tranſlat. prælat.

c Veluti. Nota hic quæ dicantur eſſe ordinis, alia etiam enumerantur per Abbas in capitulo veniens, de præf.

d Indigere. Et ſic nota, quod nemo dat, quod non habet, fac. l. traditi ff. de acquir. poſſe l. ſi vniuerſæ, Co. de lege Sed quid ſi non erat verus prælatus, an ab eo geſta debeant haberi rata? Reſpondeo, vt per Abb & alios in c. dudum de elect. & per Legiſtas in leg. Barbarius ff. de offic. prętoris.

DE CONSECRATIONE.

Poſt explicationem illorum actuum quib promotio iſta prælatorum initiatur ac perficitur, ſequitur videre de vltimo actu quo conſummatur, qui cum ſit ipſa conſecratio, iuxta no. in ca ſi. de trans la. Epiſc. propterea de ea in pręſenti tit. per tractat qui diuiditur in tres partes, in prima habetur intra quantum tempus ſit facienda conſecratio, in ſecunda, per quot, & quos fieri debeat, in tertia quomodo ſit facienda, ſecunda, ibi ordinationis, tertia ibi congregatis.

DEBET igitur.) CASVS Quidam fuit electus & confirmatus ad regimen certæ eccleſiæ, & cũ deberet quoque conſecrari, fuit quæſitum intra quantum tempus id eſſet faciendum, ſtatim enim videbatur, primo reſpondendo habeat cũ tos in eccleſia §. fin. ſupra titulo proximo & ibi diximus Solo tamen vt hic dicitur, quia impoſitio manus dicebat Apoſtol. non eſt cito imponenda: obiectio autem non tenet, quia illud intelligitur ſecundum ſtatuta canonum Not etiam in reb ſacris dilationem locum habere, vt canonicè conſecratur, c. a di. 75.

e CAnonicè] Quia ſi cõſecraretur non canonice electus, & conſecrans & conſecratus eſſent deponendi, capitulo nullus, diſtinct. 62. concor. ibi alleg.

f Examinatus Secundum ea, quæ habes in capit qui Epiſcopus. diſt. 23. Et ſcrutiniũ, ſiue examẽ hoc, quod fit in conſecrãdo, nunquã eſt omittendum etiam circa notata, d. ca. qui Epiſcopus, vbi nota ſecus eſt de ſcrutinio electionis, quod poteſt omittit in perſonis notis, diſtin. 47 c. de Petro. & dict. 94 c valde.

g Quaſi Hæc dictio diminuit parum de ſigno, cui additur, nec enim Eccleſia cuius Epiſcopus adhuc conſecratus non eſt, poteſt abſolute dici viduata, cum confirmatus exerceat in Eccleſia ea, quæ ſunt iuriſdictionis, vt ſupra titulo proximo §. fina & per Abbas in capitulo inter corporalia, de translatio. Aliquando tamen eſt veritatis expreſſiua, vt in lege. t. ff de tranſactione & in Euangelio Gloriam quaſi vnigeniti. Sed regulariter contra, vt hic, & per Abb. in capitulo dudum, 1. de elect. & in capitulo ſignificauerunt, de Ind. & in capi. parochianos, de decim & in cap. fina §. in aliis, vt titulo non conteſtat. Sed cum non conſecratus non exerceat quæ ſunt ordinis, nec poſſit epiſcopus appellari capitulo tua, de his, quæ ſiunt a prælat. ſine conſil. capitu. & not in Clem. 2. de baptiſm per Ab. in ſubt. & capitu. primo, de tranſlat prælat. & ſupra tit.

Inſtallatio ad quid induenta.

Cõfirmatus dat indulgẽtiã.

Scrutinium quã poſſit omitti.

Ioã. Bapt.

tit. 1. §. fi. ideo ſaltem large videtur eccleſia vidua-ta, & ſine viro. fac. c. quoniam, diſt. 100.

a Tres menſes. Vt c quoniam, diſt. 100 & ca. quo-nia, diſt. 75. & c. de Siracuſanæ, diſt. 28.

b Impedimentum Veluti ſi ſit cauſarum ab inex-cuſabili neceſſitate vt in c. quoniam diſt. 75.

Ordinationi.) Hæc pars diuiditur in 2. particul. in prima habetur qui, & quot debeant conſecrare, in ſecunda quid iuris ſi ſint impediti. ſecunda ibi, quod ſit quo ad primum CASVS Archiepiſcopus q. dam volebat ipſe ſolus conſecrare Epiſcopum quendam eius ſuffraganeum putabat autem id ſibi licere, tum quia ipſe debet confirmare, ca pitulo primo. de translat, tum etiã ad ſimilitudinem Ordinationis alicuius ſacerdotis, capitul presbyter. diſtinctio. 23. Sol. vt hic dicitur, & ob rationem in text. aſſignatam, non obſtant obiecta ob diuerſam actuum, ac perſonarum qualitatem. Not Epiſcopos certam, & propriam habere conſecrationis ſeu Ordinationis formã diſtinctio. 75. per tot Nota, 2. nomen ſignificare aliquando officium in perſonis in dignitate conſtitutis, quod intellige de nomine dignitatis § qđ autem. diſt 68.

patiatur incommodũ, intra tres[a] mẽſes poſt electionem, niſi legitimũ ſubſit impedimẽtum[b] expediri debet. Alioqui ſi Matropolitanus, aut ii, ad quod eas res pertinet, negligentes fuerint. Eccleſiaſticis condemnationibus ſubiiciendi erunt.

Conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi, alioqui non valet h. d.

Ordinationi autem intereſſe debet nõ ſolum Metropolitanus,[c] verum etiam cõprouinciales[d] Epiſcopi, qui numerũ conficiũt trium[e] Nã & B. Iacobus, qui Iuſtus appellatus eſt, a Petro; Ioãne, & altero Iacobo Apoſtolis ordinatus eſt,[f] Succeſſorib. ſuis, ſ. formam dantibus vt nõ minus, quoq. trib. Epiſcopis ordinetur. Quod ſi ab vno, vel duobus Epiſcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, vt Epiſcopi nominẽtur a Sãctis partib. inter dicitur. Ergo ſi nomẽ[h] nõ habent, officium qualiter habebunt?

Suffraganei a Metropolitano uocati debent cõparere, vel ſe excuſare. h. d.

Euocãdi ſunt igitur a Metropolitano ſuffraganei, qui ſi omnes cõcurrant, bene eſt, ſi aliqui conuenire non poſſunt, ſui preſentiam[h] per epiſtolam facere debent.

Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt, h. d.

Quod ſi Metropolitanus, vel infirmitate,

c Metropolitanus Immo in caſu non ſufficiet interuentus Metropolitani, puta ſi ſit confirmatus a Papa, quia tunc non poterit conſecrari per inferiorem ſine licentia Papæ, argum. cap. meminimus vbi Ab no. c. in diſtribuendis, de temp. & ord. & c. antepen. vbi no de elect. in 6. niſi tamen aliud haberet conſuetudo.

d Comprouinciales Cap. Epiſcopi, cap. prouinciales, & per tot. diſt. 63.

e Trium) Computato Metropolitano, vt not. in c. epiſcopis, diſt. 64.

ANT. TIMO. De hoc eſt diſpoſitum in Canonibus apoſtolorum capitu 1. ita Epiſcopus a duobus, aut tribus epiſcopis ordinetur Tom. 1. Concil. expreſſe mandat Damaſus Papa, capi. cor epiſcopi. §. quod autem, diſt 68. quod ſi pauciores eſſent nihil agerent ſecundum gl. in cap nec Epiſcopi, de tẽpo. ordi. Petrus tñ de ſtatu. in lib. de poteſtate Papæ dicit ternarium numerum non eſſe de ſubſtantia conſecrationis. Vnde & Gregorius in Anglia nouiter conuerſa legitur ſuper hoc diſpenſaſſe.

f Ordinatus eſt.) Sed nonne, omnes Apoſtoli erant Epiſcopi? Videt qđ ſic, quia Petro fuit datus Pontificatus, & alii quoque fuerunt pari poteſtate prædíti, ca. in nouo, diſt. 21. Itẽ Epĩ ſucceſſerunt in locũ Apoſtolorum vt c. quorum, 68. ergo Apoſtoli fuerunt epĩ Et de Iuda legit, & Epatum eius accipiat alter, qũo ergo Iacob. de nouo fuit ordinatus Epiſcopus? Reſp. vt no. in ca. ſi diſt. 66. — Omnes Apoſtoli Epi. præſentia.

g Nomen.) Facit diſt. 68. §. quautem. Vnde & verſus. Si re priueris nec nomen hre mereris. Fa. l ſtatutis, C. de ſen ex breui. re. le. a nullo, Co. de feriis 32 q. 4. c. dicat in fi & diſt. 66. ca. fratrem, & 16. q. 1. ca ſi cupis.

h Præſentiã.) Nota, quod per epiſtolam dicitur quis exhibere præſentiam ſuam, concord. capitul. non debet, diſtinct. 65. quod tamen non ualeret ad contrahendam ſtipulationem, vt in le, 1. ff. de verborum oblig. ſed bene vt procurator exoneretur a ſatiſdatione, l. ſi procuratorem ff. de procur argum. contra, de pænit. diſtin. 1. capit quem pæniter & Inſti. de autho. tuto §. 1. & le pupillus, § obligari ff. de autho. tuto. Per nuntium quoque, ſiue per procuratorem dicitur quis exhibere præſentiam ſuam. not. Docto. in capit. cum parati. de appel per capit. Epiſcopus, diſt. 18 fac. cap. pen. de iura. calum. Vide

cie quæ not.in Cle dudum, de ſepult.in verb.præſentari & in c.ea noſcitur.de his quæ fi.a præla.Facit hoc ad ſtatuta & alias diſpoſitiones requirentes præſentiam alicuius.

reſidet,l.ſicut,§.fin.ff.pro cuiuſq.vniuer.not.immò potius eſt arg.in contrariũ,cum iſta ſplus non poſſit,quod vniuerſitas potuit, pro quo ar.in l.ſi grege,ff.de le.1 & §.ſi grex,inſt.de leg Et fac ad quæ. An ſi oẽs electores delinquant in eligendo præter vnum,in illo reſideat ius, eligendi.De quo vide quod nota cap.fin.diſt.65. & in ca per inquiſitionem,de elec.

vel alia iuſta cauſa,[a] ita præpediat, vt ſuorũ ſuffraganeorum aliquem conſecrare nõ valeat,alicui coepiſcoporũ vices ſuas [b] demandare[b] poterit,a quo conſecrãdus munus cõſecrationis recipere tenebitur.[c]

Deficientibus Epiſcopis comprouincialibus,ad uocandi ſunt Epiſcopi vicinæ prouinciæ.

Illud quæſitũ eſt.Si in prouincia, in qua olim plures Epiſcopi fuerint, vnum tantũ remanere cõtigerit,quid fieri debeat, cũ & ſolus ordinare non poſſit, & nullos, quos conuocet,habeat prouinciales? De hoc in Sardicenſi Concilio ſtatutum legitur, vt ſuperſtes Epiſcopus[d] conuocet[e] Epiſcopos vicinæ prouinciæ,& cum eis comprouinciales ſibimet epiſcopos[f] ordinet.[g]

Quomodo ſit explicanda conſecratio, h.d.

Cõgregatis igi. hora Dñicæ lucis tertia[h]

Ioã. Bap. Quod ſi) CASVS Archiepiſcopus ſciens proptio iure ad ſe pertinere Conſecrationem ſuorum ſuffraganeorum: ob impedimentũ volebat eam alteri demandare & in defectũ ſuffraganeorum volebat Epos vicinæ prouinciæ vocare ad conſecrãdum quẽdam ſuũ ſoffraganeũ, vñ.q̃ſitum fuit quid iuris,per cap.aqua de conſ.cr. negatiue erat reſpondẽ.Sol. tamen vt hic legimus.quia cum iſta delegatio, & vocatio fiat de Epiſcopis, eſt legitima,cum ſint eiuſ. ordinis, & differunt inter ſe tantum rõne diœceſis quam quiſque hẽt aſſignatam,& ideo non obſtat obiectio Not. 1 actum conſecrandi poſſe de legari iis q̃ ſunt eiuſd.Ordinis d.ca. aqua,& ibi Doc.Not.2.Epiſcopos conuenire inter ſe in ijs quę ſunt Ordinis.§.pen.ſupra de Epiſcopis.

a Iuſta cauſa) Videtur ergo,ꝙ niſi ſit aliquod iuſtum impedimentum,ex ſola voluntate & arbitrio non poſſit Archiepiſcopus committere hanc conſecrationem. Contra tamen tenet Hoſt.in c.quod ſedem,de offic ord. vnde hic ſumitur:& eius opi.cõmuniter tenetur,vt per Abb.d.loco,& quod hic,& in d.c.quod ſedem,dicitur de impedimento,habet locum de honeſtate.

b Demandare.) No.ergo:ꝙ Archiepiſcopus demãdat ea quæ ſunt ordinis, & ſic committit ea, quæ ſunt meri imperij: cum exerceatur in conſecrando iuriſdictio ex officio nobis ad publicam vtilitatem;vt hr̃ in c ꝙ ſedem,de offic.ord, & in capit.ex qua,de conſec.eccleſ vel alt & in cap ſuffraganeis, de elect.quod intelligetur infra de conſecr. & repar.Eccleſ.vel alta.§.confici.

c Tenebitur.) Vt cap paſtoralis,de off.ord.tenetur etiam intra duos menſes viſitare Archiepũm,niſi ſit impeditus, quo caſu debet etiam impedimentum ſignificare per literas, c.ſi quis in Metro politana, diſt.65.& no.in capitu quod ſedem.de offic.ordi. Sed, an quemadmodum conſecrandus ſuffraganeus tenetur recipere munus conſecrationis ab eo, cui hoc eſt demandatum? ita & offic conſecrandi is,cui eſt actus conſecrandi demandatus?Reſpo q̃d ſi eſt ſuffraganeus hoc onus detractare non poteſt: ſecus ſi ſit non ſubditus,vt p Abb in d.c.ꝙ ſedem.

d Superſtes epiſcopus) Arg ꝙ vniuerſitas in uno

c Conuocet.) Sed nũquid tenebunt iſti conuenire ad conuocationem iſtius Reſp. tenentur:quia niſi venirẽt,peccarẽt, argu. 11 q 3 ĩ c. ſicut.n. & ca. Præcipimus, diſt.90. & debens tunc cogi. ab ipſo prælato, vel Papa Quidã dñt, ꝙ etiã ab iſto compelli pñt auctoritate d. c.ſi.d 65.& ſic quãdoque par.in parẽ habet imperium: fac.2.q 6. cap. placuit.c.6.q.4 ca.2.

f Epiſcopos. Sed quis dabit his expenſas? R. Eccleſia quæ vacat, argu 4. q.3.ca.ventutis. & 10.q 3.c.cauendum.& 12.q.2.c.charitatem. Quod ſi ſit tenuis,tũc comedẽt de ſuo,ca.cũ ab omni,de vi.& hon.cler.

g Ordinet.) Quod ſi ſupereſtes hoc facere negligat Tunc prouidendum erit iuxtà tenorem ca ſi d.61.

Congregatis) CASVS. Archiepĩ. & Epĩ.Conſecrando quendã Epũm volebant iſtã iuris ſolennitatem obſeruare,quæ hic hr̃,vnde fuit dubitatum an poſſent,negatiue.n.videbatur reſpondendum,quia cum ptãs ordinis immediata ſit a Chriſto,qui omnia ſacramenta inſtituit, vt de fide habemus, non debet aliquid addi.Sol.vt hic dr̃,qua ratione congruentiæ erat omnino neceſſarium,vnde nõ obſtat obiectio.propter iſtam congruentiam,cuius gratia Eccleſia & circa ſacramenta poteſt aliquid ſtatuere. clem 1 da baptiſm.cum ſi Not.argumentum quod fidelitatis iuramentum ſit præſtandum ab omni eo,qui ad aliquod officium promoueatur.c.ego.N. de iureiur.

h Tertia) Multiplex eſt rõ de hora tertia, qa tunc dẽt miſſã publice celebrari, de conſe diſt 1.c.nocte ſine qua nec eccleſia pt conſecrari;c.oẽs,de conſe. diſt 1.Item quia ſpiritus Sanctus in igneis linguis hora tertia dr̃ deſcendiſſe ſuper Apoſtolos, ca.nocte in quorũ locum ſuccedunt Epĩ.c.in nouo,diſt. 21.Item qa illa hora Dñs eſt crucifixus,vt ibidem dr̃, & illa hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum & Barnabam:vt not in cap,ordinatione, 1 diſt.75. An autem hora. Vel miſſæ celebratio ſit de ſubſtãtia conſecrationis,vel collationis ordinum,not in d.c.ordinationes, & in capit.quod ſicut,§ 1.de ele, Ioã Bao.

S.iu-

a Scrutinio. Vt c. quod epiſcopus, diſt. 24 & c. ordinationes, diſt. 75.
b Codice. n. Sed an hæc libri ſupra caput tentio ſit de ſubſtantia actus? Reſp. communiter tenetur quod non, ut no. in c. Epiſcopus, diſt. 23.

primum. CASVS non figuratur. Not tamen palloſ ſignificare plenitudinem Pontificalis officij ſub illa ratione, quod ſine eo poteſtas ordinis exerceri nequeat, & ſic in c. niſi, & c. ad honorem, eo. inter ſe conciliant.

& Scrutinio [a] cum precibus celebrato, duo ſupra capus ordinãdi, Euangelij codicem [b] tenentes [c] manus imponant, & vno ſuper eodem benedictionem fundente. cæteri, qui adſunt manibus ſuis caput eius tangant, atque illud vna cum manibus, ſacro chriſmate deliniant. [d] Quo demum peracto Eccleſiæ Romanæ atque eius Pontificibus fidelitas [e] ſecundum formam Gregoriani reſcripti [f] iuranda erit.

DE RECEPTIONE ET AVctoritate pallei.

TIT. XI.

Palleum. { Quo tempore recipiatur. / Quomodo impediatur.

Pallei receptio non eſt differenda, & quid ſit palleum.

HOc amplius [g] Metropolitanum [h] proſpicere oportet, vt pallei petitionem, [i] & receptionem non differat. [k] Cum ſibi ſine palleo epiſcoporum conſecrationem [l] minime permiſſam ſcire debeat. Eſt autem palleum Metropolitanorum [m] inſigne ornamentum [n]

c Tenentes. ſed q̃ritur. An quilibet hoꝝ ordinet Epiſcopum? poteſt dici, quod nullus hoꝝ ordinat ſed quilibet conſecrat. Conſecrare enim eſt cum alio ſacrare, 24. q. 1 c. pudenda, ſicut plures ferunt trabem, ita quod nul[9] per ſe l. ita vulneratus, §. 1. ff. ad l. Aqui. arg. contra in l. vulgaris, ff de fur.
d Deliniant. Vt in c. vni. de ſacra vnctio.
e Fidelitas. Sed an fidelitas, & homagium ſint idem? Reſponde non, & differunt, prout ponitur per Ab. in ca. ex diligenti. de ſimo.
f Reſcripti. Ca. ego de iureiu. c. ſignificaſti, de elec. & de forma, qua inferiores iurant epiſcopõ per Abb in ca. tua nos, de iureiu.

DE RECEPTIONE & auctoritate Pallei.

Ioã. Bapt. Cum Archiepiſcopus ſit maior Epiſcopo, c. 1. diſt. 21. & habetur ſup. de Epiſcopis, §. archiepiſcopi: ideo maior quoque ſolẽnitas requiritur in eius perſona & propterea poſt in præce. proponitur iſte qui diuiditur in 2. par. in prima explicatur materia propoſita, in ſecunda adnot. continuatio, ſecũda, ibi hęc de creandis.

g Hoc ampli, &c. Quaſi dicat nedũ conſecrandus eſt Metropolitanus, verum hoc amplius, &c.
h Metropolitanũ. Metropolitanum) ideo dicit & non archiepiſcopum: quia ante pallei receptionem nõ debet appellari archiepiſcopus Ab. ĩ c. ſuffraganeis, in 3. no. de elec. & in c. niſi eo. Sed Ab. bene põt appellari abb. ante benedictionẽ, abb. in ca. inter 2. de re iud.
i Petitionem. Sed a quo petet? Reſp. a Patriarchis vel a Summo Põtifice, ſm diſt. Ab & Bu. in Rub. eo.
K Differat Vltra tres menſes deputatos, ẽt conſecrationi, c qm̃, d. 100. & per abb. in c. ad honorem, eod.
l Cõſecrationem. Multa ſunt prætera, quæ nõ poteſt Metropolitanus ſine palleo exercere, ut conuocare Concilium, conficere chriſma, & alia, & in ca. quod ſicut, § ſuper eo in fin. de elec. Poterit tamen Metropolitanus talem conſecrationẽ demandare, ut ſup. titul. proxim. §. quod ſi Metropolitanus.

ANT. TIMO. Nota quid dicit abbas in rub. eo. quod nomen iſtud palleum, debet ſcribi per, e, non per i, & ponit differentiam inter hæc duo nomina, nam pallium, inquit, eſt honeſtatis, palleum eſt dignitatis.

Ioã. Bapt. HO. amplius. Hæc pars diuiditur in 3. partic. in prima habetur quid ſit palleum, in ſecunda quomodo ſit concedendũ in tertia qñ ſit vtendum; ſecunda ibi, cuius, tertia ibi, ſed eo, quoad

m Metropolitanorum. Sed cur non dicit generaliter epiſcoporum, cum epiſcopi utantur palleo, capitu:cum in iuuentute, de præſumptio. & ponant etiam de epiſcopis? Hoſt. in ſum eodem, & abb. in rubr. Reſpond. de iur com. epiſcopis palleum non competit, ſed ex priuilegio tantum, ut per abb. in rub. eod.
n Ornamentum. De cuius forma per abb. & alios in rub eod.

ANTO. TIMO. Forma autem pallei ut deſcribitur ex Ioann. Andr. eſt, quædam albi, ſeu pallidi coloris, rotunda, ſeu circularis, ſeu quæ clauditur

quod de corpore [a] Beati Petri ſumitur, paſtoralis officii plenitudinem [b] deſignans.

Volens aliquid palleando obijcere, debet iurare de calumnia, & intra duos menſes obiecta probare, alioquin tenetur ad pœnam talionis, h.d.

Cuius receptio, ut citius explicetur, nouiſſime [c] conſtitutũ eſt, ne per cuiuſuis criminis obiectionem forte palleando faciendam differri poſſit, niſi obijcientes corporali iuramento præſtito firment ſe, nec agere quidquam callide, ac de obiectis promptã fidem, hoc eſt intra bimeſtris temporis ſpatium [d] afferant, ad talionis vel extraordinariam pœnã ſe præſidis obligantes arbitrio, ſi obiecta minime probauerint. Quod ſi contradictores iſta facere renuerint, eorũ obiectionib. nequaquam obſtantibus, ad ipſius traditionem pallei procedendum erit.

Metropolitanus ſolum in ſua prouincia et certis diebus palleo vtitur & palleum perſonam ſequitur, & ideo commodari non poteſt. h. d.

Sed eo nec ſemper, nec vbique Metropolitanus vti poterit, id enim ſoli Romano Pontifici [e] dum miſſarum celebrat ſolennia permittitur, verum in ſua tantum prouincia, [f] ac certis dumtaxat diebus: [g] Et cum perſonam [h] palleum non tranſeat, nec alteri commodari [i] poterit, & cum eo quiſque ſepeliendus [k] erit.

Pleraque dicta creatione Epiſcoporum habent locum etiam in alijs Prælatis, h.d.

Hęc de creãdis Epiſcopis dixiſſe ſufficiat, nunc de illorum vita, [l] ac qualis eorũ dẽat eſſe conuerſatio, pleraque & de cæteris ſacerdotibus intellecturi paucis expediamus.

admodum circuli, vel collaris, ex parte poſteriori licet colori ita extẽdatur circa collum ſeu palleum circa brachia, quòd habet quatuor cruces nigras, quarum prima eſt ante pectus, ſecunda ſuper brachio ſiniſtro, tertia retro, quarta ſuper brachio dextro, & ſignificat mortificationem vitiorum, quæ debet eſſe in prælato, ſeu quatuor affectiones, vide latius per Abba. ibi.

a Corpore. Id eſt de altari, vbi eſt ſitum corpus Beati Petri, c. ſignificaſti, ubi no de elec.

b Plenitudinem. Vt dr̃. & no in ca. niſi, & in c ad honorem, eo.

ANT. TIMO. Forma traditionis pallei ea eſt: Tradimus tibi palleum, ut eo intra Eccleſiam tuam vtaris, ca 1 de aut. pal.

Cuius. CASVS. Quidam Archiepiſcopus cum eſſet etiam conſecratus, petebat palleum, & nolebat aliter examinari, nec alicui exceptioni reſpondere, illa motus ratione, quod cum in quolibet actu ſuæ promotionis ſit iudicatus idoneus, ſuperfluum modo videbatur, ipſum ad aliud examen teneri Sol. vt hic hr̃, quia nullus actus, & pręſertim hmõi dẽt temere celebrari, & ideo nec ẽt. Obiectio concludit aliquid Vnde no aliquando examen eſſe ĩ aliquo actu neceſſarium non ſimplicite, ſed accidentaliter, nempe ſi quis aliquid in contrarium velit opponere, argumento toto tit. de exceptio. in utroque iure.

c a Nouiſſime. Vt in extrauag. Ioan. 22. de auth & vſu pallei, quæ incipit, ma lit. ?s.

d Spatium. Nota ꝙ id, quod fit intra duos menſes, videtur fieri incontinenti.

e Sed eod. CASVS. Quidam archiepiſcopus volebat uti palleo indifferenter quouis loco ac tempore, immo etiam alijs commodare, idque putabat licitum perc. pen eo. in uerſ vbique, & argumento poteſtatis delegandi, quæ ſunt Ordinis, cap aqua, de conſecra. Solut ut hic dicitur, quia palleum detur ratione loci, & perſonæ, per locum intellige prouinciam & poteſtatem delegandi declara iuxta not. in d. ca. aqua, & iõ non obſtant obiecta, ut appatet. nota priuilegium alicui conceſſum cõtemplatione, quoque alterius ñ poſſe exerceri in præiudicium illius, argum. ca. ſi diligenti, de foro compe.

e Romano. Pontifici, cap. ad honorem, eod.

f Prouincia, ca. ex tuarum, eod. niſi aliter ex priuilegio ſit tibi conceſſum, licet conſuetudo etiam generalis id non poſſet inducere, habetur in d. c. ex tuarum.

g Diebus, ca. pen. & c fi. eo.

h Perſonam. Cap. ad hoc, eod.

i Commodari. Intellige pro vtendo, non pro videndo, puta ut ſartor poſſit videre, vt aliud faciat ſecundum Ioann. And. & Abbat. in ca. ad hoc, eo.

K Sepeliendus. Sed quid ſi Archi-Epiſcopus fuit tranſlatus ad aliũ Archiepiſcopatũ, cum tunc nouum palleum habere debeat, ut habetur in capitu. bonæ, 2 de poſtn. prælat. quid fiet tempore mortis? Quidam quod primum debet remanere apud primam Eccleſiam ut not. in d. capitu. bonæ. Alij quod debet cum ambobus ſepeliri, & tenetur communiter, ut per Doctor. in capit. ad hoc, eodem.

l Vita. Eſt hic ordo naturalis. Primo. n. fuit dictũ, qualiter naſcũtur vel producũtur in eſſe Secũdo, quales ſint uel eſſe debeant iam in eſſe deducti.

Tertio

Tertio qualiter eſſe deſinant, vt inf. de transl. cum tit. ſequ. & facit §. fin. inf de cor. epiſcoporum uſu ſublato.

DE VITA, ET HONESTATE Prælatorum.

Continuat. Hęc materia p §. ſi ſupra titu. proximo, vel dicas ſecundo quod poſtquã autor explicauit ingreſſum prælatorum ad dignitatẽ Eccleſ. opus erat tractare de eorundem progreſſu, propterea, proponitur nũc iſte tit. qui diuiditur, in duas partes, in prima habetur in cõmuni qualis debeat eſſe vita prælati, in ſecunda particulares quæ-dã ad not. eius virtutes: ſecunda ibi ab improborum. — *Ioã. Bapt.*

DE VITA [a], *ET HONESTATE* [b] *Prælatorum* [c].

TIT. XII.

Prælati mores.
- Sine crimine.
- Non cõuerſãs cum malis:
- Corrigẽs ſeuerè cũ leuitate.
- Non tolerans malos.
- Orationi vacans.
- Hoſpitalis.
- Sobrius
- Non lucri cupidus.
- Pudicus.
- Habitu decenti.
- Oĩ genere virtutum ornatus.

Qui præcellit dignitate, debet & innocentia præcellere, h d.

Debet [d] igitur epiſcopus eſſe ſine crimine [e], & cũctum populum cui præeſt conuerſatione, & innocentia præcellere. Qualis.n. erit ædificatio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtantiorem [f]. Nam epiſco-

Vita tripliciter conſideratur. a Vita. Tripliciter cõſiderari poteſt uita, alia enim eſt vita naturæ, alia diſciplinę, alia gratiæ. Naturæ uita eſt animæ & corporis coniũctio, & ſecundum hunc modum intelligitur, quod dicitur à philoſopho, quod uiuere viuentibus eſt eſſe, & hæc perdurat mediante cibo, & potu, l. de his, ff. de tranſact. Inde fit, vt quęſunt ad vitam neceſſaria, interdum contineantur verbo vitæ, vt cum teſtator reliquit dilectæ perſonæ vitam in domo ſua, de quo in l. verbo victus, ff. de verb ſign. Et de hac intelligitur illud quod præſumitur durare vſque ad centum annos, l an vſusfruct ff. quib mod. vſusfruct amit. in l ſi vſusfruct municipibus, ff. de vſufruct. leg & in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. l. præponebatur, ff de iudic. Vitæ diſciplina, eſt modus & ordo quidam, ſecundum quem quis uiuere debet, & ſecundum hoc dicimus, aliam eſſe vitam clericorum, aliam laicorum, 12 quæſtion. 1. cap. duo, & hominem eſſe vitæ irreprehenſibilis. Aliam vitam actiuam. Aliã contemplatiuam, c. niſi, de renunc. ca. licet, de reg. Vita gratiæ dicitur cum quis moritur vitijs, & viuit Deo per opera bona. Hinc illud. Qui credit in me, vitam habet. Et hanc perfectè non poſſumus habere in hoc ſæculo, capit maiores, de baptiſmo. Sed de qua intelligitur in titu noſtro? Reſpond. de uita diſciplinæ.

b Honeſtate. Intellige de honeſtate motum, non de modo diuitiarum, uel quantitate facultatum, vt aliqui intelligunt rubricam, de vita, & honeſtate clericorum, & mal.

c Prælatorum. Prælati verbum accipitur largè, & ſtrictè, largè comprehendit etiam ſimplicem curatum, c. tua, de cleric. ægro. ſtrictè ſolum eum, qui habet contentioſam iuriſdictionẽ Abb in capit 1. de iudic. in c. de multa, de præbend. in cap. requiſiſti, de teſtamen. in c. nihil, de elect. in ca. cum ab eccleſiarum, de officia. ordin. in c fin. de pœnit. & remiſ & in d. c. tua Et an coadiutor poſſit appellari prælatus. Ab. in c. de rectoribus de clem. ægro. vel debil. — *Ioã. Bapt.*

d Debet igitur. CASVS. Quidã Epiſcopus in eius regimine, ac vita diuerſis peccatis erat notatus, & ideo erat reprehenſibil. unde fuit quæſitum, quid iuris, cum enim contra naturam pœnæ ſit hominem ſine peccato viuere, c. unum orarium, diſtinct. 25. videbatur propterea in dignitate ſuſtinendus. Solu. tamen vt hic legimus per rationem in text. aſſignatam. Non obſtat obiectio, quia aliud crimen, in d. capit. habetur, & in capit. 1. diſt. 84. Not. primo tenere argumentum à ſuperioribus prælatis ad inferiores, quando militat eadem ratio: Not 2. ſuperiores debẽt ſubditos docere, & non ab eis doceri. iuxta c. ult & pen. diſt. 36 No. 3 Pręcipuum docendi modum eſſe innocentiam & bonitatem uitæ, c nemo, diſt. 81.

d. Debet. Neceſſitatem importat hoc uerbum, ut & alias, ut per Abb. in c. intelleximus. de iud. aliqñ decentiã, c. 1 deſpon. impu. ubi Abb uide per eum Abb. in c. 1. de do & conf & in c. ſi uir, de adult.

e Sine crimine Bene dicit, ſine crimine, & non ſine peccato, nam crimen eſt peccatum grauius, diſ. 81 in prin. & c. apoſtolus. Alias ſi epiſcopus deberet eſſe ſine peccato, nullus poſſet in epiſcopum ordinari, d. ca. Apoſtolus, fac. de pœn. diſt 2. cap. ſi enim, & de pœn epiſt. 3. c. pen.

ANT. TIM. Iuxta doctrinam D. Pau. 1. ad Tim. 3. irreprehenſibilem exponit ibi Haymo, id eſt ſine crimine, & capitali peccato.

f Præſtantiorem Sic cap. quis dubitet, diſtin 96. & cap. qualiter, 8. q. 1. & capit. ſtatuimus, & cap. quid

prodeſt, d. 61. Magiſtri. n. moribus, & ſciētia, & facundia debent alios præcedere, l. magiſtros. C. de profeſ. & magiſt. lib. 10. Et erit talis magiſter cuius comparatione diſcipuli paleæ dicantur, 15. diſt. ca. cũ ſ. Vñ quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedrã, & dũ delectãtur à loco gloriæ, fiũt alijs auctores ruinæ, vt 48. diſ. c. qm̃. Cũ magiſter faciat cathedram, non cathedra magiſtrum, c. ſi d. 5[?].

Magiſtri quales.

Diſcipuli nimium feſtinant.

ANT. TIM. Hic S. Greg. in Epiſtola ad Hermanum Epm̃ Metēſ. Quia dubitet ſacerdotes Chriſti Regũ, & Principũ, oĩumq; fidelium patres, & magiſtros cenſeri. Vos. n. inqt Chriſtus Matt 5. eſtis, ſal terræ, & ibidē Vos eſtis lux mundi. Et in Paſtorali. 2, c. 1. Tantũ debet actionem ſubditorum actio cõſcendere rectoris quantum diſtare ſolet à grege uita paſtoris.

a Mo tib. ſuis. Vt c. nemo, d. 81. vnde bene ad Hono.

Tunc obſeruantior æqui.
Fit populus, nec ferre uetat, cũ viderit ipſum.
Auctorē parere ſibi. Componitur orbis,
Reges ad exemplũ, nec ſit inflectere ſenſus.
Humanos præcepta ualent, ut uita Regentis.

Statum aũt, cui conditores non parēt, præſumitur iniquum, vt per Abbatem, in c omnes de cõſti.

ANT. TIM. Vide B. Auguſt. de falſa, & vera pœnit. c. 20. Iudicans. n. alios. qui eſt iudicandus condemnat ſeipſum, c. qui vult confiteri, de pœn. diſt. 6. Qui enim inquit Iſid. lib. offic alium de peccatis arguit, ipſe à peccato debet eſſe alienus, vide Rab. lib. 3. de iuſti. cler. c. 1.

b Meliores. Ideſt clericos eſſe deteriores, quam ſint laici, ſufficit enim clerico, ſi eſt bonus, ita not. in c. qualis, 8. q. 1. in fi.

c Illicita Concor cap omnium, diſt. 32. & prælati malè viuendo dicuntur eccleſiam polluere. quod quõ procedat. vide per Abb. in ca. ueritatis, de dol. & contumac. Item mala uita prælati inducit præſumptionem contra totam eccleſiam, quæ illum tolerat Abb. in c. per inquiſitionem, de elect.

ANT. TIM. Vide quæ rectè admonet Cõcilium Auernenſe, loquens Epiſcopis. & presbyteris, circa conſuetudines & conuerſationes, c. 2.

Ab improborum. Hæc pars diuiditur in duas partes: in prima habetur qualiter prælatus procedere debeat in delictis puniendis, in ſecũda quibus præcipuè uirtutibus debeat eſſe ornatus ſecunda ibi, in primis autem, quoad primum. CASVS ita figuratur. Quidã Epi in corrigēdis, & puniendis delinquentib. oppoſito modo procedebant, ſi quidē vnus eorum ſcd̃m iuſtitiam tm̃ procedebat per text. in c. 1 diſt. 4. alter vero delicta tolerabat per dictum ſacræ ſcripturæ, ꝙ Deus nõ vult mortem peccatoris. Fuit quæſitum quid iuris Solu ut hic dicitur, quia prælatus non tm̃ iudex, ſed etiã paſtor dicit eſſe, iuxta tex. in § 1. infra cõia tam maiorũ qua rõnc conſiderata, nec etiã obiecta vidēt obſtare. No. delicta nõ eſſe tolerãda, nec etiã rigoroſè puniẽda. ca. diſciplina, diſt. 45 hic intelligimus cur in pœnis benigna eſt interpretatio facienda iuxta ca. in pœnis, de reg. iur. in 6. l. pen. ff de pœn.

Ioã. Bapt.

pus inſtruere, & admonere omnes debet. Nemo autem rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus [a] ſuis aliorum errata condemnat. Quod non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de omnibus, qui domini Dei deſeruiunt, intelligi oportet. Quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit meliores [b] laicos eſſe, quam clericos, quæque in alijs membris Eccleſiæ vacant à culpa, ſæpe in ſacerdotibus habentur illicita [c].

Epiſcopus cauere debet ab improborum commercio, & in corrigēdo non minus charitatem quam poteſtatem exercere debet; h. d.

Ab improborum quoque commercijs abſtinebit. Malorum enim conſortia bonos corrumpunt [d]. Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonij clericos, qui poſſint irreprehenſibiles inueniri, & ſi quando illos, ſiue etiam laicos inter ſe diſſidere contigerit, ad pacem magis, quam ad iudicium compellat, inque illis corrigendis plus agat beneuolentia, quam ſeueritas, plus charitas, quam poteſtas, neque dominari magis, quam conſulere ſubditis cupiat [e], ne quod prouiſum eſt ad concordiam [f], tendat ad diſſidium [g].

Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeueritatem leuitati, h d.

Cũ leuitate tamen ſeueritas miſcenda eſt,

d Corrumpunt. 28. q. 1. ca. ſæpe. Vnde præſumitur contra prælatum, detinentem inhoneſtos familiares, vt per Abb in c null 1, de accuſ.

Præſumitur contra tenētē familiã inhoneſtã.

ANT. TIM Conſonat illud Eccl. 3. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & Prouerb. 13. & Pſ. 7. Cum ſancto Sanctus eris, vide D Ambr. lib. 1. offic. cap. 43. tom. 1 vnde illud: Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

e Cupiat. Càp. licet, diſt. 45.

ANT. TIM. Iuxta præceptum Apoſtoli ad Gal. 6. Inſtruite in ſpiritu leuitatis, lege B. Aug de fi. & ope c. 3. tom. 1.

f Concordiam. Scilicet, vt unus præſit alijs, ne ſchiſma fiat ut cap. legimus, diſt. 93. & cap. ad hoc diſt 99. & infra, de ſacerdot. in infer. grad. conſt. §. presbyt.

g Diſſidium. Quod eſſe non debet, argum. l. quod fauore,

Nam miſericordæ multum demitur, ſi ſeueritate omnino ſit deſtituta, ideoque Rectoribus ineſſe debet iuſte conſulens miſericordia, & pie ſæuiens diſciplina, ut nec in diſciplinæ [a] rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in mãſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ; quodque ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, [b] non ſæuientis [c] plectatur animo, ſed medentis. [d]

Tralatus non debet tolerare peruerſos. h.d.

Præterea cauendum eſt, ne peruerſa agẽtes [e] conueniendo toleret. Culpã. n. faciẽtis [f] habet, qui, quod poteſt, negligit emendare, & error, cui non reſiſtitur, approbatur.

Epiſcopus orationi, & prædicationi debet inſiſtere, h.d.

In primis aũt orationi, & pdicationi inſiſtat. Nã præconis [h] officiũ ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium [i] accedit. hinc eſt, ꝙ ſuper

fauor, C de ll. Simile eſt de eccl. ædifi. cap. 2. & extra, de appel c. reprehenſibilis.

a Diſciplinæ. Nota quod æquitas, & manſuetudo miniſcẽda ſunt rigori, & quod iudex ſequi dẽt quandam mediocritatem, quam poetæ appellant auream, fac. ca ex parte, ext. de cẽſi. & l. ſi ſeruus, ff. de pigno. actio. & l. nec ſupina, ff. de iur. & fact. ign. & l. continuus, §. cũ ita, ff. de verb. obl. & ca. 1. de offi. cuſto. arg contra in l. Neſennius, ff. de neg. geſtis, & in l. placuit. C de iud. & in ca. ſi de tranſactio.

ANTO. TIM. Lege B. Greg. Home. 9. ſuper Ezec. tom 2. & D. Roſ. de vita cõtempl. c. 20 & c. diſciplina, d 45.

b Neceſſe eſt. Vt puta cum multis graſſantib. exemplo opus eſt, l. aut facta, in fin. ff. de pœn.

c Sæuientis. Quia hoc ꝓpterea agitur, ut hominum vita corrigatur, c. importuna, de pœn. d. 1. & ca. quia diuinitatis, 20. diſt. & 24. q. 3. c. cum ſancti.

ANTO. TIMO. Hoc pl[illegible] Conc. Trid. ſeſſ. 13. ca. 1. de refor. iuxta præceptũ Apoſtoli, 2. ad Tim. 4. Argue, obſecra, increpa cum omni patientia & doctrina.

d Medentis Cap. prodeſt, 23. quæſt. 5. fac. auth. de manda. princ. §. non permittas, c. odio, diſt. 86.

e Agentes. Et perſeuerantes peruerſa agere, alioqui propter vnicum delictum non debet quis ſæuire in uirtuoſum, nec deſiſtere ab amando illum c. niſi, ubi Ab. de offi leg fac. l. 3. de. epiſc. audi. & l. quamuis, ff. de in ius uocan.

f Facientis Cap inferiorum, & c. facientis, diſtin. 86 Et intellige hoc poſt monitionem, vt 27. quæſtio. 1. capitulo ſi cuſtos; Nam alias eſſet eadem pœna negligentiæ & cooperationis, quod eſſe nõ debet, capitulo nunquid, 1. quæſt. 1. cum leuius ſit delinquere in omittendo, quam in committendo. Et facit hoc adque vtrum incurrat excommunicationem is, qui poteſt iuuare clericum, ne verberetur & hoc facere omittit. De quo not in capitulo quanto de ſententia excommunicationis Generaliter autem vtrum faciens & conſentiens pari pœna puniantur, traditur late per Abbatem, & D. ꝑtr. in capitulo 1. de officio delegat. Vide etiam quæ not. in capitulo, quia alios, de hæretic. Seu an minor pars vniuerſitatis tacens puniri poſſit ex facto maioris partis? Reſpondeo, ut per Abbatem, in capitulo gratum, de poſtulatione prælat.

Faciẽs & cõſentiẽs

g Reſiſtitur. Silicet. cum poſſit reſiſtere ex officio ſecundum quoſdam arg. in. cap. ita plane 23. q. 4. cap. tam ſacerdotes. Et facit hoc, quod non ſolum mihi liceat ſocium mecum in via defendere ab iniuria illata, ſed quod teneat, cum alioqui non ſim caritut[9] ſcrupulo ſocietatis occultæ, de quo per Abb. & alios, in c cum non ab homine, de iudic. & concord. ca. error diſt. 83.

Teneo defendere ſociũ in vita.

In primis aũt, CASVS in hac parte ita figuratur. Quidam Eps cum eſſet iuris conſ. orationi & prædicationi non dabat operam, & indicãs bona Eccleſ. non ſufficere ſibi ſecundum cõgruentiam ſui ſtatus hoſpitalitatẽ ñ exercebat: imo negocijs ſæcularibus ſe immiſcebat & cũ uarios miniſtros haberet, nec ſobrietatẽ, nec pudicitiã, nec habitus decorẽ obſeruabat, dicebat. n. ultra rationes aſſignatas ad omnia iſta non teneri, quia prouiſio fuit facta perſonæ de eccleſia, & non econtra, & ideo fuit de hoc dubitatum, Solu vt in hac parte legimus, quia ut diximus ſupra in prin. huius tit proprium eſt prælati docere omnia virtutum genera quod facto, & verbo contingit, vt ibi adnot. vnde hac ratione ſuadente, non obſtant obiecta. Not. inde argumentum ſtatum prælatorum non tantum eſſe perfectionis, ſed maximæ perfectionis, & ideo eſt dignior.

Io. Bapt.

h Præconis. Fac. cap. baptiſmus, de conſe. diſt. 4. & cap ſi rectos. diſt. 43.

ANTO. TIMO. Hinc Epiſcopus, vel presbyter angelus appellatur, qui uitam æternam prædicando annunciat, Auguſtinus ſuper Apoc. tom. 9. iuxta præceptum domini Iſaiæ 58 clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam & ſecundo ad Timot 4. Prædica verbum, & cap. Et enim hoc proprium Epiſcoporum munus, vide Apoſtol. 1. ad Corint. 4. Non miſit me Dominus baptizare, ſed euangelizare, & Ioann. 21 vide Concil. Solet. Canon. 2. Conſtantinopolitanũ. 6. canon. 19. & Trid. Seſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 8. quæ eſt 24 cap. 4. de reform. Quomodo autem hoc præclariſſimum munus exercendum ſit lege apud Concil. Colonien. de diſſeminatione verb. lib. 4. ca 15. 8 & 18. Copioſe qui cupit hanc rem conſulat Rub. lib. 3. de inſtitu. cleric. c. 17. & D. Gregor. in paſtor. & Home. 2 ſuper Ezech. tom. 2.

i Ad ſacerdotium. Hoc non eſt diſtincte verum

paſtores [a] primos in linguarum ſpecie Spiritus ſanctus inſedit. Populum itaque prædicando doceat, ſed illa doceat, quæ a Deo ipſe didicerit, non quæ illa caro uel humanus ſenſus [b] ſuaſerit. Ea propter ſacris libris iugiter inſiſtere illum oportet, nec enim ſufficit Prælatis bona conuerſatio, niſi addatur ſcientia doctrinæ. [c]

Epiſcopus hoſpitalis eſſe debet & liberalis: hoc dicit.

Sed nec vtramque [d] ſibi ſufficere credat: nam largam quoq; manum habere debet, & neceſſitatem [e] patientibus [f] ſubuenire, alienam inopiam ſuam credens.

Epiſcopus non debet abuti rebus ſuis. h. d.

Res ſuas inter hiſtriones, [g] venatores [h] aut aucupes minime diſpẽſet: pauperes po

niſi habitu: nam actu nemo etiam ſacerdos habet officium prædi. audi, niſi qui habet curam uel populum, puta epiſcopus, ut hic, & rector parochialis eccleſiæ. Prædicatio enim eſt officium curæ, ut no. in Clem. 1. de reg. facit tex. in clemen. dudum de ſepult. vbi Cardi. & per Abb. in ca. inter cetera, de offic. ord. Fratres autem mendicantes poteſtatẽ prædicandi habẽt ex priuilegio Papæ, alias ſi ipſi, vel q. dñr prædicatores prędicarẽt ſine licentia Papæ, vel diœceſani, inciderẽt in excõicationẽ, c. excõi amus, §. quia nonnulli, de hęre. Nec. n. debet quis in alieno, prædicare, niſi inuitatus, vel licentia obtẽta Car. in d. cle. dudum. Sed an Archiep. dẽat petere huiuſmodi licentiã in diœceſib ſuffraganeorũ Reſp. debet, ſecundum Card in d. Cle. dudũ, §. ab olim niſi forte cum viſitat, arg. c. 1. de cenſi. in 6. & 1c. q. 1. cap. placuit, & cap. Epiſcopũ. Ergo quod hic dicit ſacerdotium, probat quod laicis non licet exercere officium prædicandi, & facit ca ſicut. de hæretic. niſi forte eſſet vir ſanctæ & vitæ & doctrinæ, cui hoc ab habente poteſtatem cõmitteretur, ſecundum quoſdam, in d. c. inter cætera. Item & multo magis dicimus de mulieribus, quamuis religioſis, ca. mulier, d. 23. Abbatiſſis tamen licere hoc in ſecreto inter ſuas moniales, ſecundum Car. in cle. 1. de relig. dom. Et de materia in cap. quod Dei timorem, de ſtat. monac. ca. cum ex iniuſto, de hæret. & in c. quam ſit, de iud. & in locis ſupra alleg.

Prædicatio & officiũ curæ.

Non dẽt quis prædicare in alieno ſine licẽtia.

Laicis nõ licet prædicare.

a Paſtores primos i. Apoſtolos, c. ſi rector, d. 33.

b Senſus. Cap. fin. diſt. 36.

ANTO. TIM. Iuxta illud Ezech. 3. Audias verbum ex ore, & annunciabis eis, inquit dominus.

c Doctrinæ. qui eccleſiaſticis, d. 36. fac. c. ſicut, & c. ſi iuſta, diſt. 38.

ANT. TIM. Quibus pręcepit dominus Ioſue. 1. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, Et expreſſe Leu. 10. ad quod admonet D. Hier. ad Ruſti. monac. habetur c. ſi clericatus, 16. q. 1.

d Vtramque. Scilicet bonam conuerſationem & doctrinam concord. c. fratrem, diſt. 86.

e Neceſſitatem. Fac. hoc verbum ad ea quæ ponit S. Thom. in 2. 2. q. 32. artic. 5. & per Ab. in ca. ſi vero, verſ. ſed ſi volumus de iureiur. & per Card. in c. non ſatis, diſt. 86. & per Fel. in c. 1. diſt. in cap. 1. de offic. ord. vbi quærentes an eleemoſyna ſit de præcepto, dicunt duo eſſe conſideranda. Vnum ex parte dantis; ſcilicet vt eroget quod ei ſuper eſt; ſupereſſe autem dicitur non ſolum reſpectu dantis, ſed etiam eorum, quorum cura ſibi incumbit. prius enim tenetur quis ſuis ſubuenire, poſtea alijs: Aliud ex parte recipientis, videlicet, ꝙ is ſit in neceſſitate poſitus, tanta, ꝙ aliter ſibi non poſſit prouidere, ut hic, & tunc eleemoſyna dicitur eſſe de præcepto, alias eſt de conſilio.

ANT. TIM. Iuxta illud Chriſti Luc. 12. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quẽ cõſtituit dñs ſuper familiam ſuã, ut det illis cibũ in tẽpe opportuno, unde D. Hiero. ad Nep. Gloria Epiſcopi eſt pauperũ inopiæ prouidere, ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Et D. Amb. de off. Aurũ, inquit hẽt Eccleſia, non ut ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat ĩ neceſſitatibus, habetur 12. q. 3. cap. aurũ, idem pulchre monet D. Poſp. lib. 2. de vita contempl. c. 1. & Conc. Aurel. can. 8 & demũ Iodocus Clitoueus lib. de vit. & mor. cler. c. 25. exẽplo D. Nicolai & Martini hoc idem pluribus confirmat.

f Patientibus. Vt viduis, pupillis, & omnibus oppreſſis, diſt. 77. per totum. Magis tamen religioſis ſuccurret, quam laicis, vt 16. qõ. 1. & magis cõiunctis quã extraneis, ut in ca. 1. de cohab. mul. & cle. vbi no. Et natis ex damnato coitu; vt per Ab. in d. c. 1. ſuper gl. pen., vbi tenet hoc in filijs ſacerdotis, natis poſt ſuſceptum ſacerdotium.

g Hiſtriõnes. Quod vitium eſt immane, c. donare diſt. 86. Sunt enim hiſtriones infames, l. ff. de his, qui no. infam. & 4. q. 1. c. 1. Nec promoueri ad ordines pñt, c. maritum, 53. diſt. Prohibentur a corpore Chriſti, de conſecr. diſt. 2. pro dilectione.

Hiſtriones.

ANT. TIMO. Sunt enim iſti ſcenici indigni qui à clericis conſpiciantur, ut per Concil. Laodicen. can. 54.

h Venatores. capit. Epiſcopum, & cap. omnibus, diſt. 44. c. qui venatoribus, cũ pluribus ſeq. Et not. ſecundum gl. in d. c. qui venatoribus, quod triplex eſt venatio, oppreſſiua, arenaria, & ſaltuoſa. Oppreſſiua, de qua diſt. 6. in fi. eſt penitus interdicta. Arenaria eſt, cum quis in arena pugnat cum dentata beſtia, & ad hoc locat operas ſuas, & qui hãc exercet non ſolum ipſe mortaliter peccat, verum & qui eum aſpicit, & qui eam exercet infamis eſt, niſi faciat gratia virium experiendarum, l. 1. §. itẽ ſenatuſconſult. ff. de poſtul. Saltuoſa, eſt quæ fit in ſiluis, & ſaltibus hæc ſui natura licita eſt, l. 1. C. de vena. ferarum, lib. 11. Ex tempore tamẽ fit illicita, vt in quadrageſima, & diebus ieiuniorũ, vt, c. amputatis diſt. 86. niſi tamen eo tempore ſubeſſet neceſſitas, arg. 23. q. 3. c. ſi nulla. Item & perſona, q. a clerico non eſt licita, toto titulo, de cler. venat. &

Venatio triplex.

cap. ſi

rius in hoſpitio recipiat, & facilius exēplo [a] ſuo ad hoſpitalitatem attrahat.

Prælatus debet ſobrius eſſe, prudens, et peritus, non ſolum periti à litterarum, verum etiam negotiorum. h d.

Sobrius ſit, non vinolētus. [b] Nō ſit percuſſor, [c] & ad vindictā facilis, [d] imò in oī genere rerū agēdarum prudentiam ſecum hēat. Si.n.mancū, aut debilē ſancta cō: ingere nequaquam lex diuina permittit, quāto [e] magis doni cęleſtis diſpēſatores eſſe non cōuenit (id quod eſt deterius) mēte debilitatos?

Epiſcopus non debet ſæcularibus negotijs ſe implicare. h.d.

Sicut āt epm nullo errore cōuenit inuolui: ita nulla dēt cupiditate [f] corripi, & propterea lucri cupidus eſſe prohibetur, & alicui etiam honeſto [g] negotio, vt ſibi victum, &

ca.ſi nulla, 23.q.8. etiam ſi ſit pauper, ſm quoſdā, vt c.quorundam, d.33. & not.in d.cap.qui venatoribus. Laico licita eſt ob neceſſitatem non ob voluptatem, puta pro pellibus, aut carnibus, & hoc de ea, quæ fit cum clamore. Ponere autē laqueum, vel rete ſine ſtrepitu, & clamore, & canib. licet ēt clericis, cum monacho liceat texere linū pro capiēdis piſcibus, vt c. nūquam de conſec.diſ.5 & de hoc in clem. 1. §.porro, de ſta.monach.

ANT.TIM No. ad illud quod dr in gl.venatio laico licita eſt ob neceſſitatē non ob voluptatē, quod venatio ſecundū ſe, & ex ſui natura non eſt peccatū, quia eſt vſus naturalis domini pſtiti homini ſuper animalia, cū omnia animalia ſint homini naturaliter ſubiecta, id quod tribus rationibus probat S.Tho.1.par. q.96.art.1.vide apud eum. Per accidens aūt poteſt eſſe peccatum multipliciter vide Caietan & Summiſtas in verbo Venatio. Vnde dictum gloſæ poſſet habere locum in eo ſenſu, ſi venatio eſſet ob voluptatem ſimpliciterque non fuerit regulata à rōne. Nam omnis actio, quæ non eſt propter honeſtum finem, mala, & vana poteſt appellari, & ideo non caret saltem veniali, ex defectu ordinati finis. Quod ſi diceretur venationem licitam tñ ob neceſſitatem, falſum eſt, cum ex ſuo genere ſit licita vt dictum eſt, vide quæ not. circa hanc materiam Ab in c.1 de cler.ven.vbi multas ponit diſt.& concluſ.circa hanc materiam.

a Exemplo ſuo. Nam, vt inquit Claudia. Componitur orbis Regis ad exemplū, ſic 47.d.c.in princ.

ANT.TIM Hier.in epiſtol.ad Heliod. Domus, inquit, Epi eſt conuerſatio quaſi in Speculo poſita, magiſtra publicæ diſciplinæ, & quidquid fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. Lege D Grego.lib.10.mora. Et Leo. in Ser.de ieiu Validiora, inquit ſunt exempla, quam verba, & plenius operatione docetur, quam voce

Bibens vinum ſine aqua.

Ebrietas.

b Vinolentus Vi 35.diſt.in princ. & ca.à crapula, de vi & hon præ lat. Sed an peccet mortaliter, quia vinum bibit ſine aqua? Reſp. vt per Abb.in cap.crapula, de vi & honeſt cleri. Quid de ebrietate, an ſit peccatum mortale? Reſpon.non, cum dicatur peccatum minutum, diſt 25 §.1. alias ea demum, vel c.vinum, paulo ante ſib.vet quæ aūt, niſi tñ ſit frequens, nullum eſt.n. peccatū adeo veniale, quod dum placet non fiat mortale, d.capit.vinum, §.criminis, arg.u.l.3 C de epiſ.audi. & l vni C.de ſuper exact lib 10.vbi Barto & ita Abb in d.c.à crapula, & in capitu 2.de reliqu. & vener. ſanct Sed an ſacerdos ob ebrietatem veniat priuandus benefi-

cio? Reſp. Non ſola, c.ſi conſtiterit, vbi Abb de acu Quid ſi celebret non præmiſſa digeſtione? Reſp vtique priuari poterit, vt hr in d c ſi conſtiterit, licet indigeſtus celebrans corpus domini cōnficiat, vt per Abb. & alios, in d.c.ſi conſtiterit.

ANT.TIM. Dubitat hic glo.an ebrietas ſit peccatū mortale. & vr īnde re quod nō. ſi ſit frequens, nota tñ quod hoc dictum glo.non eſt ſimpliciter intelligēdū. Nam de ebrietate loquūtur doctores dupliciter, ſeu ponunt duplicem ebrietatem. Alia.n. eſt præcognita, & volita, & hæc eſt pctm mortale, & quia culpabilis eſt nō excuſat à peccatis ſequentib. eam. Alia autem eſt nō intenta, quæ tātū dicit̃ ebrietas materialiter, & non pctm mortale, ſed veniale, cū non careat aliquali culpa, de qua loquitur glo. hic, vide S. Thom 2.2.q 150 ar.1.vide etiam multa quæ tradit notantes Alex.de Ales, part 2.q.142.memb. 12 per totū, & præcipue.arg.2. vbi quando ebrietas mortale ſit, declarat & auctor ipſe in ca. inebriauerant, 15.q.1. Mala quæ ab ebrietate proueniunt, l apud D.Aug ad fact virg:

e Percuſſor. Ideſt, pronus & frequens in percutiē do, nec.n.q ſemel, aut raro percuteret, poſſet appellari percuſſor, ſicut nec abigens, q ſemel abigit, l. 1. ff de abigi. Nec erro qui frequēter ſine cā nō vagat, l quis ſit fugitiuus, § erroe, ff. de ædil edi. Nec Plagiatius, qui ſemel alienos ſeruos ſurripuit, l. abducta, cū ibi no. C.de fur. Nec mercator, qui vnum tñ exercet negotium, l 1.§ 1 ff.de trib. argu contra in l.athletas, § calumniator, ff.de hi qui no. infam. Dic, vt per Bar.ſup.interptione, & 1 rub. Digeſtorum & quod hic dr intellige de eo qui vellet proprijs manibus percutere, quod licet, vt cap.86.§ vel percuſſor, niſi vt ibi no. & de materia in diſt.45.in gl.in Sum & per totam diſtinctionem. Percuſſor

d Facil. s Nam tales prohibentur ordinari, vt inf. qui promou non poſſ.§.idem ſtatuendum.

e Quāto magis. Sicut.n.anima præponitur corpori, d 48.c ſedulo, & fin.C.de ſacroſan.eccl ſic vitia aīæ ſunt deteſtabiliora vitijs corporis, c. vlq; adeo, d.33. Et cum epiſ opus iudex ſit, non ſolum animarum, vt 10.q.c quæcumque verum etiam corporum, oportet illum æquè ſpirituali, & temporali ſcientia ornari, vt d 39 in prin & hoc eſt quod hic dicitur in omni genere agendarum.

f Cupiditate, c.virum, diſt.47 & per tot

ANT.TIM Eccl 10 Auaro nihil eſt ſceleſtius, vnde Chrs Luc.12. Cauete ab omni auaritia, radix enim omnium malorum eſt cupiditas 1.Tim 6.

g Honeſto. Puta aduocando, niſi in caſibus ex-

neceſſaria quærat, operam dare: Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit,[a] & Apoſtolo teſte; Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.[b]

Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet Epiſcopus. h. d.

Pudicus [c] quoque debet eſſe, & moribus, & verbis pudorem præſeferre. Ea propter Maguntino [d] Concilio ſtatutum legitur, vt nullus ſacerdos fœminas de quibus ſuſpitio poteſt eſſe, retineat, ſed neque matrem, aut amitam, aut ſororē [e] retinebit, quia in illis, inſtigante Diabolo, ſcelus perpetratum reperitur, aut in pediſſequis earum. Itaque domeſticarum [f] quoque perſonarum immoderatam familiaritatem vitabit.

Qualis quis ſit interius debet per exteriorem demonſtrare. h. d.

Oportet item Epiſcopum, ceteroſque Eccleſiaſticis officijs mancipatos, per decentiā habitus extrinſeci, morum intrinſecā honeſtatem indicare, & ideo ſi præterquā ex cauſa vrgenti [h] indumentis, præter ordinis ac officij decorem [i] preſertim publicè, luxurientur, illorum impudētia varijs modis, [k] non minus recentioribus, [l] quam antiquis [m] Pōtificum decretis coercetur.

Quid diſplicet, non exorat. h. d.

In ſummo cum pro populo Epiſcopi ſuffragatores ad Deum parentur, neceſſe eſt, vt omni genere virtutum eius gratiam habere nitantur, quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.[m]

---

ceptis, vt hr̄ in c. 1. & in c. fi. de poſtul. & not inf. de priuil. & poſtulandi. Vel exercendo tabellionatū, vt nadu i... ſicut ne cle vel mon. Vel artem phyſicā, vt per Ab. & alios in c. ſnīam ne cle. vel mon. Vel chirurgicā in d. c. ſnīam. Sed excipit nōnullas declarationes, vñ vidēda ſunt, q̃ ponit Abb. in ca. ſnī, de cle, vel mon. & 14. q. 4. in gl. ſummæ, & no. in c. clericus qlibet, d. 91. Et plura ī hac materia congerunt p̄ Doc. poſt Ab. in c. 1. ne cler. vel mon. Et an monachi, uel alias religioſi tenentur proprijs manibus laborare? late per S. Thomā 2. 2. q. 187. ar. 3.

a Expulit, c. conſequens & c. eijcies, diſt. 88.

b Secularib. extr. de cler. vel mona. per tot.

c Pudicus. Vt diſ. 43. per totum.

ANT. TIM. Te ipſum caſtū cuſtodi dicebat Apoſt. Lege D. Ambr. de Abel, & Cain. Vñ rectè venerabilis Beda dicebat Sacerdotibus, vt ſemper altari aſiſtant, ſēper caſtitas obſeruanda pręcipit.

d Maguntino. Cōcilio, vt in ca. 1. de cohab. mul. & cle. ſa. d. a. c. interdixit & ca. omnibus, diſtin. 81.

ANT. TIM. Iuxta dictū ſup. Eccl. 7. Inueni amariorē morte mulierē, q̃ laqueus eſt venatorum, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus eius. Qui placet Deo, effugiet eam, qui autem peccator eſt, capietur ab ea. Hoc idem Sincius PP. ca. fœminas, d. 81. Idem monet D. Hier. ad Nepo. to. 1. idem D. Cyp. li. de ſing. cle. vide pulchre apud D. Aug. ſer. 37. ad fratres in eremo.

e Aut ſororē. Intellige, ſi iſtæ perſonæ enumeratę, aut ipſi clerici ſint ſuſpecti, quia forte sūt iuuenes vt hr̄ diffuse inf. c. j de cohab. mul. & cle. Maxime vt vitetur iuriu correctio. c. cum expediat, de ele. in 6. Sed cōtra de auth. Nulla C de epiſ. & cle. Sol. illi legi non eſt hodie ſtandum, cū can. in c. interdixit d. 32 contrarium innuat, & ita Abb. in d. ca. 1.

ANT. TIM. Idque exemplo D. Aug. vt refert D. Greg. in Reg. & habetur in ca. legitur, diſt. 81. Idē Greg. in c. oportet dicta diſt.

f Domeſticarum. Sic d. 34. in prin.

g Intrinſecam. Vnde illud Intima per mores cognoſcimus exteriores, fac. Cle. a de vi. & hon cler.

h Vrgēti. Puta ī peregrinatione, maximè ſi tranſeundū ſit per terras infidelium. vel hæreticorū, quib. ſunt inuiſi clerici catholici, vel ob alium iuſtū metū, cap. 1. de eo, q̄ met. cau. pe. de vi. & hon cler. cle quoniā, eo. tit.

i Decorē. Argu. q̄ monachus creatus ep̄s, vel Cardinalis, poſſit, & dēat mutare habitum monachalem. Sed contrarium ſeruat curia Rom. & contrariū no. in c. monachus, 11. q. 1. & per Ab. in c. clerici eo, niſi ſcandalum gn̄retur, q a dicto caſu deberet ſe cōformare hab. tui eorū īter quos viuit, vt p Ab in c. Deus eo tit. q ita intelligit no. in d. cap de mō. Sed qualis erit hic habitus? Reſpō vt in Cle. quoniā eo. & per Doct. in d. c. clerici.

ANT. TIM. Veſtitū decentrā pręſcribit D. Hier. ad Nepotia. to. 1. & 1 epiſt. Nep. ad Hel. in cōc. Car. 4. can. 45. & hr̄ 41 d. c. clericus, nouiſ. p cōc. Tri. ſeſ. 14. ca. 6. & conc. Colon. c. 16. de vita Cleri. is.

K Modis. Fac. in audientia, de ſenten. exc. & c. ſi iudex, eo. in 6. & q̄ hic dicit, de habitu, intellige etiam de clerica. ſiue corona, quam qui non defert, cum ſit clericus, mortaliter peccat, Abb. in c. ſi quis ex clericis, de vi. & honeſt. cler.

l Recentiorib. Cle. quoniam, de vi. & honeſt. cler.

m Antiquis. Vt 41. d. per tot. & c. pen. eo.

n Prouocatur. Sic d. 49. in prin. & ca. in grauib. 3. q. 7. Et eſt, arg. q̄ malorū ſacerdotū preces noceant, vel ſaltē nō ita facile ea audiant, licet ita cōficiāt mali ſicut boni, 1 q. 1. c. ipſi ſacerdotes, & inf. de ſacra ſ. pe & ex officij ptāte prophetēt, & mali, 1. q. 1. c. dictū, & c. prophetauit. Et not. q̄ hic dicitur pro legatis mittēdis, quia hi diſtinādi aūt, qui sūt ea ac-

ei accepti, ad quem mittuntur, & de his omnibus vide Abb. in sub. eo.

ANT. TIM. Vide ad hoc propoſitum D. Proſperi luctuoſam deſcriptionem ſacerdotis carnaliter viuentis. lib. 1. de vit. contempl. c. 22.

Ea propter. CASVS Quidã archidiaconi in differentes uolebant omnes iuriſdictionis cauſas cognoſcere, ac iure medio finire & terminare, ad id que faciendum mouebãtur per c. 3 eo. in illis verbis, in omnibus & omnem curam. Vnde fuit propterea quæſitum ꝗd iuris. Sol. fuit data prout hic legim⁹, quia cũ epũs ſit ſuperior, cõuenit vt quædã ſint ſibi reſeruata, arg. c. ꝙ ſedẽ de offic. leg. nõ obſtat obiectio q̃a illa verba, in oĩb & c. intelliguntur in oĩb. præter grauiora. Not. cũ grauiora ſint ſuperiori reſeruata, ut dixi ſupra iõ in dubio nõ intelliguntur ẽt a iure demãdata, arg. c. 5 de offi. vica. in 6. No. a viſitare eſſe actũ iuriſdictionis exterioris, & ideo ẽt non ſacerdoti cõpetit.

DE OFFICIO Archidiaconi.

Q̃m Epĩ exercent aliq̃n officiũ ſuũ, p alios, ideo poſt declarationẽ vitæ & muneris ipſorũ, Icipit modo autor demonſtrare qualiter q̃dã cũ Epõ gerãt curã paſtoralẽ, & cum Archidia. in iuriſd. proprio iure primũ teneat locũ, ut dicit hic tex. in prin. & Abbas in c. 1 eo. propterea ꝓponitur nũc tĩ. iſte qui diuiditur medio iudicio in 2. par. in prima habetur cã huius tractat⁹, in 2. explicatur. Officium iſtius archidiaco. 2. ibi, ea ꝓpter.

QVoniam CASVS hic nõ occurrit, ad not. eſt tamen inde animaduertendũ, quod Epiſcopo de iure eod. dantur quidã adiutores, qui propterea uicarij iuris dicuntur, iuxta no. in cap. 1. eod. No. 2. argum. officiales non eſſe multiplicãdos niſi cum cauſa.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

TIT. XIII.

Archidiaconi. { Dignitas. / Officium.

Archidiaconus eſt a iure conſtitutus uicarius, & quaſi oculus epiſcopi.

QVoniam vero grauis & lata eſt paſtoralis officij cura, recte conſtitutũ eſt, ut aliqui in eccleſia ſint qui vna cum Epiſcopo onus ferant, & ſui prælati valeant ſubleuare ſolicitudinem. Talis eſt Archidiaconus, qui maior poſt Epiſcopũ, & eius Vicarius [a] reperitur, cuius vigilantia & ſolertia vſque adeo in domo Dei excubare debet, vt oculus [b] Epiſcopi non immerito meruerit appellari.

Archidiaconus cognoſcit inter clericos. h. d.

Ea propter debet is audire iurgia ſingulorum, & quæ corrigenda [c] & emendanda viderit, corrigere, & emendare.

Archidiaconus ardua ad Epiſcopum deferre debet. h. d.

Quod ſi qua fuerint ita ardua, [d] quæ per eum commode non poſſunt terminari, ad Epiſcopum ſuum deferet. Deſpiciet quoq; vt Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos iniuncti

c Corrigẽda Sed an poſſit corrigere excõicando? Reſp. ut ꝑ Doct. in ca. Archidiaconus, extra eod. & ſm aliquos corrĩget uerbis monitorijs, vel ẽt præceptorijs, ſed pœnã non imponet, per ea quæ no. Ab. in ca. ad hæc, in 4. p. eo Inn. tñ & Hoſtienſ. admittunt quod poſſit modicã pœnam imponere, & ad modicum tẽpus ſuſpẽdere: quod ſi verũ eſt, nota vnam differentiam inter vicarium iuris & uicarium hominis, qui non uendicat ſibi talem correctionem, cap. licet, & cap. fin. de off. vica. in 6. & per Abb. in cap. 1. ext eod.

a Vicarius. fac. c. 1. e. ad hæc. & e. vt noſtrum, c. licet tamen Archidiaconi epiſcopi ſint vicarij, ponuntur nihilominus in certa dignitate, & ideo non poſſunt ad nutum remoueri, nec ipſorum officium poteſt epiſcopus exercere, ſecundum Abb. in cap. 1 eod. Ideo autem dicuntur vicarij epiſcopi, quia omnia, quæ exercent, ad epiſcopos pertinent. Sed quæritur, quæ ſit iſta, Reſp ut per Abb. in c. officium, in 2. q. & in c. fi. in 1. oppo. eod. tit.

ANTO. TIMO. Dicitur Archidiaconus quaſi princeps miniſterij, omnia enim quæ ad miniſterium pertinent ipſe debet; ſicut cereum, & vrceũ acolythus S. Thom. in 4. ſenten. diſtinctio. 25. capit. 1. ad 4.

b Oculus, c. diaconi, 1. & 2. d. 93. c. ad hæc, ext. eo.

d Ardua. Sed quæ dicuntur ardua Reſpond. depoſitio clericorum, ut not. in capitu. ſuffraganeis, de elect. etiam ſi ſint in minoribus, vt 5. quæſtio. 7. capitu. epiſcopus. Item ſuſpenſio perpetua, vel diuturna, vt in capitu. 1. de exceſſ. prælat. Eccleſiarum vitio. capitu. ſicut unire, de exceſſ. prælato. Alienatio rei Eccleſiaſticæ. & generaliter omnia, quæ non poſſunt expediri per epiſcopum ſine capitulo, vt in capitu. nouit. & cap. quanto, de his, quæ fi. a prælat. & per Abb. in capitu. ad hæc, eod.

Exe-

ſolicitudinem diligenter exequantur.[a]

Archidiaconus de licentia Epiſcopi uiſitare & excommunicare poteſt. h. d.

Sed & tertio quoque anno,[b] ſi Epiſcopus non poterit, vniuerſam parochiam [c] circumire debet, & cuncta, quæ ordinatione, vel emendatione indigere viderit, ſecundũ Canonicas ſanctiones corriget, & ſi Epiſcopi auctoritas acceſſerit, excommunicationis etiam ſententiam feret.

DE OFFICIO ARCHIPRESbyteri.[d]

TIT. XIII.

Archipresbyteri. { Officium. / Species. { Vrbanus. / Ruralis. / Depoſitio. }

Archipresbyter eſt Vicarius Epiſcopi circa diuina & Archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies. hoc dicit.

NOn abſimiles [e] Archidiaconis, Archipreſbyteri habentur: nam, & ij Prælati ſui, circa ſpiritualia curam ſubleuant. Horum autem duplex eſt ſpecies, [f] alij enim vrbani ſunt, alij autem exteri.

Archipresbyteri vrbani quod ſit officium. h. d.

Vrbani, ſunt qui præſulis ſui abſẽtis circa

a Exequantur, in c. perlectis, diſt. 25.

ANTO. TIMO. Habet etiam interdum, & alia officia, vt Archid Bononienſis priuilegium conferendi gradum doctoratus, ex priuilegio Honorij III gloſſ. in cle. 2. in ver. ſuſpenſum, de magi à quo legitur fuiſſe Doctoratũ Bartolum in eius priuilegio in vita Bar.

b Anno: Si nulla neceſſitas ſubſit, ſed ſi res exigat, viſitabit etiam frequentius, vt hr̃ in c. mãdamus, & in ca. 1. per Abb. eod.

c Parochiam. Id eſt dioeceſim; ſic ca. 1. eo. Nec enim dignitas Archidiaconalis ſui natura habet diſtinctam parochiam, vel curam animarũ, ſed hanc curam habet vice Ep̃i, licet in quibuſdã locis habeat etiam diſtinctam parochiam, ſed id eſt, ex accidenti & loci conſuetudine, in qua plurimi fundatur iuriſdictio Archidiaconi, vt p Abb. in c. 1 de exceſſ. p̃lat. & in c. licet, de pœn. & in ca. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.

ANT TIM. Licet, vt dictum eſt. Archidiaconus de iure multa poſſit: Offm̃ tamen eius eccleſiæ ſuę cõſuetudo præſcribit, ſecundum Inn. in c. 1. de offi. Archi & c. cũ olim. de conſuetu. Vnde in aliquibus eccl. videtur eſſe maior dignitas Archipresbyteri, vt in noſtra Peruſina.

& per hoc et p̃cedere debeat, vt in c. ſtatuimus, ext. de maio. & obed. & c. 1. d. ti. cur prius dixit de Archidiacono, poſtea de Archipresbytero. Reſp. Archidiaconus licet inferior ſit in ordine, in dignitate tñ & adminiſtratione eſt maior, p p curam fori contentioſi, quam exercet, cum Archipresbyter ſolũ exerceat curã fori pęnitẽtialis, vt i̅ ſ. eo. in prin & not. in c. officium. ext. eo. ita no. Card. in Clem 1. de præb. in 1. q 7. & Archi. & Gem. in ca. perlectis, 25. diſt glo. & Abb. in ca. 1. eo. in his tamen potiſſimum ſunt cõſuetudines eccleſiarum obſeruandæ, ut per Hoſtiẽ. quem & Abbas refert.

Non abſimiles. CASVS. qdã Ep̃s volebat cõſtituere archipresbyter. s. tam in Vrbe, quã extra, vt curam haberent, eiuſq; vicẽ gererẽt in ſpiritualib vnde dubitatũ fuit an poſſet, cũ enim dioeceſis ſit diſtincta in parochias, ca. 1. 13 q. 1. per tot. ti. de paro. nõ videbatur hoc neceſſarium, cæterum. Sol. vt hic legimus, quia ep̃s, & vbiq; non eſt præſens, & aliquando eſt impeditus, parochi quoq; ex tali p̃motione euadunt diligẽtiores, & ideo is obſeruatis, ceſſat vt puto etiam obiectio. Not. primo, ad Archipresbyterum pertinere curam animarum, c. 2. & ibi glo. eo. No. 2. ipſum eſſe executorem eorum, quæ ordinata ſunt ab Epiſcopo, quibus contrauenire minimè debet, c. ſi eo. & propterea conuenienter in vrbe, & extra de iure fuit inſtitutus.

DE OFFICIO ARCHIpresbyteri.

Ioã. Bapt. Quoniam Archipresbyter eſt ſimilis archidiacono, vt dicit hic tex. in prin. & declarat glo. ibi in ver. non abſimiles, propterea poſt titu. præcedentem proponitur iſte, qui diuiditur in 2. partes: in prima enim habetur quot, & qui ſint archipresb. in 2 adnot qualiter dignitat. Eccle. habent certum ordinem annexum, ſecunda ibi, admonendi.

Archidiaconꝰ, cur Archipresbyte ũ p̃cedat.

d DE officio Archipresbyteri. Sed cum Archipresbyter ſit ordine maior Archidiacono,

e Non abſimiles. Similitudo aũt eſt in hoc, quod vterque eſt Ep̃i iuris Vicarius, ille in his, quæ concernunt iuriſdictionem, & forum contentioſum, eſt ſup ti prox. & c. ad hæc, de off. Arch. in his, quæ concernunt ordinem & forum pęnitentiarium, vt infra per tot. & c. officium, ext eo.

ANT. TIM. Vnde ſi quis ex eius negligentia ſine confeſſione moriatur, reus erit animæ illius, c. ſi presbyter. 26 q 6.

f Species. Iſta diuiſio aſſumitur ex c. officiũ, ext. eod.

co, vbi agitur de Archipresbyteris Vrbanis, & ex c. ſi vbi tractatur de foraneis.

a Officium. Scilicet ſolemne.

b Celebrando. Scilicet miſſam ſolemnem, quæ dr in feſtiuitatibus ſolemnibus, quib. debet Eps, niſi ex cā impendiri interesse in cathedrali eccleſia de conſe. di 2. c. Epiſcopus, & c. teporis qualitas, 12 q 1. not. Abb. poſt Hoſt. in c. 1. in fin. extr. eo.

c Benedicendo. Scilicet in matutinis, quando legi debēt lectiones, vt not. in c. offi. ciū, ext eod.

d Titulos. Titulus appellatur eccleſia, ut ca. 2 diſ. 70. & c. Eps, diſt. 80. Sumitur titulus, & aliis uariis modis, ut no in c. ſi. ext. eo. vnde ſumit hęc littera.

e Ve epiſcopus, dictio, uti, n denotat hic omnimodā ſimilitudinē, qa aliter præeſt Eps, aliter Archipresbyteri.

f Matrici. Id eſt cathedrali & baptiſmali, licet interdū baptiſmalis eccleſia ſumat pro ea, quę habet ſub ſe capellā, ut de eccle ę ſi fica. ca. & a vide quę no in Clem. a de ſent. excomm. in verſ. matricē. Et dr matrix, quia ſicut mater carnalis generat per cōceptionē, ſic iſta regenerat p baptiſmū, uel forte, quia aliæ eccleſiæ ita ſe habent ad hanc, ut filię ad matrem, & de hoc uide not in Clem. 3. de baptiſ.

g Audere. Sed quæ corrigenda uiderit Epo renūciate, ca. ſi. eo. niſi ſint minora, quæ & ipſi Archipresbyteri determinare poſſunt, cum habeant ordinariam iuriſdictionem, ut cum ab eccleſia, de offi. ordi. & c. ex literis, de conſan. & affini.

ciat, quæ ſunt iuriſdictionis, argumento, c. quamuis, de verb. ſig. Sol. ut hic dr, quia poteſtas Ordinis eſt unita cū poteſtate iuriſdictionis, iuxta no. per Caie. in ſuis opuſcu. tom. 2. trac. 7 q. 2. & ideo obiectio nō tenet, quia nō de qualibet iuriſdict. hæc ſol. intelligitur, ſed de illa, quę reſpicit exercitiū curæ animarum, vnde not. arg. ad cognoſcēdā unionē inter poteſtatē Ordinis, & prælationis, & poſſet cōfirmari, argu. c. ſtatutū, de reſcr. in 6. Not. 2. non dari præpoſituram Eccl. ſine ordine aliquo, c. 1. de ætat. & ibi Docto.

diuina in vrbe vicem ſuſtinent, aut præſentis curam minuunt, officium [a] inchoando, celebrando, [b] & benedicendo, [c] & cunctis prouidendo, quæ ſacerdotum miniſterio perfici debent.

Quæ ſit poteſtas foraneorum Archipresbyterorum, h. d.

Exteri qui ſunt circa ſingulas plebes conſtituti non ſolū vulgi ſolicitudinem gerūt, verum etiam presbyterorum, qui p minores titulos [d] habitant, uitam iugi circūſpectione cuſtodire debent, qui licet ſuis præſint plebib. [e] epiſcopus Matrici [f] præeſt eccleſiæ, nihil tamē contra ſui pręſulis ordinare decretum audere [g] debent.

Obtinentes aliquam præpoſituram, debēt etiā habere eius præpoſitiuæ ordinem. h. d.

Admonendi ſunt autem ii, qui præpoſituræ [h] alicuius adminiſtrationē canonice uolunt obtinere, ut non ſolum nomen, [i] verū etiam ordinem habere ſtudeant. Vnde niſi, q archidiaconatū tenēt, diaconi, aut qui Archipresbyteratū, presbyteri infra annū fiāt [k] amittent honorem, etiā ſi, iuſta cauſa prohibente presbyteri, aut diaconi eſſe non potuerint. [l]

h Præpoſituræ. Præpoſitura eſt nomē generale, cōtinēs quālibet prælaturam, cap. quamuis & verb. ſignif. licet quandoque dignitas ſit de per ſe, ca 1, de ęta. & qua.

Præpoſitura.

i Nomen. Cum nomina debeant rebus eſſe conſequentia, §. ſed & conuiuia, inſ. de immu. eccl.

K Fiant. Capi. 2. de æta. & qual.

l Potuerunt. Sed nō videtur, quod caſu promoueri īpeditus debeat priuari dignitatē vt capitulo 3 de cleri ægrot. Solu. intellige, quando culpa ſua ad talem caſum deuenit, cap. 1. de cleric. ægrotan. contrarium quando, præter culpā. Debuit enim abſtinere ab eo ad quod ſciebat ſe inhabilem.

Matrix Eccleſia.

DE OFFICIO VICARII. [m]

TIT. XV.

Vicarij { Officium. / Perſona, / Ad quem apellandum. }

Ioā. Bapt.

Admonendi. CASVS. Cum in eccleſia Dei neceſſario reperiantur diuerſi prælati, fuit propterea quęſitum an debeat eſſe promoti ad aliquem ordinem, & cum ordines, & præcipue ſacri ſint ordinati ad corpus Chriſti & non uidebatur propterea abſolute neceſſarium, cum prælatura ſcipſa

DE OFFICIO VICARII.

Ioā. Bapt.

Continuatur iſte ti. pro gl rub diuiditur antē in 3. partes, in 1 habetur quale ſit uicarii officiū, in 2 quis poſſit eſſe, in 3. qualiter ab eo appelletur, 2. ubi debet, 3. ubi, inter vicarium.

m DE officio Vicarii. Dixi de uicariis a iure conſtitutum, nunc de conſtitutis ab homine. vel ſupra de his qui deſeruiunt eccleſiæ nomine

Vicariorū plures ſpecies

nomine proprio,nunc de his,qui alieno . Sic not. In rub ext eo.Sunt autem uicariorū duæ ſpecies, perpetui,& temporales,ut In c.extirpandæ,§.qui uero,de presb.ubi Abbas tam in lectura,quam in repetitione,ubi addit & tertiam ſpeciem uicariorum: eorum ſcilicet,qui per ſedem Apoſtolicam ad certam prouinciā regendam deputantur,vec. penult.eod & 16 queſtio. 1. adiicimus,propter tamē hęc uox pręđicatur de vicario perpetuo,ut per Abb.in c. Gregor.perpetuus, de aunſtr.

ANTO TIMO. Vicarius eſt qui alterius uices gerit, ſiue in officio contentioſo,ſiue non extra eod.per tot. Species autem uicariorū aliqui ponūt quatuor. Quidam perpetui ad parochiales eccleſias conſtituti ,in c.perpetuus,de ſi. inſtitum.Quidam temporales ad aliquoa actua conſtituti, ca. peruenit, de appellat.Quidā ſpeciales non ad curam,ſed ad certum articulum locum , vel actum conſtituti,ca. ſua, de offic.uica.Quidam generales , q nec perpetuo, nec ad curam, nec ad certum actum, vt uicarii in curiis Epiſcoporum , glo. in Clemen.. quæ in eccle. de offi.uic.

Epiſcopꝰ an teneat cōſtituere uicarium.

b Non poteſt. Videtur igitur,quod ſi dum eſt præſens,poteſt omnia epiſcopalia munera obire,qđ non teneatur conſtituere uicarium. Cuius tamen contrarium uidetur ſentire Abbas, in capitu.quoniam , de offi. ordin. iuribus & rationib. per eum allegatis,cuius opinio huic litteræ non eſt contraria, cum ipſe præſupponat Epiſcopum nunquam omnibus eccleſiæ negotus eſſe parem. De quo tamen dubitari poteſt,maxime ſi diæceſis ſit modica, & Epiſcopus uir expertus , & habeat Archidiaconum , & Archipresbyterum.

c Generalem. Ergo quo ad ſingula non tantum ualet genus,quātūm ſpecies, de hoc diſtin a 3.cap. quamquam, & de offic. ordin.capitu. ſi ſacerdos, & fac. capitul.licet eodem lib.6.

d Spicialiter. ſufficit autem ſecundum Hoſti. quod unu iſtorum ſpecialiter exprimatur,ſecuta clauſula generali, uidelicet. Et omnia alia, quæ nos poſſumus , etiam ſi mandatum exigerent ſpeciale , ut not.in c.licet eo in 6.

Vicarius Epiſcopi non poteſt inquirere , punire,priuare beneficÿs,vel eadē conferre, niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur.h.d.

PEr uicarium quoque, cum Epiſcopus p ſe ipsū deſeruire, & reſidere,rationabili[a] cauſa ꝓhibetur, aut præſens, omnib. cōmode par eſſe non poteſt.[b] Epiſcopalis repræſētat auctoritas.In quo tamen illud aduertendum eſt,quod licet per generalem[c] officii commiſſionem Vicario factā,cauſarum cognitio transferatur,poteſtas tamen inquirendi , corrigendi aut puniēdi aliquorū exceſſus , ſeu aliquos a ſuis beneficiis,uel adminiſtrationibus amouēdi, uel beneficia cōferēdi, niſi ſpecialiter[d] conceſſa ſit,non transfertur .

Habens curam animarum in diuerſis eccleſiis uel laicus non poteſt conſtitui uicarius.

Debet autē epiſcopus circūſpectus eſſe , ne laicū[e] vicariū ſibi conſtituat. Indecorū[f] eſt

Per uicariū.CASVS. Quidā Mutinenſ.cū eſſet ſimpliciter factus Vicarius Epi. uolebat ꝓpterea in omnibus poteſtatem ſibi datam exercere,ut Epi.ad idque peragendum illa mouebatur ratione , quia utriuſque idem Tribunal cenſetur, ca. a. de conſuetud.in 6.Sol.tamen ut hic dicitur , ſiquidem quædam negotia requirunt ſpecialē mandatum, c qui ad agendum , de procura. in 6. text. autē in contrariū adductus,intelligitur quoad ius reddendum,ſecus aliter. Not.generalem commiſſionem comprehendere tantum leuiora , & non grauiora,c.2 eod. in 6. Not.a.argumentum quod prohibita nunquam præſumuntur permiſſa niſi expreſſe probentur.

a Rationabili. Sed quæ ſunt cauſa rationabiles per uicarium deſeruiendi. Reſpond ut per Hoſt. in ſumma huius tit. §.& in quibus caſibus. & ordinarie per Doct.in cap.extirpandæ , §. quia uero. de præb.

Ioā.Bap.

Debet autem . CASVS . Quidam laici petebant a ſuo Epo ſe cōſtitui in Epatū uicarios eius,atq. putabant eorum petitionem eſſe iuſtam,illa ratione , quia laicus in iure canonico. doctoratur ut conſuetudo paſſim docet , unde idem uidebatur dicendum de uicariatu iſto Solut. tamen ut hic habetur,per rationem in tex. aſſigna tam,conſuetudo uero in contrarium adducta meo iudicio inducit priuilegium,& ideo non obſtat. Not. in officijs exercendis eſſe ſumme ... congruentiam perſonarum obſeruanda, iuxta no in ca.a. de e.eſt. & ſupra in §. final de offic ar.hipresbyteri.

e Laicum.16.p.7.c.in noua.

ANTON.TIMOT. Me us enim ſecularis, uel clericus vxoratus non poteſt eſſe uicarius, ſecundum Panormitan.in capitulo.a. de lerico coniugato.

f Indecorum,Sic c.in noua,16.q 7 & cap.decenter,diſt 89.

a Prę eſ-

enim, laicum hom nem viros Eccleſiaſticos iudicare, nec in vno eodẽque officio debet d ſpar eſſe profeſſio.[a] Quod etiam lege diuina prohibetur, dicente Moyſe: Non arabis in boue, & aſino.

Perpetuam habens vicariam, tenetur accipere ordinem presbyteratus. h.d.

Inde & Gonoriana conſtitutione[b] cautetur, vt epiſcopus eum qui perpetuam uicariã [c]obtinet per ſubtractationem[d] ꝓuẽtuũ, vel ipſius vicariæ ablationem compellat, v[t] ſe in presbyterum promoueri faciat.

A vicario appellatur ad archiepiſcopum, ab archidiacono ad Epiſcopum, h.d.

Inter vicarium[e] autem, & Archidiaconũ illud intereſt, quod a vicario, non ad Epiſcopũ, [f]ſed ad Archiepiſcopũ, ab Archidiacono, vero niſi aliud Eccleſiarũ inducat conſuetudo[g] ad ipſum, cui immediate ſubiacet Epiſcopum, erit appellandum.[h]

a Profeſſio, 12. q. 2. cognonimus. Sed contra capit. Deus qui, ext. de vit. & hon cier. & de eo quod no. Io. And. in Clem. & ſi principalis, de reſcr. & pẽt Atch. in c. in noua, 16 q 7. & de hoc per Doct in c. Ioannes, de ſtatu monach. Sol. vt per Abb. in cap. cum cauſam. in fi. de elect

b Conſuetudine. Trãſitum facit ad vicariũ indiuinis, ſed bona occaſione, maxime cũ de ambabus ſpecieb. tractetur ext eod. ti. ſ. tam de vicario iuriſdictionis, quam de vicario in diuinis.

c Vicariã. Sed quis eſt perpetuus vicarius? Reſp q canonice a perſona eccleſiæ, & auctoritate epi eſt inſtitutus, & certã debet percipere portionem, c ad hęc, ext. eo. de præb. c. extirpandæ, § quia uero. Et not qui hẽt aliud beneficium curatum non põt adſpirare ad vicariam, c. 1. ext. eod. ſed nec ad duas vicarias, vt c. fi. exter. eo. vbi. not.

ANT TIM. Qñ autẽ & quoties ſit appellãdum, vide C. de appel auth. hodie autẽ & l. vlt. C. qño & qñ iud. l. ab eo, ff. de app. rec. l 1. §. fi. ext. de appel.

d Subtractionem. Sic etiam compelluntur alij clerici, quando neceſſitas, vel vtilitas exigit, vt ordinentur, facit c quæris, de ætat & quali.

Inter vicarium. CASVS. Cum lata eſſet ſnĩa a quodam Epiſcopi vicario contra Monaſterium S. Petri, volebat Sindicus, appellare ad Epiſcopum cum ad proximũ ſuperiorem eſſet appellatio facienda, l Imperatores, ff. de appellatio. Sol. tamẽ vt hic dr, quia eſt idem tribunal, c. 2. de conſuet. in 6. & ſic ceſſat obiectio quæ adhuc nõ obſtat, quia illa lex nõ habet locũ de iure can. iuxta no in c. antiqua de priui. No. in materia appellationis iudicẽ a quo, & ad quẽ debere eſſe realiter diſtinctos. iuxta d. c. 2 ita quod vnus ſit ſuperior, alter vero inferior in eodem ordine: Not. 2. hunc vicarium eſſe alterius naturæ a iudice delegato, q a appell. non eo. modo ab vtraq; eſt faciẽda vt doct. animaduertunt, in d c. 2. vbi eſt glo. not.

e Vicarium, ſcilicet generalem, vt c Romana, in prin. de appel. in 6. qui eſt ordinarius, vt ibi nota. Secus ſi quis delegatus eſſet ab epiſcopo ad cauſam ſpecialem, quia tunc ad ipſum epiſcopum appellari deberet, cap. ſuper quæſtionum, de off. del. & c. dilecti, de appel. vbi nota. & poteſt eſſe ratio, quod a vicario generali non appellatur ad epiſcopum, quia appellatio eſt de minori iudice ad maiorem prouocatio, vt no. in c. 2. de conſt in ſexto & hẽtur inf de app poſt princ. Sed cum epiſcopi, & ſui officialis idem ſit auditorium, ſequeretur, ꝙ ſi a vicario ad epiſcopum appellaretur idem eſſet iudex a quo cũ iudice ad quem, q eſſe non det, d. c. 2 & c. Rom. Sed vr contra, c. a collatione, de app. in 6 vbi ab epiſcopo ad eũdẽ epiſcopum appellatur. Solu. vt no. in d. c. 2.

f Ad epiſcopum. Sed licet ad epiſcopum non poſſit appellari, tamẽ ſi vicarius recuſetur tã quam ſuſpectus ſuſpicionis cauſa coram epiſcopo eſt probanda, c. ſi contra vnum. in fi de offi. del. Nec n. verum eſt per omnia ꝙ appellatio & recuſatio paria ſint per omnia, vt dicitur in c. ſuper eo. 2 de appel. & in c. 2. de conſu. in 6.

g Cõſuetudo. Quę dat iuriſdictionẽ, c. cum contingat, de for. compe. & c. Rom eo. ti. in 6. & c. Rom. de off. ord. Idem dicemus, de priuilegio, cum iſta ſint paria. 9 q. 3. c. conqueſtus & c. duo. §. debet, de offi. ord. & cap. nouit, verſ. non enim, de iud. vbi de hoc dicitur. Et quod hic dicitur de conſuetudine, refert ſolum ad appellationẽ interponendam a ſententia Archidiaconi, ſcilicet qđ de conſuetudine poſſit induci, quod appelletur ad archiepiſcopum, non aũt quod conſuetudo poſſit inducere, quod appellatur a Vicario ad Epiſcopum, ꝙ licet quidam antiqui tenuerint, tñ eſt falſum, vt no. in c. 2. de conſuet. in 6. & in cap. Romana, de appe. in 6.

h Appellandum. Niſi quis appellare velit ad Papã, ad quẽ omiſſo etiam medio appellatur. 2. q 6 c. ad Romanam. & c. quiſquis. & idem in legato. vt in c. 1. de offic leg. vbi hoc. & 2. q 6. c. 3. licet ſecus ſit in Imperatore de iure ciuili, l. Imperatorum, ff. de app.

DE COADIVTORE.

INter alios qui adiuuant Epiſcopum in ſua cura paſtorali connumeratur etiã iſte coadiutor, ideo poſt declarationem vicariorum ſupradicta conſequenter ponitur, tit. iſte, qui diuiditur, in 2. partes, in primo habetur qualiter Coadiutor ſit dãdus Epiſcopis, in ſecunda qualiter ſit dandus Epiſcop. inferioribus, ſecunda, nec ſolum.

DE

DE COADIVTORE.

ACcidit etiam CASVS in vtraque par.eo. modo figuratur. Quidam beneficiatus ſiue ſit prælatus, ſiue ſit eo inferior, cum eſſet ſenio vel alia corporis valetudine impeditus, ita vt nō poſſet ſuæ eccleſiæ ſeruire, petebat propterea ſibi dari coadiutorem quamuis autem id potuiſſet ei denegari, tum ob copiam tot official. vt conſtat in ſuperiorib. titul ſi ille fuiſſet Ep̄s, tum etiam per cap tua nos, de cler. ægrotans Sol. tamen vt hic legimus quia ſi ſecus eſſet poſſet contingere qđ non inueniatur q ſeruiat eccl cap. 1. eo. copia autē off. vbi oportet non eſt deneganda, & ideo primo obiectio non tenet, ca. vero tua nos intelligitur in caſu ſpirituali, & non regulari, & ſic non ob Not. 1. afflictū eſſe aliquando ſubleuandum, dum modo tamen canonice ſubleuef, aliter enim eſſet retardare homines ab officio adiuuandi alios, vt dicit tex. in d. capitu 1. Not. 2. hanc diuiſionem ob eius rationem eſſe ampliandam in quolibet bene merito officiali, quod faciat ad quæſt. de doctore volente legere per ſubſtitutum, de qua Abb. in ca. 1. de Sum. Trin. num. 2.

DE COADIVTORE.
TIT. XVI.

Coadiutor. { Quare detur. / Qualis. / Quibus.

Ex cauſa datur Epiſcopo coadiutor, cuius datio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat. h.d.

ACcidit etiam interdū, vt Paſtor ſenio[a] aut corporis valetudine[b] īpeditus, aut ſanæ mētis cōſilio [c]dſtitutus, ſup ſuū gregē excubias ducere non poſſit, eo ꝓpter vir ꝓuidus,[d] & honeſtus illi in coadiutorē[e] adiūgēdus eſt, per quē tā Epiſcopo,[f] quā populo viriliter cōſulat. Cuius datio, cū de cauſis maioribus[g] eſſe cōſtet, ad Sedē Apoſtolicā[h] nulla obſtāte cōſuetudine[i] referēda eſt.

Coadiutor qualiter dādus remotis partibus. h.d.

Quod tamen ſic intelligi oportet, ſi nō ī remotis partibus explicāda ſit. Cæterum ſi procul ab Apoſtolica Sede Ep̄s impeditus deget, tunc ſecūdū Bonifacianæ cōſtitutio

a Senio. No quod ſenectus æquiparatur infirmitati, imo, vt inquit Teren Senectus ipſa morbus eſt, & fa hoc ad ſtatutum loquens de infirmis, & de infirmitate, de quo per Abb in cap. magnæ, de vo. & vot. redemp. & in c. quamuis, de ſent. excō.

b Valetitudine. Scilicet incurabili, ſm̄ pleroſq; vt per Ab. in c ex parte, de cler. ægrot. & no in c. vnic. eo. titu. in verbo. perpetuo Sed idem forte ſi morbus curari non poſſet, niſi per longa tempora, per rationem d. c. vnic. Et adde, quod morbis adminiſtrare impediens reddit quenſ ineligibilem, vt per Ab. in c. cum inter canonicos, de elect.

ANT. TIMO. Vt de leproſis conſtituit Lucius III ca. de rectoribus. & Clemens III. cap. tua nos, de cler. ægrot. & de deformato, & mutilato, in cap. præsbyterorum, eo.

c Conſilio Idem ſi ſit prodigus, & de dilapidatione ſuſpectus, vt per Ab in cap. venerabilis, de off. delega.

d Prouidus. Et qui ad gerendum officium, in quo datur coadiutor non ſit inhabilis, vt per Doct. in c. ſi de cler. ægrot vel debilit.

e Coadiutorem. Adde, quod ſi res exigat non ſolū vnus in coadiutorem, ſed etiā duo dari poſſunt. in capitu. vnic de cle ægro in 6 Plures autem duobus non poſſent dari, cum n debeant ꝓcurari, de ſumptibus Eccleſiæ, in qua ſunt coadiutores, Eccleſia nimis oneraretur, vt no. in d. c. vnic.

ANT. TIM. No. quod propter infirmitatem ſuperuenientem nō priuatur Prælatus, quia Eccleſiaſtica beneficia nō ſunt temporalia, c. præcepta, diſt 56. vide gl. in ver. coadiutorem, ca. ex parte de cler.

f Ep̄o. Sed quid ſi ſolum ſit electus & cōfirmatus, nō autē conſecratus: an dēat ex toto remoueri, vel potius coadiutor dari? Reſp. vt p Abb in ca. ex parte, de cle. ægro. vel debil.

g Maioribus nota dationem coadiutorū dici de cauſis maioribus quæ ſunt reſeruatæ Sedi Apoſtolicæ, vt & ſediū mutationes & Ep̄orū translationes, c. 1. vbi Abb. de transla & in capi. quod translationem, de offi. l. c. quamuis, de elec. in 6. c. vt debitat, in ſi de app & per Io. An. in ca. querelam, de elec. & per Doc. & in c quod ſedē, de off. ord & hoc ītellige ſi dādus ſit coadiutor Ep̄o, ſecus ſi inferioribus, vt in c. de rectoribus, ibi Ab de cle. ægro. & c. ſi. eo. tit.

h Apoſtolicam. Ergo nec ad Archiepiſcopū, q a in ſua prouincia id tantum poteſt, quod ſibi iure repentur conceſſum, c. conqueſtus, 9. quæſt. 3. c Romana, de ſup negl. præl. in 6 nec ad Patriarcam, nec ad Legatum, quia in generali legatione talia non tranſeunt, c. quod translationem de off. leg. Sed contra videtur in c ex parte, in ſi de cle. ægro. Sol. illud fuit de ſpeciali auctoritate & mādato domini Papæ, vt plenius no. in c. vn. de cl. ægr in 6 Itē arg contra, ca hi qui, de præb in 6. & in f. de col. §. autoritatem. Et fac. ad hoc c. eccleſiæ, de ſup neg. in 6.

i Conſuetudine, Not ꝙ contra Rom. Eccleſiam non currit præſcriptio in his, quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit, ſicut nec cōtra priuilegium prælationis, c. cum nobis, de præſcr.

a Te-

nis tenorem [a] prouidendum erit.

Etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt coadiutor, & vtriſque de facultatibus Eccleſiæ erit ſubueniendum, h.d.

Nec ſolum Epiſcopis dandus erit coadiutor; ſed etiam, ſi res exigat, inferioribus. Vnde ſi uel eccleſiæ Rectorem [b] vel Archidiaconum [c] ita morbo aliquo contigerit impediri, vt eccleſiaſticis miniſtris vel nullo pacto, [d] vel non niſi cum ſcandalo [e] intereſſe poſſint, eis quoq. coadiutor adhibēdus erit, & ita res temperanda, vt vtriq; iuxta facultates eccleſiæ vitæ neceſſaria [f] miniſtrentur.

DE COREPISCOPORVM VSV ſublato.

TIT. XVII.

Corepiſcoporum vſus ſublatus eſt, h.d.

ERant olim & corepiſcopi, quibus circa plurima cum Epiſcopis miniſteriorum communis erat diſpenſatio, [g] quorum tamen inſtitutio tam in Romana Sede, quam in aliis totius orbis, eccleſijs, tanquam improba, & ſuper uacanea eſt penitus interdicta. [h]

a Tenorem. Vt in c. vnic. de cler. de ægrot. in 6. ob difficultatem enim admittitur quod alias nō admitteretur, ut per abb. in capit. ſignificaſti, de foro compet.

b Rectorem. Vt c.a. 3. & 4. de cler. ægr. vel debi.

c Archidiaconū, Vt c. ſi de cle. ægr. vel debil.

d Nullo pacto. Quo caſu quidam tenebant hunc penitus remouēdū, ſed cōiter tenetur, quod licet remoueatur ab adminiſtratione: non tamen a iure prælatutæ, ut late traditur in c. tua, de cl. ægr. vel deb.

e Scandalo. Puta quod ſit leproſus, c. de rectoribus. de cler. ægr. uel debili. Nec. n. aliquid eſt faciendum cū ſcandalo, c. presbyterum, & c. tua, de cler. ægr. uel debil. c. nihil ubi latetra ditur, de præſ r. q procedit ſi ſine peccato mortali id poteſt omitti, c. cum ex iniūcto, d nou. ope nunc. Pōt aūt ſcandalum hoc naſci, quia ſit exoſus populo, forte ob delictū ſibi imputatū, quo caſu poterit, ex toto remoueri, c. niſi, de renun. & §. p p, inf. eo. ti. ſed hoc caſu remouendo prouidendū eſt de cābio, ſecundum Inn. in d. c. niſi. & Ab. in d. c. va.

Nil agendum cum ſcandalo.

f Neceſſaria. Ita ut poſſit ſine penuria viuere, licet forte non commode. Differunt enim hæc inter ſe, ut not. per abb. in c. t. de inſt. Sed quid ſi reditus eccleſiæ ſunt adeo tenues, ut non poſſint ſufficere Prælato & Coadiutori io dato? Reſpō. ut late traditur in c. de rectoribus, de cler. ægrot. vel debilit. Item dato, quod iſti reditus ſufficiant, & ſuperſint ēt quis habere debet diſpoſitionē redit. nunc. Prælatus nè an Coadiutor. Reſp. ſecundum abba. in d. c. de rectoribus. Aut infirmitas impedit admiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus & tunc coadiutor habebit adminiſtrationem in vtriſque fac. ca. tua de cler. ægrot. vel debilit & c. r. de cler. non reſid. & c. præuenit, de appel. Aut infirmitas reddit ſolum impotentem in ſpiritualibus, & tunc d. c. contra, d. c. de rectoribus.

DE COREPISCOPORVM vſu ſublato.

Ioa. Bapt.

Inter multos officiales Epī vnus antiquitus reperiebatur, qui cum fuiſſet contra ratione inſtitutus, fuit propterea poſtea ſublatus, vnde poſt tit. præcedentem proponitur iſte qui diuiditur in 2. p. in prima habetur quid iuris de iſto corepiſcopo; in ſecunda facit Epilogum omnium ſupradictorum: ſecunda ibi, uidimus.

ERāt olim. CASVS. Quidā petebāt aū. Pontif. ſibi concedi hanc corepī poteſtatem, ad hoc aūt petēdum mouebatur illa rōne, quia cū ea ab antiquis patrib. fuiſſet inſtituta, videbatur ēt hodie cōcedenda, iuxta l. ſed & ea. ff. de legib. Sol. tamen ut hic dr, quia diuerſitas temporum diuerſa quoque & admittūt & reijciūt official arg. c. non debet, de conſang. eum ſimil. & ideo nō tenet obiectio. Not. circa Officiales conſiderari nō ſolum neceſſitatē, ſed etiam decentiam & ideo ſæpe variantur.

g Diſpenſatio. Vt quia ipſi & conferebant ordines, licet nō omnes prædicabant, & conficiebāt domini corpus ut c. quamuis vbi no. diſt. 6a & obtinebant quoddam medium inter Epiſcopos & presbyteros, ab vtriuſque tamen differebant. Abba. Epiſcopis, quia corepiſcopia erat interdicta presbyterorum diaconorum, & uirginum, & eccleſiarum con ecratio. Item erectio altarium, & alia, de quibus, d. diſtinct. 68. §. inter epiſcopos, & capitul. quamuis. A presbyteris, quia conferebant minores ordines, & ſecundum Gratianum etiam commendatitias & pacificas litteras dabant, quod non faciunt preſbyteri, dicto §. inter epiſcopos, eod. capitul. quamuis.

ANTO. TIMO. Quæ pertinent ad corepiſcoporum officium & poteſtatem lege in Conc. Ancyrano, can 13. & Conc. Antiocheno, can. 10. qui damnati deinde ſunt a Damaſo, Leone, & Conc Neoceſarienſi, & demum a Ioan.

h Interdicta. Etiam ſi forte ab Apoſtolis vel generalibus Concilits emanaſſet talis inſtitutio, vt no. in c. corepiſcopi, diſt. 68. quod præbet argu. q a quocunque auctore ſit inſtitutum, & quantumcunque diu fuerit obtentum, ſi non ſubeſt cauſa, vel ſi oneroſum eſt, eſt extirpandū, ut oīa diſt. 12. & de conſec. diſt 1. c. placuit, & 10. d. 1. c. hanc & diſt 63.

Non attēditur auctor.

Matrimonium ſpirituale diſſoluitur translatione, renunciatione, depoſitione. h.d.

Vidimus hucuſque de ſpiritualis fædere coniugii, quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam cōtrahitur, quod electione, vel poſtulatione initiari,[a] confirmatione ratificari, conſecratione intelligitur conſūmari,[b] Itē de moribus[c] & vicariis[d] & coauditoribus[e] Epiſcoporum: tractemus nunc, quibus modis Epiſcopus ab Eccleſia remouetur, & ſi quomodo tale coniugium præter mortem[f] diſſoluitur. Contingit autem id tribus modis, Tranſlatione, Renūciatione, & Depoſitione, ſeu Degradatione, & de q̄bus ſingulis videamus, ac primū de Tranſlatione,

diſt. 63. §. verum & c. peruenit de cenſib.

a Initiari. Hoc verbum ſumitur proprie, & improprie eodem tēpore. Nam reſpectu electionis vere & proprie initiatur ſpirituale coniugiū quia per eam acquiritur ius electo, vt no. in ca. quanto, diſt. 64. Nā electores conſentiūt tā quam in ſpōſum Eccleſiæ, fac. c. cū īter canonicos de electio. & ca. ſi de trāſlat prælat. & per Abb. in c. ſcriptum, de elect. & ideo electio dicitur cōfirmari. Quo vero ad poſtulationē ſtatim proprie. q a per eum vere nō initiatur ſpirituale matrimonium qm̄ cū nihil aliud ſit quā quædā precum porrectio ad principē, vt de poſtulato prouideat vt habetur in Rubri. & ca. 1. de poſtulat. prælat, & ſupra de poſtuala in prin & ſi gratiæ innitatur, nullum ius producit oſſibus poſtulari infixū. Vnde non mirum, ſi p̄ eam proprie nō dicitur ſpirituale matrimonium initiari; vt tradit Abb. in d. ca. ſcriptum. Sed cum & per poſtulationem deueniatur ad admſſionē, per quam tale coniugium poſtmodum initiatur & celebratur non mirum, ſi & poſtularione dicitur huiuſmodi coniugium initiari, cum quidquid eſt cauſa cauſæ, ſit etiam cauſa cauſati, l. & ſi amicis ff. de adult.

b Conſummati, Cap. 2. & ca. licet, de tranſl. Epiſcop.

c Moribus vt ſupra, de vi. & honeſt. prælat.

d Vicarijs. Tam iuris quam hominis, vt ſupra de offi. Archi. cum duobus tit. ſeqq.

e Coadiutorib. Vt ſupra de coadiut & dicit in plurali numero: quia etiam Archidiaconus, Archipresbyter & Vicarius ſunt adiutores, vt ſupra de offi. Archid. & de off. Archipresb. & de offi. Vicar. omnibus, in princ. Vel forte ob cor epiſcopos, licet illi ſint ſublati.

f Præter mortem. Intellige incluſiue, ſcilicet q̄d & morte huiuſmodi coniugium diſſoluatur, nedū tranſlatione, & renunciatione. Ea enim ſecundum quoſdam eſt natura huius dictionis, vt ſi ponatur iuxta propoſitionē affirmatiuam, includat vt hic Si iuxta negatiuam, tunc excludit, vel excipit, vt per Dyn. in ca peccatum de re iud. in 6. Sed Dyn. ſequitur, de dictione, niſi, vnde eius doctrina litteræ noſtræ non quadrat, nec eſt etiam in ſe vera; nec Dyn. id explicite dicit, Vnde dic ex mente Abb. in capitu dudum, 2 de elect. quod ſi dictio, præter, cum ſuo adiuncto adhæret orationi quæ comprehendit adiunctum dictioni iſti præter ſtat excluſiue. Exemplum. Lego tibi libros meos præter Decretum, nam ſi decretum nō excluderetur præmiſſa oratione, fruſtra poneret. Cum adiūctū dictioni præter includeretur in oratione p̄miſſæ & verba debent intelligi, vt operētur, l. ſi quando C. de inoff. teſt. ca. ſi Papa, de priuil. in 6. Si autem adiicitur orationi, quæ non comprehendit adiunctum, ſtat incluſiue. Exēplum. Lego tibi animalia mea, preter Decretum, nam ſi hæc dictio tunc non includat, fruſtra fuiſſet appoſita, cum animalium appellatione nō veniat Decretum. Sic in caſu noſtro diſſoluitur tale coniugium ſpirituale p̄ tranſlationem, renunciationem, & depoſitionem præter mortem, id eſt vltra q̄d diſſoluitur per mortem, & ſic includit. Vel dic, quod in hac littera poteſt etiā excludere, ut ſit ſenſus Dicamus quibus modis ſoluat iſtud cōiugiū præter mortē, de quo modo mortis non intendimus dicere tamquam de notorio, & ſic excludit Et de natura huius dictionis, per Abb. non ſolum in dicto capi. dudum ſed etiā in c. litteras, de præſump per Archie. in c. Ebron 13. qu. 2. per Ioann de Ligna. in clem. 2. de pæn. & per Paul. in clem. 1. de Summa Trin. & fide catho. & per Bart. in l. 1. ff de pignor actio & in l. nam quod liquid, §. final. ff de pæn. leg. Nicol. de Neap in l. ſi tutor, §. ſi tutor, ff. de iure & rat diſtrahen. & commun in leg. actione, C de tranſ. & in aliis multis locis, & an in dubio ſtet incluſiue vel excluſiue per Abb in dicto cap. dudum. Adde tamen quod reſpectu characteris impreſſi huiuſmodi matrimonium, nec morte diſſoluitur, cum preduret etiam poſt mortem impreſſum in anima vt dicit Abb. in capi inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi, ſed hic reſpectus in tractatu noſtro non eſt in conſideratione, ſed ſolū habetur reſpectus adminiſtrationis temporalium & ſpiritualium, alioqui nec per tranſlationem, nec renunciationē ſolueretur tale coniugium, cum character remaneat, immo nec per degradationem. Per eam enim character ſemel impreſſus minime aboletur, vt Not in capitulo ſecundo, in fin de pœnis in ſexto cuius tamen contrarium dicitur hic, & in dicto capit. inter corporalia, vnde hæc littera ſumitur.

ANTON. TIMOT. Quod hic dicit gloſſ. de mente Panorm ex matrimonio Epiſcopi cum Eccleſia quod morte non diſſoluatur ob characteris impreſſionem, ſequitur, in hac parte opinionem Canoniſtarum, qui dicunt etiam Epiſcoporum eſſe ordinem, & idcirco inprimere characterem, & de cuius ſubſtantia eſt, quod ſit diſtinctum perpetuum, & indelebile. Verum Theologi tenent contrarium, nimirū quod epiſcopatus vltra ſacerdotiū non addat ordinē & gradū nouū pro-

propter altaris miniſterium, & ſacrificium, quod eſt Euchariſtia, quod eſt Sacramentum Sacramẽtorum, ut inquit D. Diony. de Eccleſiaſtica Hier. c.5. Vide de hac quæſtione. S. Thom. in parte. 3. in addit. qõ. 37. art. 2. & per D. Bonau. in 4. ſent. d. 24. par. 2. ar. 2. qõ 3. Durandũ & alios ibidem

neceſſitas eccleſiæ aliter ſuadeat. No obligationẽ contractã inter Eccl. & beneficiariũ, quæ matrimoniũ ſpirituale dr, nõ poſſe diſſolui niſi cã legitima & cognita ſuadente, c. ſi. de tra. & c. niſi, de renunc.

a Mutationes ut c. mutationes. 6. q. 1.

DE TRANSLATIONE.

TIT. XVIII.

Matrimoniũ inter Epiſcopũ & Eccleſiam.
- Cõtrahitur
  - Initiatur. — Electione. Poſtulatione.
  - Ratificatur. — Cõfirmatione.
  - Cõſummatur. — Cõſecratione.
- Cõſeruatur
  - Epi moribus. — Ab homine.
  - Vicario. — A iure.
  - Coadiutore. — Arch. Archiẽp.
- Diſſoluitur
  - Depoſitione. — A quo fit.
  - Tranſlatione. — Permutatio.
  - Renũciatione. — Inſtituta.
  - Morte.
  - Ob vtilitatem. — Ob neceſſitatem.

Tranſlatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceſſitate. h. d.

TRanſlationes, quæ & mutationes nuncupari poſſunt, inſtitutæ ſunt utilitatis & neceſſitatis gratia: [b] Vtilitatis, cum Epiſcopus ab ea ciuitate, cui præpoſitus eſt, in aliã transfertur, in qua magis proficere poſſe veriſimiliter exiſtimatur. Sic olim Princeps [d] Apoſtolorum de Antiochena ciuitate ſe Romam tranſtulit, ut ſcilicet ibidem copioſius proficere poſſet.

Neceſſitate ceſſante tranſlatio irritatur. h. d.

Neceſſitate vero nonnunquam Epiſcopalium ſedium mutatione fieri ſolent, hoſtiũ vrgente metu. [e] Sed hoc caſu, ſi ciuitatem, de qua effugerit Epiſcopus, ab hoſtibus liberari, & ad priorẽ ſtatum cõtigerit reuocari [f]

DE TRANSLAtione.

Ioã. Bapt. Quãuis hæc materia cõtinuetur, per §. ſi. ſupra tit. proximo aliter: tamen continuãda eſt meo iudicio hoc mõ videlicet vita eccleſ prælatorũ cõſideratur tripliciter, nẽpe rõne ingreſſus, progreſſus, & egreſſus. & cũ hacten⁹ dictũ ſit de ingreſſu & progreſſu, ſequit nunc uidere de egreſſu. qui cũ de iure primo cõtingat per tranſlationem, preter cõ mortem ob poteſtatem ſuperioris p pea proponitur nũc ti. iſte qui diuiditur in 2. partes, in quarũ prima hr quid iuris de trãslatione: in 2. quid iuris de beneficiorum permutatione. ſecunda ibi, non abſimilis.

TRãslationes. Hæc para adhuc ſubdiuiditur in duas partes in prima habetur qua de cauſa concedatur tranſlatio, in ſecunda à quo fieri debeat, ſecunda, bi ſciendum eſt. quoad primum, caſus ita figuratur, quidam prælatus uolebat tranſire de ſua propria eccleſia ad aliam fortaſſe ſibi magis utilem; vnde fuit quæſitum an liceat, negatiue enim uidebatur reſpondendum, tum propter obligationem perſonaliter ſeruiendi eccleſiæ iuxta cap. relatum, de clerie. non reſiden. tum ob uinculum matrimonij ſr de contractum, iuxta. c. fin. eod. de tranſlatio. Solu. tamẽ ut hic legimus: quia ob maiorem utilitatem uel neceſſitatem receden dum eſt aliquando ab eo quod diu bonum iudicatum fuit, l. prima, ff. de conſt. tut & hinc cognoſcimus obiectiones quoque non concludere, [c] quidem tam præd. obligatio quam matrimonium ita intelliguntur niſi uidelicet utilitas uel

ANTO. TIM. Eſt autẽ trãslatio de ſede in ſedẽ facta cõmutat. Vel aliter eſt ab una Eccleſia ad aliam Eccleſiã regulariter facta mutatio b Gratia. Vt c. mutationes, 7. q. 1. & copioſe tractatur, in c. uniuerſorum de rerum permu.

AN. TIM. Aliſ. ver in uniuerſitates adferũt trãſlationis ſeu trãſitus cãs. Prima eſt leuitas, ſeda cupiditas, tertia humilitas Gol. I ſum. c Xps. Vel alius prælatus: nã & alij trãsferri poſſunt. Cardinalis, ut I c. dilectus, 1. de pb. Archiẽps. c bonæ a de poſt. pl & c. ſcriptũ. de ele. Abbas in c. uenerabilis, de cõſ. & c. cũ in ueteri de ele. Prępoſit⁹, c. dudũ c. de ele. & quicũque beneficiatus, c. admonet. de renũ & demũ quicunque poſtulari pt ſm Hoſ. in Sũ. eo. & I Sũ. de poſtu. præla. §. quis ſit poſtulandus. d Princeps. 7 q. 1. c. mutationes, & ſic no quod utilitas, maxime ſi ſit magna, & præparatur neceſſitati, adeo ut ea inſtante ſi ſuperioris copia haberi non poſſit, poſſit quis uenire contra proprium iuramentum ſm Inno quẽ ſequitur Abb. I c. venerabilẽ, de elect. licet hoc non placeat Hoſt. prout no per eu in c. cum omnes, de cõſt. & per ea, quæ ponit Abb in c. tua de Ec. ædifi. in vlt. no.

Ioã. Bapt.

ANT. TIMO Affertur exemplum etiã de Euſebio & Felice, ut ibi, in c. mutationes, 7. q. 1.

e Metu. 7. q. 1. c. temporis.

f Reuocari. Arg. quod reſtituta re in priſtinũ ſtatum omnia iura reſtituuntur, c. quia diligentia, de ele. & 16. q. 3. ca. prima. Si qui peruenit ad mel orem fortunã, tenet ad priſtinã obligationem. 27. q. 7. c. ab Infirmis, l. 2. C. qui bo. ce poſſ. & l. ſi locus. ff quemad. ſer. ami. Et quod ceſſante cauſa & cap.

ad eam expulſus reuertetur.[a]

Epiſcopos transferre ad ſolum Romanum Pontificem pertinet.

Sciendum[b] eſt autem Epiſcoporũ tranſlationes, non etiam inferiorũ[c] ad ſolũ Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem certiſſima ratione[d] pertinere, neq. ſup his matrimonijs[e] quidquam præter eius aſſenſum immutari debere aut poſſe, Quod obtinet non ſolũ ſi Epiſcopus eſt conſecratus, verũ etiam ſi tantum canonice fuit electus, & confirmatus.[f] Cũ vt ſupra diximus, poſt electionem & confirmationem inter perſonas eligentium, & electi coniugium ſit ſpirituale contractum.[g]

Qui propria auctoritate ſe ad aliam eccleſiam contulerit, & habita carebit, & ambita, h. d.

Ea propter quicunq. auaritia[h] ducti, aut ambitione[i] impulſi, Eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta, ad maiorẽ[k] ſeſe plebẽ propria

Conſtitutio cui alias.

Præſumitur cõtra inſtãtes.

a Reuertetur. Ergo non obſtante mutatione remanet Epiſcopus primæ Eccl. & ſic eſt Epiſcopus duarum Eccleſiarum, contra illud 21. quæſt. 1 ca. relatio. Quod quidam admittunt exemplo matrimonij carnalis, ubi quis poteſt eſſe maritus duarum fœminarum, altera religionẽ ingrediẽte ut no. 7. q. 1 c. paſtoralis Sec contra vi. nã ille locus definit eſſe Eccleſia, per captiuitatem, ut l. cũ loca ff. de relig & ſumpt. Sed non eſt ita, quia ſacramenta eccleſiæ uera dicimus eſſe apud hoſtes, ut 1. q. 1. qđ quidam. Et ꝙ dicit lex, ꝙ deſinit eſſe ſacerdos, intellige, quia uiduatus eſt ſacris miniſterijs. Sed pone contra, ꝙ Ep̃a eſt captus & non ciuitas, an tunc conſtitui alius? Reſ ut no. in d. c. paſtoralis.

Sciendum eſt. CASVS. Cũ quidã Ep̃s eſſet trãſferẽdus de ſuo Epiſcopatu ad Epiſcopatum ſuæ patriæ ob utilitatem maximã quæ inde ſperabatur, fuit dubitatum cuius ſuperioris auctoritate hæc translatio eſſet facienda, ſiquidẽ primo uidebatur eam ſpectare ad Archiepiſcopũ cum eius ſit proprium electum in Epiſcopum ſuffraganeum & confirmare, ac etiam conſecrare, ca. nihil, de elect. §. 1. ſupra de conſecrat. cum ſit Sol tamen ut hic habetur, quia cum uinculum cõtractum inter Eccleſiam & Epiſcopum ſit proprie matrimoniũ Spirituale, non poteſt diſſolui niſi ꝑ ſummum Pontificem. c. 1. & ſi. eo & ob hanc rationem non obſtat obiectio in contrarium facta: Nõ argumentum, quodlibet vinculum inter perſonas vel veras, uel fictas, non poſſe propria auctoritate diſſolui, quia repugnat rationi aliquem iudicare proprium factum eſſe legitimum.

b Sciendum. Not. vnum ex caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. De alijs uide not. in c. quod tranſlationem, de offi leg. & quæ traduntur in c. quod ſequitur, de offic. ord. & concord. cum hoc cap. 2. de tranſ & ſi. quod transla. ſumitur ex c. 1. eo.

c Inferiorum. Simile eſt in coadiutoribus: nam Epiſcopis dat ſolus Rom. Pont. regulariter, inferioribus uero etiam alij, puta Patriarcha, Metropolitanus, & ſimiles, ut ſupra, de coadiutore. in princ. ubi no. & per Abb in c. de rectoribus, & in c. fi. de cle. ægro, uel debil.

d Certiſſima ratione. Sed quæ eſt hæc ratio tam certa? Reſpon. quia cum fortius ſit ſpirituale uinculum, quam carnale, ſi Deus reſeruauit ſibi ius diſſoluendi carnale matrimonium per illam auctoritatem Quos Deus coniunxit &c. multo magis cenſetur reſeruaſſe diſſolutionem ſpiritualis. Et quod facit Papa, qui eſt Vicarius Dei, uidetur Deus ipſe facere, vt late proſequitur tex. in cap. 2. de translat. unde ſumitur.

ANT. TIM. Nõ valet argũ, nec militat hęc rõ in matrimonijs carnalibus, determinante hæc aliter eccleſia Romana ut nouiſſime per Conc. Trid. ſeſſ. 24. in princ. & canone 7.

e His matrimonijs. Scilicet ſpiritualibus, cũ nec in carnalibus liceat. c. a. eo.

f Cõfirmatus. Intellige copulatiue, quia ſecus eſt in electo tãtum, c. 2. eodem à contrario ſenſu, ut cõmuniter tenetur, licet Hoſt. cõtra.

g Contractum. Nota ergo, quod conſecratio quo ad ſubſtãtiã uinculi ſpiritualis nihil addit: nam illud non dicitur de ſubſtantia alicuius rei, quo remoto, illa remanet. Ideo dignitas Epiſcopalis ſeu conſecratio non eſt de ſubſtantia matrimonij ſpiritualis, q̃a ſine illo matrimonio poteſt eſſe dignitas Epiſcopalis, ut patet in Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui & non ordini, & ſic in Epiſcopo nulla tenenti. Similiter poteſt eſſe matrimonium ſpirituale ſine dignitate Epiſcopali, ut patet in electo confirmato, & conſecrato, ut hic, & in capit 2. eod. conſecratio tamen conſummat ſpirituale matrimonium, c. fi. eod. & ſupra, de corp. uitiat. ſubl §. fi. Et licet quo ad uinculum nihil addit, tamen quo ad alia, ſcilicet quo ad poteſtatẽ exercendi ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ut ſupra de confirmat §. fin. & habetur in c. tranſmiſſã, de elect. Vnde no. ta, quod ubi remanet eadem cauſa & ſubſtantia, ibi accidens adueniens, diſpoſitio non uariatur, ut per Abbatem & alios, in ca. 2. eodem.

h Auaritia. Cõcor. c. quanto, ext. eo.

i Ambitione. Concor. §. ambitione, 7. quæſtio. 1, & habes hic quatuor cauſas, ex quibus fit tranſlatio. Neceſſitas & Vtilitas, de quibus ſupra in princip Item Auaritia & Ambitio, ut hic. Eſt & cauſa leuitatis & humilitatis, de quibus ibi. Et quæ differentia ſit inter tranſlationem factam ex una cauſa, uel ex alia. Vide prolixe not. infra, d. §. ambitionis.

K Maiorem. Sed nunquid ad minorem? Text. videtur a contrario ſenſu huius literæ. Sed con-

authoritate tranſtulerint, a cathedra repelli debent aliena, & carere [a] propria: vt nec illis præſideāt, quos per ſuperbiam ſpreuerunt nec illis [b] quos ob auaritiam vel ambitum concupierunt. Sicut [c] enim vir non debet adulterare vxorem ſuam, ita nec Epiſcopus temere Eccleſiam, ad quā electus fuit relinquere, vt alteri ſeſe coniungat, etiam ſi a populo fuerit attractus.[d]

Quod cōſtitutum eſt in eccleſiis Epiſcopalibus, trahitur etiam ad eccleſias inferiores, h.d.

Nō abſimilis [e] Iuris ratio obtinet in preſbyteris, & cæteris infra Epiſcopalē dignitatē conſtitutis. Nā ſi vel qualibet cauſa [f] propria quis auctoritate cū altero ſuum beneficiū [g] permutare voluerit, vterq; proprij be-

trarium videtur verius, c.1.eo.vbi quod non licet deſcendere, vel minorari. Quod ſi Archiepiſcopus de licentia Papæ ceſſit archiepiſcopatui, an interiecto tempore poterit ſibi prouidet de Epiſcopatu poſt modum vacante? Quidam, quod non, cum non liceat deſcendere, d capitu.1.& in c.legitimus, in fi.diſ.93. & ne detur materia auaritiæ, vt ſi quis tenuem Archiepiſcopatū reſignet, vt pinguem obtineat Epiſcopatū, Ioann.Andre.Hoſtien.Butr.& Abbas contra. Ad contraria reſpon. vt per eos in dicto c.1.

An liceat deſcendere ad minorē eccleſiam.

Carere.

a Carere. Sed an trāsferens ſe ſine licentia, erit priuat⁹ ipſo iure, vel potius priuari debeat per ſententiā. Et vr̄ quod ipſo iure, cum verbū carere, intelligatur ipſo iure, vt per Abb. in cap.nihil. de elec.in Glo.in verſic. poteſtatis, Contrarium videtur verius, ſcilicet, quod requiratur ſententia, ſecundum Io. And. & Abb.in ca. quanto, eodem. Et ideo ante ſententiam remanet Epiſcopus prioris Eccleſiæ. & eius clerici illi obedire tenentur, facit quod habetur 9.q.4. cap. nonne.

b Nec illis Quod hic dicitur obtinet, quando & dimiſit primam ſine licentia, & ſine licentia tranſiuit ad aliam, nam alias priuandus eſſet ſolum illa, in qua licentiam non obtinuit ne plus extendatur pæna, quam delictum argu.eorum, quæ habentur in c quæſiuit, de his quæ ſi a maio.par.capit & hoc ſequitur Abb.in c quanto, eod. ante fi. Annexa.

c Sicut.Cap ſicut.7.q 1.vnde ſumitur.

d Attractus Argum. quod neceſſitas & violentia non excuſat a culpa.

ANT.TIM. Ad illud quod notatur in gloſſ de neceſſitate, & violentia, adde tu diſtinguendo quod violentia eſt neceſſitas, ſed coactio dr̄ eſſe duplex, altera, quæ dicitur ſimpliciter & abſoluta, atque hæc excuſat a culpa, cum tollat voluntarium, quod eſt de ratione peccatij. Sine voluntate enim non committitur peccatum actuale, iuxta regulam traditam a D.Auguſt.1.retractationum. Peccatum adeo voluntarium eſt, vt ſi non ſit voluntarium non ſit peccatum, & cano.1.5 quæſtio 1. Alia autem eſt violentia non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt eſt metus, qui non cauſat ſimpliciter inuoluntarium, ſed ſecundum quid tantum, quia non eſt ſine voluntate. Vnde dicunt doctores. quod metus excuſat non a toto, ſed a tanto. Et de hac violentia & neceſſitate loquitur hæc notula. Vide de hoc S.Thom.1.2 q.5. art.5. & 6. huiuſmodi autem violentia poteſt inferri voluntati in actib imperanti, non elicitis, vt per S Thom.loco citato, & Scotum 1.ſent.d.2.qu. 4.& D.Bonauen in 2.d.25.art. 1.q.4. Dicit enim quod liberum Arbitriū cir a actū interiorem poteſt beneinduci, & impediri, ſed cōpelli nullo modo. Vide de hoc diffuſe p Iac. Almanum in lib.Moral.c.2.

tus, cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus ſæculari curiæ traditur [a] puniẽdus: Vnde celebranda erit talis degradatio,ſæculari præſente poteſtate, & cum perfecta fuerit, pronunciandum, vt ſæcularis Iudex degradatum, tanquam clericali priuilegio exutum in forum ſuum recipiat puniẽdum. Pro quo tamen eccleſia debet intercedere, [b] vt citra mortis periculum in eum ſententia moderetur, & ſi impetrauerit, & degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinere.

Degradatus miſcens ſe ſacris excommunicatur. h.d.

Quod ſi cingulo militiæ cæleſtis exauctoratus auſu temerario ſibi dudum [c] commiſſum audebit in poſterum attrectare miniſterium, etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorum erit abſcindendum. [d]

DE SACERDOTIBVS IN INferiori gradu conſtitutus.

TIT. XXI.

- *Miniſtri Eccleſiæ Dei.*
  - Sacerdotes
    - Summi.
      - Pontifex.
    - Maiores.
      - Patriarcha.
      - Archiepiſcopus.
      - Epiſcopus.
    - Inferiores.
    - In Sac.ord.
      - Presbyteri.
      - Diaconi.
      - Subdiaconi.
  - Miniſtri.
    - In min.ord.
      - Acolitus.
      - Exorciſta.
      - Lector.
      - Oſtiarius.

b Intercedere. Verè,& nõ ficte, precib.& non per excõicationem, & fac.17.q 4.c.recũ, & gl.præſenti. C. de his, qui ad eccle confug. Sed ad quid iſta interceſſio, cum ipſamet eccleſia poſſit eũ mitiori pœna punire. Reſpond. ut per Abb in ca.nouimus, de uerbor. ſignifi.

Quod ſi CASVS. Quidam Epiſcopus volebat vlterius punire degradatum cum illo ſe immiſcuiſſet ſe in exercitio. Ordinum, quibus erat priuatus, vnde fuit de hoc dubitatum, uidebatur enim Epiſcopum id facere non poſſe,quia factum ob ſalutem proximi non meretur pœnam: & afflicto non eſt addenda afflictio,capit. penult. de cler.ægrotan. Solut. tamen vt hic habetur, ne tale delictum maneat impunitum. Non obſtant obiecta,quia præſumitur id mala intentione fuiſſe factum, cap. primo, de præſumpt. & noua afflictio datur ob nouam culpam: Not. argum. pœnam eſſe reiterandam, uel augendam quemadmodum reiteratur, vel augetur culpa.

c Dudum. Hæc dictio ponit qualitatem de præterito, & remouet de præſenti, licet quandoque prout etiam de præſenti,vt per Abb.in c.1.de cler.excom. min. unde ſumitur.

ANT. TIM. Et ratio eſt, quia iſte per degradationẽ non amiſit characterem ſacerdotij, qui eſt indelebilis qualitas in anima impreſſa,ut per S. Thom.in 3.par.q.33.ar.8.

DE SACERdotibus in inferiori gradu conſtitutis.

Quoniã auctor a ti. de Epiſcopis, & Sum. Pont. uſque ad præſentem locutus eſt de Sacerdotib. altioris gradus, ſequitur nunc uidere dicit hic tex.in prin.de ſacerdotibus inferioribus, & ideo proponitur iſte ti. qui diuiditur in 4. partes in 1. habetur continuatio; in 2. quot, & qui ſint iſti ſacerdotes in 3. vnde dicãtur presbyteri; in 4. qualis ſit eorum poteſtas, 2. ibi, & non.3.ibi presbyteri.4.ibi.epiſcopi nũc deſcẽdamus. Caſus non figuratur. Not. tamen ex iſto prin. quod non ſolum in prin.lib. poteſt fieri Continuatio materiæ ad materiam,ſed etiam in partibus eius,§.fi. inſt. de vſu & habitu. Ioã.Bapt.

Sacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. h. d.

NVnc deſcendamus [a] ad ſacerdotes in inferiore gradu conſtitutos, ſubſequenter poſtea de ijs dicturi, qui licet ſacerdotes non ſint, [b] in ſacris tamen conſtituti reperiuntur, ac demum de his, qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti; de quibus omnibus ſi quid ſuperius locuti fuimus, obiter [c] potius quam ex profeſſo locuti fuimus. Inferiores ſacerdotes ſunt presbyteri.

Sacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tam a teſtamento ueteri, quam nouo, h. d.

Et non inelegāter [e] ſacerdotes [f] in duos ordines diſtributi eſſe uidentur. Hæc. n. diſcretio tam in ueteri teſtamento a Deo p Moyſem [g] ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in ſummum Pontificē, filios vero eius inunxit in minores ſacerdotes, quā etiā in nouo ab ipſo Chriſto, [h] qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, ſeptuaginta [i] duos quaſi in minores inſtituit, Petrum uero quaſi ſummum ſacerdotē elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit. [k]

Presbyteri & Epiſcopi olim erant ijdem. ſed in remed. ſchiſmatis de presbyteris unus electus eſt, qui Epiſcopus dicitur. h. d.

Presbyterum autē, & Epiſcopū ſunt qui eundē olim extitiſſe affirmēt, [l] & aliud æta

a Deſcendamus. Appoſitè utitur hoc verbo, cum ſimus in metaphora graduū, & ſcalarum, & de Superioribus ad inferiora ſit deſcenſus.

b Non ſint. Scilicet propriè, abuſiue tamen & ipſi dicuntur ſacerdotes, c. ſi quiſpiā, diſt. 81. & capit. ſi quiſquam, de cohabi. mul. & cler. & inf. tit. 1. §. fi.

c Obiter. Arg. q quæ aguntur incidenter non debent eſſe in conſideratione, fac. l. j. ff. de auct. tut.

Epi. & pſbyteri differunt ordine.

d Presbyteri. Licet autem Epiſcopi, & presbyteri æque ſint ſacerdotes, & in ſacerdotio cōueniant: ordine tamen differunt, ſecundum Canoniſtas, licet Theologi teneāt cōtrariū, quod ordine nō differāt, ut no. ſup. de ma. perſ. in uerbo ordine, intantū qd degradatus ab ordine Epiſcopali non cenſetur degradatus a ſacerdotali, uel presbyterali, ut per Abb. in c. ueniens, de dol. & cōt. & no. ſup. tit. prox. §. qd autem in uerſ. in minorib.

ANT. TIMO. Pro opin. Theologorum, quod differunt dignitate, & officio, non ordine uide eorū rationes & conſiderationes in 4. ſenten. d. 24 D. Bonauen in 2. par. ar. 3. q. 3. & Dur. q. 6. et S. Tho. in qq. addi. quæſt. 40. ar. 5. quamquā canoniſtis uideatur quodammodo fauere Concil. Trid. 23. c. 4.

Io. Bapt.

Et non. CASVS. In hac parte commode non figuratur, cum autor referat presbyt. diuiſionem quam ſupra ti. de iure perſo. §. 1. poſuit, unde not. iſtam diuiſionem eſſe uere, qui natura docet ordinem dari, ubi multitudo adeſt. No. ſecundo cauſam qua conſtituitur ſuperior diuerſam poſſe aſſignari, iuxta id qd hic legimus, & in ca. olim, d. 95.

e Inelegancer. Sic inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. §. & non inelegancer.

f Sacerdotes Not. ex hac littera, quod appellatione ſacerdotū ueniunt etiā Epiſcopi, facit. c. olim. diſtin. 86. & c. clerico, diſt. 21. & inf. § prox. & not. in c. nō poteſt, de re iudic. In materia tamē pœnali, uel odioſa, appellatione ſacerdotū, non uenirent epi, quia habent alium ordinē, ſ. Epalē. Vide per Abb. in rub. de uita, & ho. cle. & in d. c. nō pt, & in c. quia periculoſū, & p Inn. in c. ſedes, de reſcr. fact. no. p Abb. in c. 2. de pecu. cl. i prin.

ANT. TIMO. Sacerdotes autē ideo uocātur q a ſacrum dant, & quemadmodum, reges a regendo, ita ſacerdotes a ſacrificando dictos uolunt, quia conſecrant, & ſacrificāt Vel ſacerdos, id eſt, ſacer dux. Antiſtes āt appellatur, quia anteſtat, uide Magiſt. in 4. d. 24. & c. cle ricos diſt. 21.

g Per Moyſem. Et ſic non Moyſes, ſed Deus, con cor. d. 21. in prin. unde ſumitur, & fac. c. eſto, §. quod autem, di. 95.

h Chriſto. Et ſic utroque tempore a Deo, & nō dicit a Deo per Chriſtum quia Chriſtus, qui inſtituit. Deus eſt, non ſic Moyſes.

i Septuaginta duos, ca. in nouo, in d. 21. & c. quamuis, diſt. 68.

K Tribuit. Fac. §. fin. ſup. de Epiſcopis, & Summ. Pontific. & not. hic, quod ualet argumentum de clericis ueteris teſtamenti ad clericos hodiernos, quo intelligendum eſt, ubi eadem eſt ratio, alias ſecus, ut diſtinct. 0. 81 quaſi per totum, & in ca. translato, & ibi not. de conſtitu. & capitu. nouum. ubi Abb. no de decim.

l Affirment Diſt. 93. cap. legimus, & c. olim. diſt. 95. &.

tis illud dignitatis fuiſſe nomẽ. Sed cũ multi in ſingulis eccleſiis presbyteri conſtarẽt, ideo ſi eſſent in remediũ ſchiſmatis factũ eſſe, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris eſſet præponendus. Electum autẽ Epiſcopi retinuiſſe nomẽ, eligentes presbyterũ. quorum erga Epiſcopos uſq; adeo creuit honor, ut illis tanquã prælatis cęperint obedire.[a] Nec iam pro ſacerdotibus habeãtur[b] qui nullius Epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur.

Presbyter appellatur potius a prudentia, quã ab annos. h. d.

Presbyteri[c] uero nomen quamquã a ſenectute ſic ſumptum, magis tamen ſapiẽtia[d] iudicat maturitatem, quam corporis canitiem.[e]

Quæſit presbyterorum poteſtas, & auctoritas. h. d.

Epiſcopi[f] igitur ac pſbyteri nõ penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorũ diſpẽſatio. Illorũ[g] enim quæ gerere poteſt Eps, quædam presbyter ſuo iure, quædã illius pmiſſione exequitur, quędam uero nullo pacto poteſt attingere. Proprio iure presbyter. Dominici corporis, ac ſanguinis conſecrationẽ,[h] & Epiſcopo præsẽte celebrat: in ſitis baptizat,[i] ſãctificato oleo inũgit, benedicit,[k] & de occultis peccatis pęnitẽtes, uel i

95. & c. quiſquis, & c. porro, di. 83. Sed uidetur, ꝙ hæc litera contrarietur proxime præcedenti cum ibi dicatur, ꝙ differentia fuit ab initio, & ab origine ſacerdotij; hic ꝙ a principio ijdem erãt presbyteri. & Epi. Sol. ut no. in d. ca. legimus, in uer. poſtea. uel hic loquitur referendo opinionẽ Hieron. quã tñ nec approbat, nec improbat.

ANTO TIMO. De hæc opinione. quod olim idem fuerit presbyter, & Eps. quia perperam tribuitur S. Hieron. per d. c. legimus, di. 93. & c. olim, di. 95. cuius loci explanationẽ vide apud S. Th. 2. 2. q. 184. arti. 6 ad 2. & infra in additionib glo. in §. fi. in uerbo reſeruatur. tu uero nota hic in contex. circa auctoris circunſpectionẽ, qui alia vertens, hoc in loco hãc opinionẽ, quæ S. Hiero. cõiter tribuitur male admodum ſonare, Ita leuiter eam pertractat, ut uideatur potius legentem admonere, quã aliquo mõ eam approbare.

a Obedire. Ca. 2. diſt. 95.

b Habeantur. Et dicuntur tales Acephali, i. ſine capite, ut cap. nulla, & c. qui ſuis d 63. & 18. q. 2. c. Abbatibus. qui tamen ex priuilegio Papæ non ſubſunt, non ſunt Acephali, quia Papa Epiſcopus eſt eorum arg. ext. de priu. quaſi per totum. Tales ergo ſicut excommunicatos debet quilibet excludere ab eccleſia, c. 2. de paroc. & alleg. paroc & not in d. ca. nulla. Et facit hæc littera pro prælatis, quod etiam eremitæ ſubſint Epiſcopo, in cuius territorio ſunt, 16. q. 1. c. qui uere, & no. in d. c. nulla. Eremitæ cui ſubſunt.

Io. Bapt. Presbyteri CASVS non figuratur. No. tamen hanc presbyteri etymologiam eſſe aſſignatã ab eo quod eſſe deb[illegible], arg. pen. ff. de iuſt. & iu.

c Presbyteri. Concor cap. quiſquis, & c. porro, diſtin. 84.

ANT. TIM. Presbyter enim græce, ſenior latine interpretatur, non modo propter ætatem, & decrepitam ſenectutem, ſed propter honeſtem, & dignitatem quam acceperunt, inquit Magiſter di. 24. Alij autem presbyter quaſi præbens iter.

d Sapientiæ, 35. q. 6. c. 2. ſic ac diſt. c. de quibus.

e Canitiẽ. Vnde quãuis noningentis, & amplius annis ab Adam uſq; ad Abraham uixiſſe hoies legamus, nullus, alius appellatus eſt presbyter, niſi Abrahã qui multo paucioribus uixit annis, quã ſui anteceſſores. Nec. ob. ꝙ legatur de Melchiſedech, qui fuit Abrahæ contemporaneus, cap. porro, alias fin. & ibi nota di. 84.

Io. Bapt. Epiſcopis ig itur. CASVS. Quidam Sacerdos uolebat exercere indifferẽter poteſtatẽ Ordinis, ac poteſtatem iuriſdĩonis, illa rõne motus, quod cũ eſſet ſibi data poteſtas circa id, qđ eſt plus, uĩ quoq; conceſſa circa id quod eſt minus c. cui licet, de reg. iuris l 6. nihil enim maius reperiri poteſt quam conſecrare corpus Chriſti & ideo fuit ſſi tum quid iuris. Solu. ut hic leg mus, quia ſi ſecus eſſet diſtinctio de Sacerdotib. ad no. ſit pr eo. §. & nõ redderetur fruſtratoria & uana quod eſſet incõueniẽs, obiectio aũt in cõtrarium adducta intelligitur in iis, quæ ſunt eiuſd ordinis & naturæ, ſecus in aliis Not. Sacerdotes inferiores partim hẽre quid proprium, & partim quid cõe cum Epis. Not. qualiter illa quæ ſunt ptãtis ordinis, poſſent delegari, ꝙ contingit non dando ptãtem, ſed licentiam, & intelligitur in perſona eiuſdem ordinis, de qua re cop oſe docent Doc. in c. quanto. de conſuet. & c. aqua. de conſec. cum ſimi.

f igitur. Q. d. non mirũ ſi eſt ſimilis diſpenſatio vel ptãs epõrum & pſbyterorũ, cũ ſint fere idem.

g Illorum enim, & c. Not. hic quaſi duo extrema cum ſuo medio.

h Conſecrationem. Vt c. legimus, di. 93. & c. ecce. diſt. 95.

i Baptizat. c. 2 & c. 2. de offi. Archipresb. ubi probantur plura, quæ hic ponuntur.

K Benedicit. Nõ tñ benedictione ſolenni. Et pręveri-

extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi poteſtatem habet.

Presbyter epiſcopo permittente chriſmat, & valet, h.d.

Epiſcopo permittente, aut vltima cogente neceſſitate, & baptizatos ſacro linire chriſmate, & virgines Deo dicare presbyteris conceditur.

Quæ ſint epiſcopis reſeruata, h.d.

Eccleſias vero erigere, cōſecrare, recōciliare, ſacrū chriſma conficere, clericos ordinare, excōmunicare, pœnitentes publice [a] reconciliare, ſolis epiſcopis [b] reſeruatur.

DE IIS QVI IN SACRIS, *ſunt conſtituti.*

TIT. XXII.

In ſacris ſunt
- Subdiaconus
  - Inſtitutio.
  - Officium.
  - Aetas.
- Diaconus.
  - Officium.
  - Aetas.
- Sacerdos.
  - Officium.
  - Aetas.

In ſacris conſtituti ſunt diaconi, & ſubdiaconi, & diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus adſiſtere, nouum teſtamentum prædicare, h.d.

verificatione, ac declaratione omnium, quæ hic ponuntur, & cumulantur, uide in d 91 c. 1 ea. ecce & c. presbyteros. diſt 95 capit. miniſtrare, 26. qō 6. & not. in cap & 3. de offi. archipresby. & per Hoſt. in Summa de offic. archipresb. ver. 5. & cap. peruenit, diſt. 95. & per Fii ma. in tract. de Epiſ lib. 3. in t. pat. nu. 14.

a Publice, cap. miniſtrare, 25. q 6.

b Solis Epiſcopis. Diuerſimode tamen hæc Epiſcopis reſeruantur. Nam poteſtas exercitandi ita reſeruatur Epiſcopis, ut poſſit et tranſferri in non Epiſcopos, et meros laicos, ſi Papa tribuat hanc poteſtatem: vt per Ab. & alios in c eccleſia S. Mariæ, & in cap. a de iud. & in capi. fin. de cler. ægrot. mini. Alia vero, quæ hic dicuntur reſeruata, non poſſunt per non Epiſcopos exerceri, capit. aqua. de conſecra. eccleſ. vel alt. & per Doct. in locis ſupra allegat. & in cap. quanto, de conſuetud fac. ca. quamuis, diſtinct. 88.

c Reſeruatur. Nota ergo ex hac litera coniuncta cum §. presbyterum ſupra eod. quod ritus Apoſtolorum circa ſacramenta habent impedire characteris impreſſionem: nam ſi ſimplex presbyter ordines conferret nihil conferret vt capit. quanto, de conſuetud. vbi etiam Abba. not. cum tamen poſt mortem Chriſti idem eſſet presbyter, & Epiſcopus, & promiſcue presbyteri conferre omnia ſacramenta: ut c. olim, diſtinct 95. & capitu legimus, diſtinct 93 ſed diſcretio fuit inuenta ad ſchiſmata ſedanda & tollenda.

ANTO. TIMO Nota circa illud, quod refert hic gloſſ ex ſententia Abb. n d c. quanto de conſuet. quod etiam retulit infra in lib 2. de ſacr. criſma §. 2 in verbo reputabitur ex eodem Abbate ibidem, cuius dictum eſt quod ritus Apoſtolorum habent impedire characteris impreſſionem: nam ſuppoſito illo, quod olim iidem eſſent Epiſcopi, & presbyteri, vt dictū fuit ſupra: quod cum abſtulerint decide Apoſtoli ad remouendum ſchiſma, factum eſt hoc ex ritu, quod Apoſtoli impedirerunt, quo minus presbyteri in poſterū poſſent imprimere characterem alios ordinando, qui error fluxit ex verbis D Hiero. male intellectis, in c. olim, d. 95. Ex quibus verbis, colligunt nonnulli, tēpore Apoſtolorū idem fuiſſe Epōs, & presbyteros, quod intelligendum eſt ſecundum S. Tho. id fuiſſe verum quo ad nomen: nō quo ad rē, ex quo in primitiua illa eccleſia promiſcue Apoſtoli appellarent presbyteros Epiſcopos; & Epiſcopos presbyteros, non quod inter eos non fuerit ſemper realis differentia, ita docet S. Tho. 2. 2. q 184. arti. 6. ad pri. vnde dicere Epm non differre a presbytero, inter hæretica dogmata numerat S. Augu. in lib. de hæreſibus.

DE IIS QVI ſunt in ſacris conſtituti.

Poſt tractatum de ſacerdotibus ſequitur uidere de eorūdē miniſtris, & qui conſtituti in ſacris immediate eis ſeruiunt idō proponitur nunc ti. iſte iux §. 1 ſup. de iure per & ſup. tit. prox. in princ. qui diuiditur in tres partes: in prima habetur qui ſint iſti in ſacris conſtituti, & qualeſit eorum officium: in ſecunda, cuius ætatis debeāt eſſe: in tertia, quid intelligere debeamus per hoc nomen ſacerdotis, ſecunda ibi, ſicut autem, tertia ibi diximus autem.

d IN ſacris, ſcilicet ordinibus Sed nonne omnes ordines eccleſiaſtici dicuntur ſacri ut not. diſt. 32. in ſumma, & per Abbat in c. tuis de præb Dic qd per excellentiam a ſubdiaconatu incluſiue ſupra dicuntur ſacri quia magis participant de ſacramēto corporis Chriſti ut per Abb. in cap. ſi quis clericorum, de cler. coniug & præcludunt viam pœnitentiæ. ut infra lit. prox. §. fin capitu. cum ex eo de elect. in 6.

Sicut autem presbyteri,[a] ita etiam vtriuſque debent obedientiam, diaconi,[b] ad quos Epiſcopum prædicantem ab inſidijs cuſtodire pertinet, ne aut ipſe quoquomodo lædatur, aut diuina verba per detta ctores polluantur.[c] Sacerdotib. quoque celebrantibus in omnib. aſſiſtent.[d] & Euangelium ad populum prædicabunt.

Diaconi præſentibus, epiſcopo, vel presbytero nec baptizant, nec Eucharistiam erogant, niſi ex neceſſitate, h. d.

Sed nec baptizare præſēte[e] Epiſcopo, aut presbytero, nec Dominici corporis Euchariſtiā populo erogare auderō debent, niſi prædictis omnibus longius fortaſſe conſtitutis, neceſſitas[f] ad id extrema eos compellat.

Primitiua Eccleſia non habuit ſubdiacones, et apud antiquos ſubdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines, ſed poſtea & is ordo inter ſacros captus haberi, h. d.

Subdiaconos licet & eccleſia primitiua legatur habuiſſe;[g] talis tñ ordo apud antiquos

Sicut autem. Hæc pars diuiditur in 2. partes. In prima demonſtratur qui ſint Diaconi, in ſecūda qui ſint ſubdiaconi ſecunda ibi, ſubdiaconus: quoad primum Caſus ita figuratur. Cum Epiſcopi & Sacerdotes debeant habere certos miniſtros, inter quos vnus reperitur qui dicitur Diaconus, fuit q̄ſitum an officium eius ſit obediētiæ ſacerdotibus, Epiſcō pum prędicantem defendere, euangelium populo prædicare, ac ſacramēta Bapt. & Euchariſt. fidelibus erogare neceſſitate ſuadēte, quamuis ante uidebat̄ rñdendum iuſſu Epiſcopi & ſacerdotis ipſum ad ſeruitium teneri, cum eius ſit miniſter. Sol. tñ eſt tenēda, quā hic legimus, ſiquidem ſi eius officium eſſet ita indifferens, poſſet in celebratione & adminiſtratione diuinorum oriri confuſio, & propterea, uidetur ceſſare etiā obiectio. Not. primo diaconum tenere primū locum poſt ſacerdotē, & ideo eius officium eſt altius & dignius officio aliorum miniſtrorum. No. aliud eſſe ſacramenta conficere & aliud adminiſtrare, & ideo adminiſtratio aliquando ex cauſa conceditur ijs qui ſunt inferioris Ordinis.

a Presbyteri, Vt ſup. titul proxi §. presbyterum ad quem ſtylus oration. a uidetur continuari.

b Diaconi, Cap. a ſubdiacono, diſt. 93. facit ca ſtatuimus, de ma. & obed. Hoc enim ſuadet iuſtitia vt maior ſeruiat minori, 3. q̄ō vlt. eſt ordo niſi tamen minor adminiſtratione maior ſit, diſt. 95. c. 1. vel niſi ſedeat locum ſuperioris, diſt. 6. c. ſi. Et hi in vna quaque ciuitate debent eſſe ſeptem, c. diaconi, 2 & 3. di. 93. & legitur in Act. Apoſt. c. 6. Et hoc ſi facultates eccleſiæ ſufficiunt: alias ſufficiūt duo: ut 7. q. 1 cap illud.

ANT. TIMO. Diaconus Grece, miniſter dicitur Latine; quia eſt ſacerdotis immediatus miniſter: eſt autem miniſter non alicuius ſacramenti; ſed aliquorum ſacramentalium; ſicut exorciſmi & expulſionis immundorum a diuinis. S. Thom. 4 ſent. diſt. 5. ar. 1.

c Polluantur c. diaconi, a diſt. 93.

d Aſſiſtent, diſtinct. 25. capitu. perlectis, §. ad diaconum.

ANT. TIMO. Vnde ad diaconum non pertinet quaſi ex officio proprio tradere ſacramentum Baptiſmi, ſed in collatione huius ſacramenti, & aliorū aſſiſtere, & miniſtrare maioribus. S. Thom. par. 3. q. 67. art. 1.

e Præſente. Vt diſt. 93. c. diacones, & c. præſente.

f Neceſſitas. Not. q̄ ubi neceſſitas exigit & presbyter eſt abſens, diaconus etiā iure ſuo baptizat, c. diaconus, & c. præſente d. 93. & Euchariſtiam erogate ſi p̄ceſſerit conſectatio presbyteri: ſed præſente presbytero in eccleſia non poteſt, et ſi ſubſit neceſſitas niſi presbyter iuſſerit, ut not. in c. diaconus, & ca. peruenit, di. 93.

ANT. TIMO. Facit hæc vel ex neceſſitate, vel iuſſu Epi., non eſt n. hoc eius officium ſed proprie diaconus eſt diſpenſator ſanguinis Xp̄i in calice, ſecundū Archid. Flor. & S. Th. in 4. ſent. diſt. 13 q. 1 art. vlt.

Subdiaconus. CASVS Cum inter conſtitutos in ſacris reperiatur quoque ſubdiaconus, & propterea de eo hic tractet, ut etiam nomen denotat, fuit quæſitum an iſte conuenienter connumeretur inter conſtitutos in ſacris, an poſſet eligi in Epiſcopum, & an debeat præparare vaſa, & alia neceſſaria ad actum conſecrandi, & primo videbatur de iure reſpondendum non eſſe de primo dubitandum, cum ſit ordinatus ad ſacramen. ord. nec poſſe in Epiſcopum aligi argumento cap. licet canon. de elect. in 6 intra annum enim non poſſet ordinari ad ordinem Epiſcopalem, neceſſaria autem ad conſecrationem præparare, videtur ſuperfluum, cum detur diaconus. Solu. tamen hic [illegible] habetur, & ratio eſt, quia antiquitus de primo capite dubitabatur. de ſecundo videtur ſatis ipſum eſſe in ſacris, cum etiam iſte proprie dicatur perſona Eccl. de tertio denique congruentius id iudicabatur, unde ceſſant obiecta, quia iſtud eſſe in ſacris habe. quid ſpeciale, ut Theologi docent. tex. in d. can. licet limitatus in hoc caſu, ut citius fiat iſta promotio, tertium denique remanet ſolutum ob præd. congruentiam. Not primo ſubdiaconum eſſe perſonam in ſacris conſtitutam ex eo quod poſtea declaratum eſt. Not. a ſubdiaconum & ſecundum vocem, & ſecundum veritatem eſſe diacono ſubiectum, & ideo debet ſacerdotibus ſeruire mediante diacono.

g Habuiſſe, Cap. Epīs. d. 35. & d. 25. c. 1. & c. fin.

ANT.

ANT. TIMOT. Hodie in eccleſia Dei eſt ordin. & miniſtrat ſacerdoti, ſed medietate, id eſt medio diacono. Eſt autem hic ordo ſubdiaconatus primus ex ſacris, qui nuda manu poteſt tangere ſacra vaſa, ſecundum Pet. de Palu.

Sicut autem CASVS. Cum miniſtri Eccleſiæ ideo ad Ordines promouentur, vt adminiſtrent diuina, fuit propterea quæſitum in qua ætate debeant eſſe conſtituti. & ſicut ætas 14. annorum in iudicio ſpirituali ſufficiens iudicata fuit, c. ſi de iudi in 6. & ita hoc idem in præſenti videbatur dicendum. Solu. tamen vt hic habemus, & nouiſſimè in Conc. Trid. à glo. adnota. quis melius in hoc adeſt periculum. Non obſtat obiectio ob diuerſam naturã caſuum No. ætatem diuerſam ad Ord. nea requiri de iure humano, non autem ex natura Ordinis, & ideo fuit ab eod iure uariata. Ioã. Bapt

inter ſacros non annumerabitur: paulatim tamen poſt aliquot temporum curricula cęptus eſt & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi, eiſque ad ſimilitudinem tã presbyterorum, quam diaconorum continentia fuit impetrata [a].

Subdiaconus poteſt eligi in epiſcopum, b.

Cumque à multis, an in epiſcopum ſubdiaconus eligi valeret, hæſitaretur; nouiſſimè poſt Vrbanum Innocentii proceſſit conſtitutio [b], quæ vt is quoque in epiſcopum liberè eligi valeat; declarauit ac ſtatuit.

Circa quæ verſetur officium ſubdiaconi, b. d.

Diaconum igitur ſubdiaconus ſubſequitur [c], ad quem calicem, & patenam ad altare deferri pertinet [d], & Leuitis tradere, eiſque miniſtrare. Vrceolum quoque, & aquã, manile, & manutergium tenere, epiſcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimo octauo anno diaconus in vigeſimo, presbyter in vigeſimo quinto.

Sicut autem ſubdiacono minus creditur, [e] quam diacono, & diacono minus quam presbytero committitur, ita ad ſubdiaconatum minor ætas [f], quam diaconatum, & ad diaconatum minor quam ad presbyteratum ſuffragatur. Poterit igitur hodie quis, niſi aliud canonicum obſiſtat impedimentum, decimo octauo natus anno ad primum ſacrum ordinem [g], vigeſimo ad ſecundum, ad presbyteratum vigeſimo quinto promoueri.

a Impetrata. Vt diſt. 28. c. decreuimus, & c. nullum, & c. 1. de cle. coniug. & ca. à multis de æta. & quali. & ordinamur, de ſeruis non ordi. Sed quomodo eccleſia imperauit continentiam, cum illa voti ſit, non præcepti, vt 32. q. 1. c. integritas Reſp. eccleſia neminẽ cogit continere, ſed in ordine, quem dat, poteſt imponere legem, quã vult, ſicut quilibet alius in traditione rer. ſuæ, l. in traditionib. ff. de pacto. Ex quo ab honoratur, dignum eſt, vt oneretur. 6. q. 1. c. de lapſis, & notan. q̃ nullũ interdum tñ cũ ſubdiaconis diſpenſatur, c. presbyterum, d. 28. c. ſane, de cl. coniu. ANT. TIM. Tenentur in trib. ordinib. maioribus conſtituti ad caſtitatem, S. Thomas in 4. ſent. diſt. 24. vt mundi ſint qui ſacra tractant. Vide rõnes, cur clericos eccleſia ad cõtinentiam obligauerit apud S. Th. in 4. ſent. diſt. 37. ar. 1. queſ. 3. Vnde B. Dyon. de eccleſ. Hierar. capit. 3. inquit. Deputantur enim ad ſacra tractanda, quædam mundos tangere nefas eſt, & diſtinctio. 32. c. 1.

e Creditur. Committitur, leg. quod vulgo, ff. ad Macedon. & ſtatim ſequitur in hac littera.

f Aetas. Quia ab ætate arguit maturitas iudicij. Sed quid ſi impubes, & iudicio carens ordinetur ad ordinem ſacrũ an ſuſcipiat characterem. Reſpon. ſuſcepit, nec. n. quod ſuſcepturus ordines ſacros debeat hãc annos diſcretionis eſt ſubſtantia ordinis, ſed de neceſſitate præcepti. Vnde licet in tali collat. ne peccetur, tenet tamen collatio, de hoc vide in capit. vel non eſt, de tẽpo ord.

g Decimo octauo. Et ſufficit, qđ ſit inchoatus, ut no. in cl. ſi. de æta. & qualit vnde ſumitur. Sed hodie hæc materia eſt tota per Con. Tridẽ reformata. Nec. n. ad ſubdiaconatũ quis ordinari poteſt ante 22. ad diaconatũ ante 23. ad presbyteratum ante vigeſimum quintum, et ſi quis ſit regularis, ut per d. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. quidquid dicatur in c. 1. & in c. peruenit, d. 77. & in ca. 1. c. 3. & c. ſi. diſt. 78. & in c. de his, diſt. 28. Sed quæ eſt

b Conſtitutio. Quæ eſt in capit. multis, de ætat. & qualitat.

c Subſequitur. Inde & ſubdiaconus dicitur.

d. Pertinet. Sic cap. perlectis, §. ad ſubdiaconum, diſt. 25.

ANT. TIMO. Ità S. Thom. in 3. par. in qq. addi. q. 87. art. 3.

Propriè ſacerdotes appellantur; qui Euchariſtiam conficiunt; impropriè etiam diaconus, & ſubdiaconus. h.d.

Diximus autem diaconum, & ſubdiaconum non eſſe ſacerdotes, proprietatem ſermonis attendentes. Propriè enim ſacerdos is eſt appellandus, cui ſacrificium corporis, & ſanguinis Dominici in altari conficere permittitur. Cæterum & ipſi interdum ſacerdotes appellantur [a] ſed per abuſionem. Vidimus hactenus de ijs, qui in maioribus ſunt ordinibus conſtituti: nunc videamus de ijs, qui in Eccleſia Dei minoribus ſunt ordinibus inſigniti.

DE HIS QVI SVNT IN minoribus ordinibus conſtituti.

TIT. XXIII.

Ordines minores.
- Acolytus.
- Exorciſta.
- Lector.
- Oſtiarius.

Minores ordines ſunt Acolytatus, exorciſtatus, lectoratus, & oſtiariatus, h.d.

SVnt igitur [b] in eccleſia alii minores ordines q. ſine ſacramẽtali unctione ſola Epi-

eſt ætas minorum ordinum? Reſp. maior infantia, c. de his, diſt. 28. & c. nullus, de temp. ordi. in 6.

ANTO TIMO Nota circa annorum numerum regulam generalem traditam à gloſſ. in clem. generalem. de ætat. & qualit. ordin. quod ſi annus ſignificatur in ablatiuo, vt dicẽdo anno vigeſimoquinto quis poteſt eſſe ſacerdos requirit ſolũ inceptionẽ. Si vero ſignificat in genitiuo, ut qui ſit complementũ, ita dicit Io. de Ligna in d. cle. Bart. vero in l. ſi cui. de lega. 1. dicit, quod ſi proferatur in ablatiuo ſine præpoſitione, ſufficit in eo eſſe, ſi uero ſine, requiritur q; ſit completum, ſic in verſic. ætas, q. 2. §. 1.

Ioa. Bapt. Diximus CASVS. Omnes Clerici in ſacris cõſtituti uolebant appellari ſacerdotes illa ratione moti, quia ſunt in ſacris & verſantur circa res ſacras, vt cõſtat per § 1 2. & 3. hoc ti. noſtro. Solut. tñ vt hic dñ, arg. §. ſed quoties, inſt. de iure naturali, & ſic inde ceſſat quoq; obiectio. Not. pro intelligentia conſtitutionũ, quę aliquñ promulgantur circa clericos ſimpliciter, & ideo dubitatur de earũ intelligentia. No. 2. inde argumentũ, quod nomina propriè ſignificãt id quod eſt dignius, d. §. quoties

a Appellantur. Vt diſt. 83. ca. ſi quiſquam, & cap. ſi quiſquam, de cohab. mul. & cler. & not. de hoc, ſupra, vt prox. in prin.

DE HIS QVI SVNT IN MINORIBVS ordinibus conſtituti.

Ioa. Bapt. Poſt declarationem ſacerdotum & exiſtentium in ſacris, requirebatur uidere de conſtitutis in minoribus, § 1. in fine, ſupra de iur. perſon. ideo poſt præceden. tit. proponitur modo iſte, qui diuiditur in 3. parte: in prima habetur qui ſint iſti in minoribus conſtituti: in ſecunda quæ ſit differentia inter conſtitutos in maioribus, & conſtitutos in minoribus, in tertia quomodo tit. ſequentes debeant cõtinuari cum præcedentibus, ſecunda ibi, horum autem: tertia ibi, hucuſque.

Sunt igitur CASVS in tota hac parte ita figurari poteſt. Quidam volebant ordinari ad Ordines ſacros vnde fuit dubitatum, an opus ſibi eſſet prius ordinari ad aliquos Ordines inferiores, hoc .n. non uidebatur neceſſarium, quia qui cõſequitur aliquid, cõſequitur et omne quod ad id eſt neceſſarium arg. c. 1. de offic. de legat. confirmatur ea rõne, quod ſi alij inferiores Ordines eſſent dandi, ſequeretur, poteſtatem Diaconi & ſubdiaconi eſſe diminutam, ſi tales Ordines eſſent neceſſarij: quod non vr eſſe concedendum Sol. vt hic legimus, quia quo aliquid eſt sãctũ, eo ſanctius eſt tractandum, non obſtat obiectio, nec eius confirmatio, cum nõ congruentia id poſtulet, & requirat: Non tot Ordines requiri, quia conſiderãtur primo rõne ordinandorum, & ſic vel reſpectu diſpoſitionis; & hinc datur prima tonſura, vel reſpectu collationis, & hinc Epatus, vel conſiderantur rõne fidelium uolẽtium accedere ad corpus Christi, & ſic cum fideles primo debeant in Eccleſia admitti, datur Oſtiarius, ſecundo cum admiſſi debeant doceri, datur inde lectoratus, tertio cum aliquando ſpiritu immundo uexantur datur exorciſtatus: conſideratur tertio ratione præd. l. Corporis, & ſic cum primo debeat in clara luce conſecrari, datur Acolytatus: ſecundo celebratio fieri nequit niſi præparata materia, ideo inde habemus ſubdiaconatum: tertio cum conſecratio fiat alio etiam adhibito miniſtro propterea datur ſacerdotium, & diaconatus.

b SVnt igitur, Concor. cap. & ſi illa, § fi. 1. q. 7. & inde ſumitur.

ſcopi benedictione, cum quadam vaſorum, vel indumentorum diſtributione præſtantur: vt ſunt Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius. Acolytus [a] eſt is, ad quem præparatio luminum ſpectat, & qui cereum, à quo nomen quoque ducit, [b] deferre debet; quique ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis præparat. Exorciſta is eſt qui exorciſmos memoriter retinere debet; manuſque ſupra energumenos, & cathecumenos & in exorcizando [c] imponere. Lector autem is appellatur, cum lectiones [d] debet pronunciare: & ea, quæ Prophetæ vaticinati ſunt, populis [e] prædicare. Ad Oſtiarium pertinet claues Eccleſię, vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ ſunt iuris extraque cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos, & fideles [f] prouido iudicio repellat.

Pſalmiſtatus eſt minor ordo, & poteſt conferri a ſolo presbytero, h.d.

Eſt & Pſalmiſta, id eſt, Cantor, qui abſque ſcientia Epiſcopi presbytero ſolum iubente, & officium ſuſcipit cantandi, [g] qui & ipſe licet apud antiquos, dubitatum fuerit inter minores ordines cœptus eſt annumerari. [h]

Conſtituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere poſſunt ſed conſtituti in minoribus poſſunt, ſed ſi contrahant, priuantur beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis, h.d.

Horum autem, & ſacrorum valde diſpar eſt conditio: ſiquidem e[ſ]t illis ita continentia imperata, vt nunquam ad matrimo-

a Acolytus, &c. Vt cap. perlectis, diſt. 35. & capi a ſubdiacono, di. 93 & acolyto ſubeſt exorciſta, &c. ut d. c. a ſubdiacono.

ANT. TIMO. Latine dicitur ceroferarius a deportandis cereis quô legendum eſt Euangelium, cuius officium eſt præparare ipſa luminaria, & portare, ut dictum eſt; & eſt ſupremus ordo inter quatuor minores, uide per Mag. lib. 4. diſ. 24. & ibi per S. Tho. q. 2. & c. Acolytus diſt. 23.

b Ducit Vnde & ceroferarius Latino nomine appellat.

ANTO. TIM. Exorciſta ita Græce, Latine uero dr adiurans, uel increpans, cuius officium eſt inuocare, nomen dñi ſuper cathecumenos, & ſuper eos qui habent ſpũm immũdum. De quo, & quomodo fuerit ſignificatus in lege veteri, & exercitatus a Chriſto in noua lege, vide p Mag. in 4. ſenten. diſt. 24 & c. Exorciſta d. 23.

ANTO. TIM. Lector dicitur a legendo, verum qđ ſit eius officium, lege apud Mag. loco ſæpius citato l. 4. & c. perlectis, diſ. 25 & ca lector. d. 23 lege Vgonem de S. Victo lib. 2. de ſacr. c. 6

c Exorcizando. Hoc verbum hic deſignat ordinem apud iuriſtas appellatur verbum impoſtorum: ut l. 1. ff. de varijs & ex tra ord. cogn. Sed forte cum iuriſcõſultus eſſet paganus ſic loquebatur quaſi illudens alienæ religioni.

d Lectiones. Legendas in matutinis.

e Prædicare. Ideſt, legere, ne ſit contra, 16. q. 1. adiimus.

ANTO TIMO. Oſtiarius quis ſit, & quod officium eius lege apud, eundem Magiſt. & capitul. Oſtiarius, diſt. 23.

f Infideles. Sed contra cap. Epiſcopus nullum, de conſecra. diſt. 1. Reſpon. quidam quod ille canon, vel eſt correctus, uel abijt in deſuetudinem vel dic ut not. in d. cap. Epiſcopus nullum. Et quo modo & quibus cerimonijs hi ordines cõferantur, habetur d. 23 per totum.

ANTO. TIM. Quia Pſalmiſtatus ſit minor ordo: & quod poſſit conferri a ſolo presbytero, quod colligitur in ſumma io, loquitur hic ad mentẽ canoniſtarum ſecundum Ab. in d. ca. cum contingat de æta. & qualit. qui primum dicit pſalmiſtarum eſſe ordinem ex mente gloſſæ ibi; ſecundum quod poſſit conferri a presbytero, quam concluſionem ponit ibi Abbas de mente Ray. Hug. & Goffr. id dicentium, & gloſ. in d. ca. cum contingat quæ vere hoc non dicit, neque textus ibi; Sed loquitur tantum de Abba. cuius opinionem Theologos ſequatur, puto nõ eſſe veram, vide D. Bon. in 4. ſentẽ. diſt. 24. arti. 2. q. 2. & alios Doctores ibidem

g Cantandi. Et in hoc differt a lectore, cuius officium non eſt cãtare, vt ſupra in princ. vbi no. eſt enim inter hæc differentia ut per Abbat. in ca. quante de pœn. Et facit hoc ad ſtatuta, & contra eos qui tenentur cantare officium, non enim ſatisfaciunt legẽdo ſimpliciter, & quod quibus permittitur legere, non permittitur cantare.

h Annumerari. Vt capit. Pſalmiſta, diſt. 23 & hic ordo Pſalmiſtatus videtur confundere cum prima tonſura ut per Hoſt in Sũma de ord. ab Epiſcopo q̃ ii tenuit Epiſcopat. & Abbatem in capitu cum

Pſalmiſtatus & prima tonſura æquiparantur.

nium aſpirare valeant[a] his[b] autem, ſi ad ſuperiores ordines, pueri noluerint, matrimonium contrahere minime interdicitur:[c] ſed eo caſu non ſolum ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates, & adminiſtrationes[d] admittendi non ſunt: ſed etiam beneficijs, quæcumq; forte habuerint, priuandi erũt, nam nec ea ſine prauo exemplo poſſunt, & graui ſcandalo retinere; & tales bona Eccleſiaſtica dilapidare ſolent.

Ponit continuationem ad ſequentia, h.d.

Hucuſque ſingulariter tam de maiorib. ordinib. quam de minoribus, breuiter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quæ tam maiorum ordinum, quam minorum ſunt communia.

COMMVNIA TAM MAIORVM, quam minorum ordinum.

TIT. XXIIII.

Officium ordi.
- Minorum in maiores
  - Reuerentia.
  - Obedientia.
- Maiorum in minores
  - Diligant.
  - Proſint.
- Epiſcopi in ordinãdos
  - Inſtructio.
  - Scrutinium.
  - Modus
    - Quot pe.
    - Quis.
    - A quo.

Minores debent maioribus exhibere reuerentiam, h.d.

IN primis admonendi ſunt ij, qui minori ſub ordine conſtituti ſunt & officio, vt

contingat, de æta. & quali. & ut hic innuitur ualde fuit dubitatum, an eſſet reponendus inter ordines. & cõis eſt ſententia, quod ſit ordo, quod quomodo procedat, uide per Ioan Lupum in tract. de liber. Eccle. in 5. qõ. & per Nic. Plot. in tract. de Sacram. in c. 1. 6. partis, nume. 3. & per Doct. in d. ca. cum contingat.

Horum autem. CASVS Multi ſummopere cupiebant ordinari ad Ordines tã minores q̃ maiores, & cum iam promoti eſſent, fuit dubitatum an indifferenter teneantur ad continentiã, & cũ Matrimonium ſit Sacramentum ut eſt de fide, & a Cõcil. Trid. clare hodie decisum ſeſ. 7. videbatur inconueniens eos priuari hoc Sacramẽto, cum ad euitandũ quoque peccatum ſit inſtitutũ, Solutũ ut hic hr̃, quia quo magis quis vult vniri Deo, eo magis debet eſſe perfectus, non obſtat obiectio, quia Docto docent Sacramẽtum Matrimonij & vouere continentiam eſſe voluntatis. Nõ clericorũ quoſdã eſſe magis quoſdam uero minus Deo mancipatos & iõ quibuſdã p̃mittit, ut ualeant redire ad uitã ſæcularem, quibuſdã uero denegat.

a Valeant. Cap. 1. de cler. coniug. cũ multis, eod ti. niſi Papa diſpenſaret per ea quæ ponit Abb. in capit. cum olim extr. eod. tit. vbi ponit qđ non ſolum Papa poteſt ſingulariter diſpẽſare: ſed poteſt vniuerſalem legem facere, quod ſacerdotes poſſint ducere uxorem, quod etiam deberet facere ratione, de qua per eum ibi: quam tamen nõ puto neceſſariam, nec ueram.

ANT. TIMO. Et in c. 1. diſt. 32.

b His. Scilicet conſtitutis in minoribus ordinibus.

c Interdicitur, Extr. de cle. coniug. per totum.

d Adminiſtrationes. Vnde nec Vicarius Epiſcopi poterit eſſe talis, cum nõ poſſit habere adminiſtrationem eccleſiaſticam, quod tenent Doct. tam in ca. 2. de cler. coniug. q̃ in c. 1. eod. tit. in 6. niſi in tp̃ali iuriſdictione: ut per Ab. & alios, in c. 2. de iudic. ubi quod quãuis cũ his Papa diſpenſaret, qđ poſſent retinere beneficia, eis tñ cã criminalis clericorum non põt committi. Sed an & & in eo ſint diſſimiles quod non teneãtur dicere officium? Reſpõ. vt traditur per Abb. in c. 1. de cele. miſ.

COMMVNIA tam maiorum quam minorũ ord.

Vidimus hactenus de omnib. Ordinibus, ſequitur nunc videre quod cõe hẽant iuxta, §. ſi ſup ti. prox. & cum iſta cõmunia reperiãtur primo ex parte ipſorum Ordinũ, ideo ponitur hic præſens tit. qui diuiditur ĩ 2. partes, in 1. hr̃ reſpectus prædic. Ordinum adinuicem, in 2. Solennitas ordinandi, 2. ibi itẽ ſub grauis.

IN primis. CASVS Cum in quadam eccleſia eſſent clerici cuiuslibet Ordinis, orta fuit inter eos diſcordia, ſiquidẽ maiores petebant à minoribus obedientiam iuxta c. à ſubdiacono diſt. 93. & minores eam denegabãs præter actum executionis Ordinis, quia incluſio vnius, videtur excluſio alterius, capitul. nonne,

de

ijs, qui aut ordine præcellunt, aut officio reuerentiam, & obedientiam [a] exhibeant; nec per temeritatem alter alterius partes ſibi vendicet [b].

Maiores debent minoribus charitatem, h.d.

Maiores quoque meminerint ſe maiores eſſe, non dominos, & ob id inferioribus nõ tanquã ſubditis dominentur; ſed quaſi clericos honorẽt [c], & diligant, & tales ſint qui non ſolum præſint, verum etiam proſint [d].

Ordinatores debent inſtruere ordinandos in diuinis, h.d.

Item ſub grauis vltionis comminatione ex ordinatione generalis concilij [e] debent Epĩ [f] promouendos in ſacerdotes per ſeipſos, vel alios [g] idoneos viros ſup diuinis officijs, eccleſiaſticisq; ſacramentis diligenter

de præſumpt & Ideo quæſitum fuit quid iuris? So lu. vt hic dr̃, quia res omnes eo ſunt perfectæ quæ ſunt ordinatæ, rõnes aũt adductæ ſi rectè fuerunt conſideratæ, nedum non obſtant, ſed potius deciſionem confirmant Not argum. maioritatem, minoritatem, & obedientiam reperiri in ijs, quę ſunt ordinata.

a Obedientiam, c. à Subdiacono, d. 93. & per tot Solet iũ diſtingui, vtrũ aliquid Prælatus p̃cipiat ſententiando, an extraiudicialiter.

De his quæ pertinent ad officiũ, ac de his, q̃ nõ p̃tinent ad ſuum officium, ut late per Ant de Bat in ca. ad aures, de tẽ. or.

ANTO TIM. Hinc obedientia ab Odõ. Came. fic. Virtus qua legitimè ſuperiorũ præcepta exequatur, & eſt pars iuſtitiæ. Tenẽtur aũt inferiores obedire ſuis ſuperiorib regulariter quoad actus exteriores: nõ aũt quoad actus interiores intellectum, & voluntatem, quæ ſoli Deo ſubijciuntur, arg. text l. cogitationis. ff. de pœ. Vide multa de hac virtute apud S. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. In quibus autem non tenentur obedire, vt per eũdem S. Tho. in quodl. 1 art. 15. & quodl. 10 ar 10. & in 4 par. 21. q. 3. ar. 1 & Arch Flo. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 6. & Nau. in Man c. 23. nu 38.

b Videlicet Vt c. 1. de ſepul. Et quõ dicat quis trãſgredi terminos quos poſuerunt par. no. in d. cap. 1.

c Honorent. Vt d. 95. cap. eſto, vbi recenſetur illud Craſſi: Non erit mihi conſul, cui ego non ſim ſenator. Pone igitur quod Epiſcopus aliter ſe habeat contra clericum, quam debeat, nunquid clericus ſuo iure poterit obedientiam negare? Et uidetur arg. c. cum beatus, diſt 45. & d. c. eſto, §. 1. & 22. q. 5. ca. de forma, & fides non eſt ſeruanda non ſeruanti, cap. peruenit, 2. de iureiur. & fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit 28 q. 1. cap ſi infidelis, cum multis concor. poſitis in d. cap eſto, in verbo eſto. Conſultius tamen erit clerico, ſi per ſuperiorem agat, argu 11 q. 3. ſi Epiſcopus, & 9. q 3. ca. nunc vero. Et tolerandus eſt Prælatus vſque ad ſententiam. vt 8 q. 4. c. nonne.

ANT. TIMO Vnde meminerint Prælati ſe inferiores ſuos politicam potius retinere poteſtatem, quam deſpoticum dominium, quos iuſſit Apoſtol. imperare cum omni manſuetudine, 2. ad Timo. 4.

d Proſint. Agnominatio, vt & illa: Non eſt hic orator, ſed arator, & illa Cicer. Quis non potius hæc ficta credat, quam facta.

Item ſub grauis. Hæc pars ſubdiuiditur in 2. partes: in prima habetur, quæ ſolemnitas in ordinatione ſit ſeruanda, in 2. a quo Ordines ſint cõferendi 2. ibi, illud, quoad primum, hæc pars iterum diuiditur in 4. partes in prima habetur ſcrutinium præcedere Ordinationem: in 2 Ordines eſſe conferendos tempore debito: in tertia Ordinationem eſſe faciendã gradatim: in 4 dolum tamẽ Ordinatione, quã in executione eſſe euitãdũ: ſecunda ibi, igitur tertia ibi ſed nec, quarta ibi, q̃ ſi furtiuè, quoad primũ caſus ita figuratur. Quidã Abbas cupiebat ordinari & promoueri ad certam Abbatiã diœceſis Peruſinæ, & timens admitti, nolebat examinari, ſed rogauit quẽdam Card. vt vellet ſibi fauorem p̃ſtare ad id conſequendum, vñ fuit quæſitum quid iuris, cum. n. Religioſi ſint in ſtatu perfectionis, vt Theologi docent, vtrumque caput uidebatur ei concedendum. Sol tamen prout hic legimus, quia nec ordines, nec beneficia ſunt ſine cognitione cõferenda, ne temere in re tam graui procedatur, non obſt. obiectio, quia ſtatus ille eſt reſpectu charitatis, non autem ratione qualitatum, quæ ad id requiruntur Not Ordinandos eſſe inſtituendos, & examinandos. Not. 2. Examen principaliter demonſtrare an promouendus ad Ordines, vel beneficium ſit idoneus. Ioã Bapt.

e Concilij. Vt in c. cum ſit, de æta & qualit.

f Epiſcopi. Imò videtur quod hoc ſit munus Archidiaconorum, cap ad hæc, de offic. Arch in Solu. Examinationem bene facit Archidiaconus, vt in contrario, ſed inſtructionem facit ſolus Epiſcopus. Vnde dicit Innocen quod non excuſatur Epiſcopus ab hac inſtructione, licet Archidiaconus examinauerit. Vel fortè poſſet dici, quod hic loquitur quando in eccleſia non eſt Archidiacon. vt per Abb in cap. cum ſit, de æta & qualit. vbi & alia de hoc Vel forte non repugnat hoc, quia Archidiaconus facit vt Epiſcopi Vicarius, vt ſupra, de offic. Archid. in prin.

ANT. TIMO No. quod Epiſcopus promouens, indignum peccat mortaliter & ignorans indignus dicitur, ita S. Thom. in 4 ſenten. diſt. 24. q. 1. art. vlt. quilibet enim tenetur ſcire ea, quæ ad officium ſuum pertinent.

g Alij. Scilicet clericos ſuos, & de latere ſuo miſſos, 24 d. c. quando.

tus, cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus ſæculari curiæ traditur [a] puniēdus. Vnde celebranda erit talis degradatio, ſæculari præſente poteſtate, & cum perfecta fuerit, pronunciandum, vt ſæcularis Iudex degradatum, tanquam clericali priuilegio exutum in forum ſuum recipiat puniēdum. Pro quo tamen eccleſia debet intercedere, [b] vt citra mortis periculum in eum ſententia moderetur, & ſi impetrauerit, & degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinere.

Degradatus miſcens ſe ſacris excommunicatur. h.d.

Quod ſi cingulo militiæ cæleſtis exactoratus auſu temerario ſibi dudum [c] commiſſum audebit in poſterum attrectare miniſterium, etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorum erit abſcindendum.[d]

DE SACERDOTIBVS IN INferiori gradu conſtitutis.

TIT. XXI.

Miniſtri Eccleſiæ Dei.
- Sacerdotes
  - Summi.
    - Pontifex.
  - Maiores.
    - Patriarcha.
    - Archiepiſcopus.
    - Epiſcopus.
  - Inferiores. In Sac. ord.
    - Presbyteri.
    - Diaconi.
    - Subdiaconi.
- Miniſtri.
  - Inmin. ord.
    - Acolitus.
    - Exorciſta.
    - Lector.
    - Oſtiarius.

ri vet. ad tertium, & in ca. cum non ab homine, de iud. & no. in d. c. nouimus, in uer. traditur.

a Traditur. No. contra eos, qui dicunt non debere fieri traditionem realem, ne uideatur eccleſia conſentire effuſioni ſanguinis, de quo per Doctor. in c. nouimus, de verbor. ſign.

b Intercedere. Verè, & nō ficte, precib. & non per excōcationem, & fac. 17. q. 4. c. regū, & gl. præſenti. C. de his, qui ad eccle confug. Sed ad quid iſta intercesſio, cum ipſamet eccleſia poſſit eū mitiori pœna punire. Reſpond. ut per Abb. in ca. nouimus. de uerbor. ſignifi.

Quod ſi CASVS. Quidam Epiſcopus volebat vlterius punire degradatum cum ille immiſcuiſſet ſe in exercitio. Ordinum, quibus erat priuatus, vnde fuit de hoc dubitatum, uidebatur enim Epiſcopum id facere non poſſe, quia factum ob ſalutem proximi non meretur pœnam: & afflicto non eſt addenda afflictio, capit. penult. de cler. ægrotan. Solut. tamen vt hic habetur, ne tale delictum maneat impunitum. Non obſtant obiecta, quia præſumitur id mala intentione fuiſſe factum, cap. primo, de præſumpt. & noua afflictio datur ob nouam culpam: Not. argum. pœnam eſſe reiterandam, uel augendam quemadmodum reiteratur, vel augetur culpa.

c Dudum. Hæc dictio ponit qualitatem de præterito, & remouet de præſenti, licet quandoque prout etiam de præſenti, vt per Abb. in c. 1. de cler. excom. min. unde ſumitur.

d Abſcindemus, i. maiore excommunicatione feriendus, & hoc ſiue depoſitio fuerit iuſta, ſiue iniuſta, ut no. in c. 1. de cler. exc. min arg. tamen contra. 2. q. 5. c. qua de cauſa; ſed ibi diſpenſatum fuit, fac. diſtin. 6. c. a. Salonitanæ. Et intellige hoc, quod hic dicitur præuia monitione, alioqui non incurrit excommunicationem, vt per Abb. in c. 1. de cler. exc. min. Officiū autē dicere non ſolum nō uetatur, uerum etiā grauiter peccat non dicendo. Item ſi celebret ēt contra monitionem, tamen conficit corpus dominicum. Abb. in d. c. a.

ANT. TIM. Et ratio eſt, quia iſte per degradationē non amiſit characterem ſacerdotij, qui eſt indelebilis qualitas in anima impreſſa, ut per S. Thom. in 3. par. q. 33. ar. 8.

DE SACERDOTIBUS in inferiori gradu conſtitutis.

Quoniā auctor a ti. de Epiſcopis, & Sum. Pont. uſque ad præſentem locutus eſt de Sacerdotib. altioris gradus, ſequitur nunc uidere dicit hic tex. in prin. de ſacerdotibus inferioribus, & ideo proponitur iſte ti. qui diuiditur in 4. partes in 1. habetur continuatio; in 2. quot, & qui ſint iſti ſacerdotes in 3. vnde dicātur presbyteri; in 4. qualis ſit eorum poteſtas, a. ibi, & non. 3. ibi presbyteri. 4. ibi. epiſcopi nūc deſcēdamus. Caſus non figuratur. Not. tamen ex iſto prin. quod non ſolum in prin. lib. poteſt fieri Continuatio materiæ ad materiam, ſed etiam in partibus eius, §. fi. inſt. de vſu & habitu. Ioā. Bapt.

DE

a Deſcendamus. Appoſitè utitur hoc verbo, cum ſimus in metaphora graduū, & ſcalarum, & de Superioribus ad inferiora ſit deſcenſus.

b Non ſint. Scilicet propriè, abuſiue tamen & ipſi dicuntur ſacerdotes, c ſiquiſpiā, diſt. 81. & capit ſi quiſquam, de cohabi mul. & cler. & inf tit. 1. §. fi.

c Obiter. Arg. q̄ quæ aguntur incidenter non debent eſſe in conſideratione, fac l. j. ff. de auct. tut.

d Presbyteri. Licet autem Epiſcopi, & presbyteri æque ſint ſacerdotes, & in ſacerdotio conueniant: ordine tamen differunt, ſecundum Canoniſtas, licet Theologi teneāt cōtrariū, quod ordine nō differāt, ut no. ſup de iur. perſ. in uerbo ordine, intantū q̄d degradatus ab ordine Epiſcopali non cenſetur degradatus a ſacerdotali, uel presbyterali, ut per Abb. in c. ueritatis, de dol. & cōt. & no. ſup. tit. prox §. q̄d autem in uerſicu. minorib.

Epī. & pſbyteri differunt ordine.

ANT. TIMO. Pro opin. Theologorum, quod differunt dignitate, & officio, non ex ordine unde eorū rationes & conſiderationes in 4. ſenten. d. 24 D. Bonauen in 2. par. ar. 3. q 3. & Dur q 6. et S. Tho. in qq. addi. quæſt. 40. ar. 5. quamquā canoniſtis uideatur quodammodo fauere Concil. Trid. 23 c. 4.

Ioā. Bapt.

e Ineleganter. Sic inſtit. de iur. nat gent. & ciui. §. & non ineleganter.

f Sacerdotes Not. ex hac littera, quod appellatione ſacerdotū ueniunt etiā Epiſcopi, fac. it. c. olim. diſtin. 86. & c. clerico, diſt. 21. & inf. § prox. & not. in c. nō poteſt, de re iudic. In materia tamē pœnali, uel odioſa, appellatione ſacerdotū, non uenirent epi, quia habent alium ordinē, ſ. Epālē. Vide per Abb. in rub. de ui. ta, & ho. cle. & in d. c. nō p̄t, & in c. quia periculoſū & p Inn. in c ſedes, de reſcr. fact. no. p Abb. in c. 2. de pecu. cl. i prin.

ANT. TIMO. Sacerdotes autē ideo uocātur q̄a ſacrum dant, & quemadmodum, reges a regendo, ita ſacerdotes a ſacrificando dictos uolunt, quia conſecrant, & ſacrificāt Vel ſacerdos, id eſt, ſacer dux. Antiſtes ſi appellatur, quia ante ſtat, uide Magiſt. in 4. d 24. & c. clericos d. di. 21.

g Per Moyſem. Et ſic non Moyſes, ſed Deus, con cor. d. 21. in prin. unde ſumitur, & fac. c. eſto, §. quod autem, di. 95.

h Chriſto. Et ſic utroque tempore a Deo, & nō dicit a Deo per Chriſtum quia Chriſtus, qui inſtituit. Deus eſt, non ſic Moyſes.

i Septuaginta duos, ca. in nouo, in d. 21. & c. quamuis, diſt. 68.

k Tribuit. Fac.

Sacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. h. d.

NVnc deſcendamus [a] ad ſacerdotes in inferiore gradu conſtitutos, ſubſequenter poſtea de ijs dicturi, qui licet ſacerdotes non ſint, [b] in ſacris tamen conſtituti reperiuntur, ac demum de his, qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti; de quibus omnibus ſi quid ſuperius locuti fuimus, obiter [c] potius quam ex profeſſo locuti fuimus. Inferiores ſacerdotes ſunt presbyteri.

Sacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tam a teſtamento ueteri, quam nouo, h. d.

Et non inelegāter [e] ſacerdotes [f] in duos ordines diſtributi eſſe uidentur. Hæc. n. diſcretio tam in ueteri teſtamento a Deo p Moyſem [g] ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in ſummum Pontificē, filios vero eius inunxit in minores ſacerdotes, quā etiā in nouo ab ipſo Chriſto, [h] qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, ſeptuaginta [i] duos quaſi in minores inſtituit. Petrum uero quaſi ſummum ſacerdotē elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit. [k]

Presbyteri & Epiſcopi olim erant ijdem. ſed in remed. ſchiſmatis de presbyteris unus electus eſt, qui Epiſcopus dicitur. h. d.

Presbyterum autē, & Epiſcopū ſunt qui eundē olim extitiſſe affirmēt, [l] & aliud æta

Et non. CASVS. In hac parte commode non figuratur, cum autor referat presbyt. diuiſionem quam ſupra ti de iure perſo §. 1 poſuit: unde not. iſtam diuiſionem eſſe uere, qui natura docet ordinem dari, ubi multitudo adeſt. No ſecundo cauſam qua conſtituitur ſuperior diuerſam poſſe aſſignari, iuxta id q̄d hic legimus, & in ca. olim, d. 95.

§. fin. ſup. de Epiſcopis, & Summ. Pontific. & not. hic, quod ualet argumentum de clericis ueteris teſtamenti ad clericos hodiernos, quo intelligendum eſt ubi eadem eſt ratio, alias ſecus, ut diſtinct. 81 quaſi per totum, & in ca. translato, & ibi not de conſtitu. & capitu. nouum ubi Abb. no de decim.

l Affirment Diſt. 93. cap. legimus, & c olim. diſt. 95. &

tis illud dignitatis fuiſſe nomē. Sed cū multi in ſingulis eccleſiis presbyteri conſtitueren- ti eſſent in remediū ſchiſmatis factū eſſe, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris eſſet præponendus. Electum autē Epiſcopi retinuiſſe nomē, eligentes presbyterū. quorum erga Epiſcopos uſq. adeo creuit honor, ut illis tanquā prælatis cęperint obedire.[a] Nec iam ꝓ ſacerdotibus habeātur [b] qui nullius Epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur.

Presbyter appellatur potius a prudentia, quā ab annos. h.d.

Presbyteri [c] uero nomen quamquā a ſenectute ſic ſumptum, magis tamen ſapiētia [d] iudicat maturitatem, quam corporis canitiem.[e]

Quæſit presbyterorum poteſtas, & auctoritas. h.d.

Epiſcopi [f] igitur ac ꝑsbyteri nō penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorū diſpēſatio. Illorū [g] enim quæ gerere poteſt Eps, quædam presbyter ſuo iure, quædā illius ꝑmiſſione exequitur, quędam uero nullo pacto poteſt attingere. Proprio iure presbyter. Dominici corporis, ac ſanguinis conſecrationē, [h] & Epiſcopo præſēte celebrat: in ſitu s baptizat, [i] ſāctificato oleo inūgit, benedicit, [k] & d e occultis peccatis pęnitētes, uel i

95. & c. quiſquis, &c. porro, di. 83. Sed uidetur, ꝙ hæc litera contrarietur proximæ præcedenti cum ibi dicatur, ꝙ differentia fuit ab initio, & ab origine ſacerdotiſ; hic ꝙ a principio iidem erāt presbyteri. & Epi. Sol. ut no. in d. ca. legimus, in uer. poſtea. uel hic loquitur referendo opinionē Hieron. quā tñ nec approbat, nec improbat.

ANTO TIMO. De hæc opinione. quod olim idem fuerit presbyter, & Eps. quia perperam tribuitur S. Hieron. per d. c. legimus, di. 93. & c. olim, di. 95. cuius loci explanationē vide apud S. Th. 2. 2. q. 184. arti. 6 ad 2. & infra in additionib glo in §. fi. in uerbo referatur. tu uero nota hic in contex circa auctoris circunſpectionē, qui alia uertens, hoc in loco hāc opinionē, quæ S. Hiero. cōiter tribuitur male admodum ſonare, Ita leuiter eam pertractat, ut uideatur potius legentem admonere, quā aliquo mō eam approbare.

a Obedire. Ca. 1. diſt. 95.

b Habeantur. Et dicuntur tales Acephali, i. ſine capite, ut cap nulla, & c. qui ſuis d 63. & 18. q. 2. c. Abbatibus, qui tamen ex priuilegio Pape non ſubſunt, non ſunt Acephali, quia Papa Epiſcopus eſt eorum arg. ext. de priu. quaſi per totum. Tales ergo ſi. ut excommunicatos debet quilibet excludere ab eccleſia, c. 2 de paroc. & a. I. en. paroc & not in d. ca. nulla. Et facit hæc littera pro prælatis, quod etiam eremitæ ſubſint Epiſcopo, in cuius territorio ſunt, 16. q. 1. c. qui uere, & no. in d. c. nulla. Eremitæ cui ſubſunt.

Presbyteri CASVS non figuratur. No. tamen hanc presbyteri etymologiam eſſe aſſignatā ab eo quod eſſe debet, arg. pen. ff. de iuſt. & iu. Io. Bapt.

c Presbyteri. Concor cap. quiſquis, & c. porro, diſtin. 84.

ANT. TIM Presbyter enim græce, ſenior latine interpretatur, non modo propter ætatem, & decrepitam ſenectutem, ſed propter honorem, &

dignitatem quam acceperant, inquit Magiſter d. 14. Alij autem presbyter quaſi præbens iter.

d Sapientiæ, 35. q. 6 c. 2. ſic ac diſt. c. de quibus.

e Canitiē. Vnde quāuis nongentis, & amplius annis ab Adam uſq; ad Abraham uixiſſe homines legamus, nullus, alius appellatus eſt presbyter, niſi Abrahā qui multo paucioribus uixit annis, quā ſui antecesſores. Nec obſtat ꝙ legatur de Melchiſedech, qui fuit Abrahæ contemporaneus, cap porro, alias fi. & ibi nota di. 84.

Epiſcopis igitur. Io. Bapt. CASVS. Quidam Sacerdos uolebat exercere indifferēter poteſtatē Ordinis, ac poteſtatem Iuriſdōnis, illa rōne motus, quod cū eſſet ſibi data poteſtas circa id, qđ eſt plus, vř quoq; conceſſa circa id quod eſt minus eiui licet, de reg. iuris l 6. nihil enim maius reperiri poteſt quam conſecrare corpus Chriſti & ideo fuit q̄ſitum quid iuris. Solu. ut hic legimus, quia ſi ſecus eſſet diſtinctio de Sacerdotib. ad nō. ſupr eo. § & nō redderetur fruſtratoria & uana quod eſſet inconueniēs, obiectio aūt in cōtrarium adducta intelligitur in iis, quæ ſunt eiuſd ordinis & naturæ, ſecus in aliis Not. Sacerdotes inferiores partim hr̄e quid proprium, & partim quid cōe cum Epis. Not. qualiter illa quæ ſunt ꝑtātis ordinis, poſſent delegari, ꝙ contingit non dando ꝑtātem, ſed licentiam, & tunc ig tur in perſona eiuſdem ordinis, de qua e cap oſe dōcent Doc in c. quanto de conſuet. & c. aqua, de conſe. cum ſimi.

f igitur. Q 1. non mirū ſi eſt ſimilis diſpenſatio vel ꝑtās epōrum & ꝑsbyterorū, cū ſint ſere idem.

g Illorum enim, & c. Not hic quaſi duo extrema cum ſuo medio.

h Conſecrationem Vt c. legimus, di. 93. & c. eccle. diſt 95.

i Baptizat. c. 3 & c. 9. de offi. Archipresb. ubi probantur plura, quæ hic ponuntur.

K Benedicit. Nō tñ bened. ctione ſolenni, Et ſic reli-

teſtificatione,ac declaratione omnium,quæ hic po nuntur,& cumulantur,uide in d 91 c.1.ea. ecce & c.presbyteros.diſt 95 capit.miniſtrare,26.qõ 6. & not.in cap.& 3.de offi.archipresby. & per Hoſt.in Summa de offic.archipresb.ver.5.& cap. peruenit, diſt.95. & per Fit ma.in tract.de E piſ lib.3. in 1.pat. nu.14.

teri,vt dictũ fuit ſupra:quod cum abſtulerint.dein de Apoſtoli ad remouendum ſchiſma, factum eſt hoc ex ritu,quod Apoſtoli impediuerunt, quo minus presbyteri in poſterũ poſſent imprimere characterem alios ordinando,qui error fluxit ex verbis D Hiero.male intellectis,in c. olim,d.95. Ex quibus verbis, colligunt nonnulli,tẽpore Apoſtolorũ idem fuiſſe Epõs, & presbyteros,quod intelligendum eſt ſecundum S.Tho. id fuiſſe verum quo ad nomen:nõ quo ad rẽ, ex quo in primitiua illa eccleſia promiſcue Apoſtoli appellarent presbyteros Epiſcopos; & Epiſcopos presbyteros, non quod inter eos non fuerit ſemper realis differentia, ita docet S.Tho.2.2. q.184. arti.6.ad pri.vnde dicere Epm non differre a presbytero, inter hæretica dogmata numerat S.Augu.in lib. de hæreſibus.

a Publice,cap.miniſtrare,25.q 6.

b Solis Epiſcopis. Diuerſimode tamen hæc Epiſcopis reſeruantur. Nam poteſtas exercendi [?] ita reſeruatur Epiſcopis, ut poſſit et transferri,in non Epiſcopos,et meros laicos,ſi Papa tribuat hanc poteſtatem: vt per Ab. & alios in c eccleſia S. Mariæ,& in cap.2 de iud.& in capi. fin. de cler.ægrot. mini. Alia vero, quæ hic dicuntur reſeruata, non poſſunt per non Epiſcopos exerceri,capit. aqua. de conſecra. eccleſ. vel alt. & per Doct. in locis ſupra allegat. & in cap. quanto, de conſuetud. fac. ca. quamuis,diſtinct. 88.

c Reſeruatur. Nota ergo ex hac litera coniuncta cum §. presbyterum ſupra eod. quod ritus Apoſtolorum circa ſacramenta habent impedire characteris impreſſionem: nam ſi ſimplex presbyter ordines conferret nihil conferret vt capit.quanto, de conſuetud.vbi etiam Abba.not. cum tamen poſt mortem Chriſti idem eſſet presbyter, & Epiſcopus, & promiſcue presbyteri conferre omnia ſacramenta: ut c.olim, diſtinct 95.& capitu. legimus, diſtinct 93 ſed diſcretio fuit inuenta ad ſchiſmata ſedanda, & tollenda.

extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi poteſtatem habet.

Presbyter epiſcopo permittente chriſmat, & valet,h.d.

Epiſcopo permittente,aut vltima cogente neceſſitate, & baptizatos ſacro linire chriſmate, & virgines Deo dicare presbyteris conceditur.

Quæ ſint epiſcopis reſeruata,h.d.

Eccleſias vero erigere, cõſecrare,recõciliare,ſacrũ chriſma conficere,clericos ordinare,excõmunicare,pęnitentes publice [a] reconciliare,ſolis epiſcopis [b] reſeruatur.

DE IIS QVI IN SACRIS, *ſunt conſtituti.*

TIT. XXII.

In ſacris ſunt
- Subdiaconus
  - Inſtitutio.
  - Officium.
  - Aetas.
- Diaconus.
  - Officium.
  - Aetas.
- Sacerdos.
  - Officium.
  - Aetas.

In ſacris conſtituti ſunt diaconi, & ſubdiaconi, & diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus adſiſtere, nouum teſtamentum prædicare, h.d.

DE IIS QVI ſunt in ſacris conſtituti.

Poſt tractatum de ſacerdotibus ſequitur uidere de eorũdẽ miniſtris; & qm̃ conſtituti in ſacris immediate eis ſeruiunt iõ proponitur nunc ti. iſte iux. §.1 ſup. de iure per & ſup. tit.prox.in princ. qui diuiditur in tres partes: in prima habetur qui ſint iſti in ſacris conſtituti,& qualiſ ſit eorum officium;in ſecunda, cuius ætatis debẽt eſſe: in tertia,quid intelligere debeamus per hoc nomen ſacerdotis,ſecunda ibi,ſicut autem,tertia ibi diximus autem.

d IN ſacris, ſcilicet ordinibus Sed nonne omnes ordines eccleſiaſtici dicuntur ſacri? ut no. diſt.32. in ſumma,& per Abbat in c.tuis de præb Dic qđ per excellentiam a ſubdiaconatu incluſiue ſupra dicuntur ſacri quia magis participant de ſacramẽto corporis Chriſti,ut per Abb.in cap.ſi quis clericorum, de cler. coniug & præcludunt viam pœnitentiæ, ut infra lit.prox.§.fin.capitu.cum ex eo de elect.in 6.

ANTO. TIMO. Nota circa illud,qđ refert hic gloſſ ex ſententia Abb. n d c. quanto de conſuet. quod etiam retulit infra in lib 2.de ſacr. criſma §. 2 in verbo reputabitur ex eodem Abbate ibidem, cuius dictum eſt quod ritus Apoſtolorum habent impedire characteris impreſſionem:nam ſuppoſito illo,quod olim ijdem eſſent Epiſcopi,& presby

Sicut autem presbyteri:[a] ita etiam vtriuſque debent obedientiam, diaconi,[b] ad quos Epiſcopum prædicantem ab inſidijs cuſtodire pertinet, ne aut ipſe quoquomodo lædatur, aut diuina verba per detractores polluantur:[c] Sacerdotib. quoque celebrantibus in omnib. aſſiſtent.[d] & Euangelium ad populum prædicabunt.

Diaconi præſentibus, epiſcopo, vel presbytero nec baptizant, nec Euchariſtiam erogant, niſi ex neceſſitate, h. d.

Sed nec baptizare præſēte[e] Epiſcopo, aut presbytero, nec Dominici corporis Euchariſtiā populo erogare audere debent, niſi prædictis omnibus longius fortaſſe conſtitutis, neceſſitas[f] ad id extrema eos compellat.

Primitiua Eccleſia non habuit ſubdiaconos, et apud antiquos ſubdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines, ſed poſtea & is ordo inter ſacros captus haberi, h. d.

Subdiaconos licet & eccleſia primitiua legatur habuiſſe;[g] talis tñ ordo apud antiquos

Sicut autem. Hæc pars diuiditur in 2. partes. In prima demonſtratur qui ſint Diaconi, in ſecūda qui ſint ſubdiaconi ſecunda ibi, ſubdiaconus: quoad primum Caſus ita figuratur. Cum Epiſcopi & Sacerdotes debeant habere certos miniſtros, inter quos vnus reperitur qui dicitur Diaconus, fuit quæſitum an officium eius ſit obedire ſacerdotibus, Epiſcopum prædicantem defendere, euangelium populo prædicare, ac ſacramēta Bapt. & Euchariſt. fidelibus erogare neceſſitate ſuadēte, quamuis ante uidebatur mādendum iuſſu Epiſcopi & ſacerdotis ipſum ad ſententium teneri, cum eius ſit miniſter. Sol. tñ eſt tenēda, quā hic legimus, ſiquidem ſi eius officium eſſet ita indifferens, poſſet in celebratione & adminiſtratione diuinorum oriri confuſio, & propterea, videtur ceſſare etiā obiectio. Not. primo diaconum tenere primū locum poſt ſacerdotē, & ideo eius officium eſt altius & dignius officio aliorum miniſtrorum. No. aliud eſſe ſacramenta conficere & aliud adminiſtrare, & ideo adminiſtratio aliquando ex cauſa conceditur ijs qui ſunt inferioris Ordinis.

a Presbyteri, Vt ſup. titul proxi. §. presbyterum ad quem ſtylus orationis uidetur continuari.

b Diaconi, Cap. a ſubdiacono, diſt. 93. facit ex ſtatuimus, de ma. & obed. Hoc enim ſuadet iuſtitia vt maior ſeruiat minori, 33 qd vlt eſt ordo niſi tamen minor adminiſtratione maior ſit, diſt. 95. c. 1. vel niſi teneat locum ſuperioris, diſt. 61. c. ſi. Et hi in vna quaque ciuitate debent eſſe ſeptem, c. diaconi, a & 3. di. 93. & legitur in Act. Apoſt. c. 6. Et hoc ſi facultates eccleſiæ ſufficiunt: alias ſufficiūt duo: ut 7. q. 1. cap. illud.

ANT. TIMO. Diaconus Græce, miniſter dicitur Latine; quia eſt ſacerdotis immediatus miniſter: eſt autem miniſter non alicuius ſacramenti; ſed aliquorum ſacramentalium, ſicut exorciſmi & expulſionis immundorum a diuinis. S. Thom. 4 ſent. diſt. 5. ar. 1.

c Polluantur c. diaconi, a diſt. 93.

d Aſſiſtent, diſtin. ct. 25. capitu. perlectis, §. ad diaconum.

ANT. TIMO. Vnde ad diaconum non pertinet quaſi ex officio proprio tradere ſacramentum Baptiſmi, ſed in collatione huius ſacramenti, & aliorū aſſiſtere, & miniſtrare maioribus. S. Thom. par. 3 q. 67 art. 1.

e Præſente. Vt diſt. 93. c. diacones. & c. præſente.

f Neceſſitas. Not. q ubi neceſſitas exigit & preſbyter eſt abſens, diaconus etiā iure ſuo baptizat, c. diaconus, & c. præſente. d. 93. & Euchariſtiam erogare ſi præſſerit conſecratio presbyteri: ſed præſente presbytero in eccleſia non poteſt, et ſi ſubſit neceſſitas, niſi presbyter iuſſerit, ut not. in c. diaconus, & ca. peruenit, dl 93.

ANT. TIMO. Facit hæc vel ex neceſſitate, vel iuſſu Epi, non eſt n. hoc eius officium ſed proprie diaconus eſt diſpenſator ſanguinis Xpi in calice, ſecundū Archid. Flor. & S. Th. in 4. ſent. diſt. 13. q. 1 art. vlt.

Subdiaconus. CASVS. Cum inter conſtitutos in ſacris reperiatur quoque ſubdiaconus, & propterea de eo hic tractet, ut etiam nomen denotat, fuit quæſitum an iſte conuenienter connumeretur inter conſtitutos in ſacris, an poſſet eli gi in Epiſcopum, & an debeat præparare vaſa, & alia neceſſaria ad actum conſecrandi, & primo videbatur de iure reſpondendum non eſſe de primo dubitandum, cum ſit ordinatus ad ſacramen ord. nec poſſe in Epiſcopum aligi argumento cap. licet canon. de elect. in 6 intra annum enim non poſſet ordinari ad ordinem Epiſcopalem, neceſſaria autem ad conſecrationem præparare, videtur ſuperfluum, cum detur diaconus. Solu. tamen hic . . . habetur, & ratio eſt, quia antiquitus de primo capite dubitabatur. de ſecundo videtur ſatis ipſum eſſe in ſacris, cum etiam iſte proprie dicatur perſona Eccl. de tertio denique congruentius id iudicabatur, unde ceſſant obiecta, quia iſtud eſſe in ſacris habe. quid ſpeciale, ut Theologi docent tex. in d. can. licet limitatur in hoc caſu, ut citius fiat iſta promotio, tertium denique remanet ſolutum ob præd. congruentiam, Not. primo ſubdiaconi eſſe perſonam in ſacris conſtitutam ex eo quod poſtea declaratum eſt Not. ſubdiaconum & ſecundum vocem, & ſecundum veritatem eſſe diacono ſubiectum, & ideo debet ſacerdotibus ſeruire mediante diacono.

g Habuiſſe, Cap. Epi. d. 35. & d. 25. c. 1. & c. fin.

ANT.

ANT. TIMOT. Hodie in eccleſia Dei eſt ordo, & miniſtrat ſacerdoti, ſed medietate, ideſt medio diacono. Eſt autem hic ordo ſubdiaconatus primus ex ſacris, qui nuda manu poteſt tangere ſacra vaſa, ſecundum Pet. de Palu.

Sicut autem CASVS. Cum miniſtri Eccleſiæ ideo ad Ordines promouentur, vt adminiſtrent diuina, fuit propterea quæſitum in qua ætate debeant eſſe conſtituti, & ſicut ætas 14. annorum in iudicio ſpirituali ſufficiens iudicata fuit, c. fi. de iudi. in 6. & ita hoc idem in præſenti videbatur dicendum. Solu. tamen vt hic habemus, & nouiſſimè in Conc. Trid. à glo. adnota. quia maius in hoc adeſt periculum. Non obſtat obiectio ob diuerſam naturā caſuum. No. ætatem diuerſam ad Ordines requiri de iure humano, non autem ex natura Ordinis, & ideo fuit ab eod. iure uariata. Ioſ.Bapt

inter ſacros non annumerabitur: paulatim tamen poſt aliquot temporum curricula cęptus eſt & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi, eiſque ad ſimilitudinem tā presbyterorum, quam diaconorum continentia fuit impetrata [a].

Subdiaconus poteſt eligi in epiſcopum, h.

Cumque à multis, an in epiſcopum ſubdiaconus eligi valeret, hæſitaretur, nouiſſimè poſt Vrbanum Innocentii proceſſit conſtitutio [b], quæ vt is quoque in epiſcopum liberè eligi valeat, declarauit ac ſtatuit.

Circa quæ uerſetur officium ſubdiaconi, h. d.

Diaconum igitur ſubdiaconus ſubſequitur [c], ad quem calicem, & patenam ad altare deferre pertinet [d], & Leuitis tradere, eiſque miniſtrare. Vrceolum quoque, & aquā, mantile, & manutergium tenere, epiſcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimo octauo anno diaconus in uigeſimo, presbyter in vigeſimo quinto.

Sicut autem ſubdiacono minus creditur, [e] quam diacono, & diacono minus quam presbytero committitur, ita ad ſubdiaconatum minor ætas [f], quam diaconatum, & ad diaconatum minor quam ad presbyteratum ſuffragatur. Poterit igitur hodie quis, niſi aliud canonicum obſiſtat impedimentum, decimo octauo natus anno ad primum ſacrum ordinem, [g] vigeſimo ad ſecundum, ad presbyteratum vigeſimo quinto promoueri.

a Impetrata. Vt diſt. 28. c. decreuimus, & c. nullum, & c. 2. de cle. coniug. & ca. à multis de æta. & quali. & c. miramur, de ſeruis non ordi. Sed quomodo eccleſia imperauit continentiam, cum illa voti ſit, non præcepti, vt 32. q. 1. c. integritas. Reſp. eccleſia neminē cogit continere, ſed in ordine, quem dat, poteſt imponere legem, quā vult, ſicut quilibet alius in traditione rer. ſuar. l. in traditionib. ff. de pacto. Ex quo enim honoratur, dignum eſt, vt oneretur, 6. quæſ. 6. de lapſis, & not. in d. c. nullū. Interdum tñ c. ſi ſubdiaconis diſpenſatur, c. preſbyterum, d. 28. c. ſane, de cl. coniu.

ANT. TIM. Tenentur in trib. ordinib. maioribus conſtituti ad caſtitatem, S. Thomas in 4. ſent. diſt. 24. vt mundi ſint qui ſacra tractant. Vide rōnes, cur clericos eccleſia ad cōtinentiam obligauerit apud S. Th. in 4. ſent. diſt. 37. ar. 1. quæſ. 3. Vnde B. Dyon. de eccleſ. Hierar. capit. 2. inquit. Deputantur enim ad ſacra tractanda, quædam mundos tangere nefas eſt, & diſtinctio. 32. c. 1.

e Creditur. Committitur, leg. quod vulgo, ff. ad Macedon. & ſtatim ſequitur in hac littera.

f Aetas. Quia ab ætate arguit maturitas iudicij. Sed quid ſi impubes, & iudicio carens ordinetur ad ordinem ſacrū an ſuſcipiat characterem. Reſpon. ſuſcipit, nec. n. quod ſuſcepturus ordines ſacros debeat hr̄e annos diſcretionis eſt ſubſtantia ordinis, ſed de neceſſitate præcepti. Vnde licet in tali collatione peccetur, tenet tamen collatio, de hoc vide in capit. vel non eſt, de tēpo. ord.

g Decimo octauo. Et ſufficit, qđ ſit inchoatus, ut no. in cl. fi. de æta. & qualit. vnde ſumitur. Sed hodie hæc materia eſt tota per Con. Tridē. reformata. Nec. n. ad ſubdiaconatū quis ordinari poteſt ante 22. ad diaconatū ante 25. ad presbyteratum ante uigeſimum quintum, & ſi quis ſit regularis, ut per d. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. quidquid dicatur in c. 1. & in c. peruenit, d. 77. & in ca. 2. c. 3. & c. fi. diſt. 78. & in c. de his, diſt. 28. Sed quæ

b Conſtitutio. Quæ eſt in capit. multis, de ætat. & qualitat.

c Subſequitur. Inde & ſubdiaconus dicitur.

d Pertinet. Sic cap. perlectis, §. ad ſubdiaconum, diſt. 25.

ANT. TIMO. Ità S. Thom. in 3. par. in qq. addi. q. 87. art. 3.

eſt ætas minorum ordinum? Reſp. maior infantia, c. de his, diſt. 28. & c. nullus, de temp. ordi. in 6.

ANTO TIMO Nota circa annorum numerum regulam generalem traditam à gloſſ. in clem. generalem. de ætat. & qualit. ordin. quod ſi annus ſignificatur in ablatiuo, vt dicẽdo anno vigeſimoquinto quis poteſt eſſe ſacerdos requirit ſolũ inceptionẽ. Si vero ſignificat in genitiuo, tũ qui ſit complemẽtũ, ita dicit Io. de Ligna in d. cle. Bart. vero in l. ſi cui. de lega. 2. dicit, quod ſi proferatur in ablatiuo ſine præpoſitione, ſufficit in eo eſſe, ſi uero ſine, requiritur q́ ſit complẽtum, ſic in vt ſic. ætas, q. 2. §. 1.

Ioã. Bapt. Diximus CASVS Omnes Clerici in ſacris cõſtituti uolebant appellari ſacerdotes illa ratione moti, quia ſunt in ſacris & verſantur circa res ſacras, vt cõſtat per § 1. 2. & 3. hoc ti. noſtro. Solutiõ vt hic dr, arg. §. ſed quoties, inſt. de iu re naturali, & ſic inde ceſſat quoq; obiectio. Not. pro intelligentia conſtitutionũ, quę aliq̃ promulgantur circa clericos ſimpliciter, & ideo dubitatur de earũ intelligentia. No. 3. inde argumentũ, quod nomina propriè ſignificãt id quod eſt dignius, d. §. quoties

conſtitutos in maioribus, & conſtitutos in minoribus, in tertia quomodo tit. ſequentes debeant cõtinuari cum præcedentibus, ſecunda ibi, horum autem tertia ibi, huc uſque.

Sunt igitur CASVS in tota hac parte ita figurari poteſt. Quidam volebant ordinari ad Ordines ſacros vnde fuit dubitatum, an opus ſibi eſſet prius ordinari ad aliquos Ordines inferiores, hoc .n. non uidebatur neceſſarium, quia qui cõſequitur aliquid, cõſequitur & omne quod ad id eſt neceſſarium arg. c. 1. de offic. de legat. confirmatur ea rõne, quod ſi alij inferiores Ordines eſſent dandi, ſequeretur, poteſtatem Diaconi & ſubdiaconi eſſe diminutam, ſi tales Ordines eſſent neceſſarij, quod non vf eſſe concedendum Sol. vt hic legimus, quia quo aliquid eſt ſãctũ, eo ſanctius eſt tractandum, non obſtat obiectio, nec eius confirmatio, cum nõ congruentia id poſtulet, & requirat. Non tot Ordines requiri, quia conſiderãtur primo rõne ordinandorum, & ſic vel reſpectu diſpoſitionis, & hinc datur prima tonſura, vel reſpectu collationis, & hinc Epatus, vel conſiderantur rõne fidelium uolẽtium accedere ad corpus Chriſti, & ſic cum fideles primo debeant in Eccleſia admitti, datur Oſtiarius, ſecundo cum admiſſi debeant doceri, datur inde lectoratus, tertio cum aliquando ſpiritu immundo uexantur datur exorciſtatus: conſideratur tertio ratione præd. l. Corporis, & ſic cum primo debeat in clara luce conſecrari, datur Acolytatus: ſecundo celebratio fieri nequit niſi præparata materia, ideo inde habemus ſubdiaconatum: tertio cum conſecratio fiat alio etiam adhibito miniſtro propterea datur ſacerdotium, & diaconatus.

Propriè ſacerdotes appellantur, qui Euchariſtiam conficiunt; impropriè etiam diaconus, & ſubdiaconus, h. d.

Diximus autem diaconum, & ſubdiaconum non eſſe ſacerdotes, proprietatem ſermonis attendentes. Propriè enim ſacerdos is eſt appellandus, cui ſacrificium corporis, & ſanguinis Dominici in altari conficere permittitur. Cæterum & ipſi interdum ſacerdotes appellantur [a] ſed per abuſionem. Vidimus hactenus de ijs, qui in maioribus ſunt ordinibus conſtituti: nunc videamus de ijs, qui in Eccleſia Dei minoribus ſunt ordinibus inſigniti.

DE HIS QVI SVNT IN minoribus ordinibus conſtituti.

TIT. XXIII.

Ordines minores.
- Acolytus.
- Exorciſta.
- Lector.
- Oſtiarius.

Minores ordines ſunt Acolytatus, exorciſtatus, lectoratus, & oſtiariatus, h. d.

SVnt igitur [b] in eccleſia alii minores ordines q̃ ſine ſacramẽtali unctione ſola Epi-

a Appellantur. Vt diſt. 83. ca. ſi quiſquam, & cap. ſi quiſquam, de cohab. mul. & cler & nnt. de hoc, ſupra, vt prox. in prin.

b Svnt igitur. Concor. cap. & ſi illa, § ſi. 1. q. 7. & inde ſumitur.

DE HIS QVI SVNT IN MINORIBVS ordinibus conſtituti.

Ioã. Bapt. Poſt declarationem ſacerdotum & exiſtentium in ſacris, requirebatur uidere de conſtitutis in minoribus, § 1. in fine, ſupra de iur. perſon. ideo poſt præceden. tit. proponitur modo iſte, qui diuiditur in 3. partes: in prima habetur qui ſint iſti in minoribus conſtituti: in ſecunda quæ ſit differentia inter

Aco-

ſcopi benedictione, cum quadam vaſorum, vel indumentorum diſtributione præſtantur: vt ſunt Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius. Acolytus [a] eſt is, ad quem præparatio luminum ſpectat, & qui cereum, à quo nomen quoque ducit, [b] deferre debet; quique ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis præparat. Exorciſta is eſt qui exorciſmos memoriter retinere debet; manuſque ſupra energumenos, & cathecumenos & in exorcizando [c] imponere. Lector autem is appellatur, cum lectiones [d] debet pronunciare: & ea, quæ Prophetæ vaticinati ſunt, populis prædicare. [e] Ad Oſtiarium pertinet claues Eccleſię, vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ ſunt iuris extra que cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos, & fideles [f] prouido iudicio repellat.

Pſalmiſtatus eſt minor ordo, & poteſt conferri a ſolo presbytero, h.d.

Eſt & Pſalmiſta, ideſt, Cantor, qui abſque ſcientia Epiſcopi presbytero ſolum iubente, & officium ſuſcipit cantandi, [g] qui & ipſe licet apud antiquos, dubitatum fuerit inter minores ordines cœptus eſt annumerari. [h]

Conſtituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere poſſunt ſed conſtituti in minoribus poſſunt, ſed ſi contrahant, priuantur beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis, h.d.

Horum autem, & ſacrorum valde diſpar eſt conditio: ſiquidem eſt illis ita continentia imperata, vt nũquam ad matrimo-

a Acolytus, &c. Vt cap. perlectis, diſt. 35. & capi a ſubdiacono, di. 93 & acolyto ſubeſt exorciſta, &c. ut d.c. ſubdiacono.

ANT. TIMO. Latine dicitur ceroferarius a deportandis cereis qñ legendum eſt Euangelium, cuius officium eſt præparare ipſa luminaria, & portare, ut dictum eſt, & eſt ſupremus ordo inter quatuor minores, uide per Mag. lib. 4. diſ 24. & ibi per S. Tho. q. 2. & c. Acolytus diſt. 23.

b Ducit. Vnde & ceroferarius Latino nōie appellat.

ANTO. TIM. Exorciſta ita Græce, Latine uero dr adiurans, uel increpans, cuius officium eſt inuocare nomen dñi ſuper cathecumenos, & ſuper eos qui habent ſpũm inmũdum. De quo, & quomodo fuerit ſignificatus in lege veteri, & exercitatus a Chriſto in noua lege, vide p Mag. in 4. ſentent. diſt. 24 & c. Exorciſta d. 23.

ANTO. TIM. Lector dicitur a legendo, verum qd ſit eius officiũ, lege apud Mag. loco ſæpius citato 1 4. & c. perlectis, diſ 25. & ca lector. d. 23 lege Vgonem de S. Victo. lib. 2 o. de ſacr. c. 6

c Exorcizando. Hoc verbum hic deſignat ord. nem apud iuriſtas appellatur verbum impoſtorum: ut l. 1. ff. de varij & extra ord cogn. Sed forte cum Iuriſcõſultus eſſet paganus ſic loquebatur quaſi illudens alienæ religioni.

d Lectiones. Legendas in matutinis.

e Prædicare. Ideſt, legere, ne ſit contra, 16. q 1. adimus.

ANTO TIMO. Oſtiarius quis ſit, & quod officium eius lege apud, eundem Magiſt. & capitul. Oſtiarius, diſt. 23.

f Infideles. Sed contra cap. Epiſcopus nullum, de conſecra. diſt. 1. Reſpon. quidam q̃ iſte canon, vel eſt correctus, uel abijt in deſuetudinem vel dic ut not. in d. cap. Epiſcopus nullum. Et quo modo & quibus cerimonijs hi ordines cõferantur, habetur d. 23 per totum.

ANTO. TIM. Quod Pſalmiſtatus ſit minor ordo: & q poſſit conferri a ſolo presbytero, quod colligitur in ſummario, loquitur hic ad mẽtẽ canoniſtarum ſecundum Ab. in d. ca. cum contingat de æta. & quali. qui primum dicit pſalmiſtarum eſſe ordinem ex mente gloſſæ ibi ſecundum quod poſſit conferri a presbyteris, quam concluſionem ponit ibi Abbas de mente Ray. Hug. & Goffr id dicentium, & gloſ. in d. ca. cum contingat quæ vere hoc non dicit, neque textus ibi; Sed loquitur tantum de Abba. cuius opinionem Theologos ſequatur, puto nõ eſſe veram, vide D. Bon. in 4. ſentẽ. diſt. 24. arti. 2. q 2. & alios Doctores ibidem.

g Cantandi. Et in hoc differt a lectore, cuius officium non eſt cãtare, vt ſupra in princ. vbi no. eſt enim inter hæc differentia ut per Abbat. in ca. q inte de pẽn. Et facit hoc ad ſtatuta, & contra eos qui tenentur cantare officium, non tñ ſatisfaciunt legẽdo ſimpliciter, & quod quibus permittitur legere, non permittitur cantare.

h Annumerari. Vt capit. Pſalmiſta, diſt. 23 & hic ordo Pſalmiſtatus videtur confundere cum prima tonſura: ut per Hoſt in Sũma de ord. ab Epiſcopo q ii tenuit Epiſcopat. & Abbatem in capitu cum contingat,

Pſalmiſtatus & prima tonſurę æquipa rantur.

ijs, qui aut ordine præcellunt, aut officio reuerentiam, & obedientiam [a] exhibeant; nec per temeritatem alter alterius partes ſibi vendicet [b].

Maiores debent minoribus charitatem, h.d.

Maiores quoque meminerint ſe maiores eſſe, non dominos, & ob id inferioribus nõ tanquã ſubditis dominentur; ſed quaſi clericos honorẽt [c], & diligant, & tales ſint qui non ſolum præſint, verum etiam proſint [d].

Ordinatores debent inſtruere ordinandos in diuinis, h.d.

Item ſub grauis vltionis comminatione ex ordinatione generalis concilij [e] debent Epĩ [f] promouendos in ſacerdotes per ſeipſos, vel alios [g] idoneos viros ſup diuinis officijs, eccleſiaſticisq; ſacramentis diligenter

de præſumpt & ideo quæſitum fuit quid iuris? So lu. vt hic dr̃, quia res omnes eo ſunt perfectæ quæ ſunt ordinatæ, rõnes aũt adductæ ſi rectè fuerunt conſideratæ, nedum non obſtant, ſed potius deciſionem confirmant Not. argum. maioritatem, minoritatem, & obedientiam reperiri in ijs, quę ſunt ordinata.

a Obedientiam, c. à Subdiacono, d. 93. & per tot. Solet tñ diſtingui, vtrũ aliquid Prælatus pcipiat ſententiando, an extraiudicialiter.

De his quæ pertinent ad officiũ, 20. de his, q̃ nõ ptinent ad ſuum officium, ut late per Ant. de But in ca. ad aures, de tẽ. or.

ANTO TIM. Hinc obedientia ab Odõ. Camẽ. ſic. Virtus qua legitimè ſuperiorũ præcepta exequũtur, & eſt pars iuſtitiæ. Tenẽtur aũt inferiores obedire ſuis ſuperiorib. regulariter quoad actus exteriores: nõ aũt quoad actus interiores intellectum, & voluntatem, quæ ſoli Deo ſubijciuntur, arg. text l. cogitationis, ff. de pœ. Vide multa de hac virtute apud S. Tho. 2.2. q 104. art. 5. In quibus autem non tenentur obedire, vt per eũdem S. Tho. in quodl. 1. art. 15. & quodl. 10 ar 10. & in 4 par. 21. q. 3. ar. 1 & Arch Flo. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 6. & Nau. in Man c. 23. nu. 38.

b Videlicet. Vt c. 1. de ſepul. Et qũo dicaĩ quis trãſgredi terminos quos poſuerunt par. no. in d. cap. 1.

c Honorent. Vt d. 95. cap. eſto, vbi recenſetur illud Craſſi: Non erit mihi conſul, cui ego non ſim ſenator. Pone igitur quod Epiſcopus aliter ſe habeat contra clericum, quam debeat, nunquid clericus ſuo iure poterit obedientiam negare? Et uidetur arg. c. cum beatus, diſt. 45. & d. c. eſto, §. 1. & 22. q. 5. ca. de forma, & fides non eſt ſeruanda non ſeruanti, cap. peruenit, 2. de iureiur. & fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit 28 q. 1. cap ſi infidelis, cum multis concor. poſitis in d. cap. eſto, in verbo eſto. Conſultius tamen erit clerico, ſi per ſuperiorem agat, argu 11 q. 3. ſi Epiſcopus, & 9. q 3. ca. nunc vero. Et tolerandus eſt Prælatus vſque ad ſententiam. vt 8 q. 4. c. nonne.

ANT. TIMO Vnde meminerint Prælati ſe inferiores ſuos politicam potius retinere poteſtatem, quam deſpoticum dominium, quos iuſſit Apoſtol. imperare cum omni manſuetudine, 2. ad Timo. 4.

d Proſint. Agnominatio, vt & illa: Non eſt hic orator, ſed arator, & illa Cicer. Quis non potius hęc ficta credat, quam facta.

Item ſub grauis. Hæc pars ſubdiuiditur in 2. partes; in prima habetur, quæ ſolemnitas in ordinatione ſit ſeruanda. in 2. a quo Ordines ſint cõferendi. 2. ibi, illud, quoad primum, hæc pars iterum diuiditur in 4. partic in prima habetur ſcrutinium præcedere Ordinationem: in 2 Ordines eſſe conferendos tempore debito: in tertia Ordinationem eſſe faciendã gradatim: in 4 dolum tamẽ Ordinatione, quã in executione eſſe euitãdũ: ſecunda ibi, igitur tertia ibi ſed nec, quarta ibi, q̃ ſi furtiuè, quoad primũ caſus ita figuratur. Quidã Abbas cupiebat ordinari & promoueri ad certam Abbatiã diœceſis Peruſinæ, & timens admitti, nolebat examinari, ſed rogauit quẽdam Card. vt vellet ſibi fauorem pſtare ad id conſequendum, vñ fuit quæſitum quid iuris, cum. n Religioſi ſint in ſtatu perfectionis, vt Theologi docent, vtrumque caput uidebatur ei concedendum. Sol tamen prout hic legimus, quia nec ordines, nec beneficia ſunt ſine cognitione cõferenda, ne temere in re tam graui procedatur, non obſt. obiectio, quia ſtatus ille eſt reſpectu charitatis, non autem ratione qualitatum, quæ ad id requiruntur Not Ordinandos eſſe inſtituendos, & examinandos. Not. 2. Examen principaliter demonſtrare an promouendus ad Ordines, vel beneficium ſit idoneus. Ioã. Bapt

e Concilij. Vt in c. cum ſit, de æta. & qualit.

f Epiſcopi. Imò videtur quod hoc ſit munus Archidiaconorum, cap ad hæc, de offic. Arch. in Solu. Examinationem bene facit Archidiaconus, vt in contrario, ſed inſtructionem facit ſolus Epiſcopus. Vnde dicit Innocen quod non excuſatur Epiſcopus ab hac inſtructione, licet Archidiaconus examinauerit. Vel fortè poſſet dici, quod hic loquitur quando in eccleſia non eſt Archidiacon. vt per Abb in cap. cum ſit, de æta. & qualit. vbi & alia de hoc. Vel forte non repugnat hoc; quia Archidiaconus facit vt Epiſcopi Vicarius, vt ſupra, de offic. Archid. in prin.

ANT. TIMO No. quod Epiſcopus promouens, indignum peccat mortaliter, & ignorans indignus dicitur, ita S. Thom. in 4 ſenten. diſt. 24. q. 1. art. vlt. quilibet enim tenetur ſcire ea, quæ ad officium ſuum pertinent.

g Alij. Scilicet clericos ſuos, & de latere ſuo miſſos, 24 d. c. quando.

uient, vt indignum, & minus idoneum, aut non examinatum [a] ad ſacros [b] gradus ſuſcipiendos Epiſcopo præſentēt. Quod ſi aliter fecerint, & qui indigne acceſſerit, ab altari remouebitur, [c] & qui donū ſancti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condē nati [d] eccleſiaſtica dignitate carebunt.

Quæ tempora in ordinationibus ſeruari debeant. h. d.

Igitur[e] per tres continuos [f] dies diligēter examinentur: & demum ſabbato qui probati ſunt, Epiſcopo præſententur. Qui tñ ſecūdum diuerſitatem ordinum, temporis quoque ſeruabit diuerſitatē: non. n. oēs ordines quibuslibet temporib. conferri poſſunt, nā Dominicis & alijs feſtiuis dieb. [g] vnum, aut duos ad minores licebit promouere: ſed ad ſubdiaconatum, niſi in quatuor temporib. & vna & altera ſtatuta die. [h] nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, [i] licet aliquos ordinare: nec alicuius loci contraria eſt admittenda conſuetudo. [k]

Ponat pœnam ordinantis, & ordinati extra tempora. h. d.

Quod ſi forte ſecus factū fuerit, ordinās quidem poteſtate priuādus eſt ordinādi: & ordinatus, cū characterē [m] minime debere

ius examinandi illum arg. ca. accepimus de æta. & qual. ne ordinatus in opprobrium clericalis ordinis mendicet, c. ad ſupplicationem, de renun. & ca. diaconi, diſt. 93. & not in d. c. ad hæc.

a Non examinatum. Sed an ſi non examinatus idoneus ſit in omnibus hēt adhuc locum qđ hic dī? Et nō videtur, q cū culpa ſit tantum in ordinante: nec alieno uitio deat quis prægrauari, l. ſancimus, C. de pœn. & arg. in ca. cum ſecūdum, & pb. ſed in contrarium facit hęc littera hic, & ca qñ. di. 24 & non propter ſuum vitium ſed ordinantis, ut 70 d. ca. 1. & 16 q. 7. ca. decernimus. Item cū non intrauerit per oſtium, debet mori, ſicut Remus l. fin ff de re. diuiſ. & not. in c ſi. dicta di 24.

b Sacros. Idem ſi ad minores ordines, c. fin d. 24. uel appellat hic ſacros omnes ordines, & ita non eſt neceſſaria extenſio, fac. not. di. 35. in ſum. & ſup. de his qui ſunt in ſacris, &c. in Rubr.

c Remouebitur. Si quis tamen in minori crimine exiſtens ordinari ſe permiſerit, non deponetur ſed pœnitentia ei imponetur, ut d. 68. c. 1. & diſt. 82. c pſbyter, & extra de renun. ca niſi, § propter criminis conſcientiam.

d Condemnati. Sunt ergo tales ipſo iure ſuſpenſi, vel q. r. cap ſequuntur & concord. cap quando, & c ſi diſt. 24.

Igitur CASVS Orta fuit leuis cōtrouerſia inter Archipresbyterum Mediolanenſem. & quendam Peruſinum, ſiquidem archipresbyter volebat Peruſinum ordinari extra quatuor tempora diceb. t. n. id non eſſe a iure alienum, cum tempus nil h. b. at commune cum Ordine peruſinus, autem, id denegabat, ſed cum nolet ſecum ſ. hoc diſputare, remiſit ad ſe diſpoſitionem iuris, unde quæſitum fuit quid agendum eſſet. Solu fuit data prout hic legimus, quia tempus eſt circumſtantia ſine qua actio non dicitur undique moralis c. a. ſ. diſt. 59 & ideo nec etiam tenet obiectiō no. argu. quam actionē faciendam eſſe tempore conuenienti, & ſtatuto, alioquin non eſt regulariter virtuoſa, capital. non

ſatis, diſtinct. 86.

e Igitur. Fac. c. quando, ante ſi. d 24.

f Continuos. Licet hoc verbū ſignificet, ut nō dēt aliqđ interuallū: vt in c. cæterū, de reſc. tñ qđ hic dī non eſt ita Hebraice intelligendū: arg l q dicimus, ff. de ſolut. & c. qua propter. de elec. Poterit ergo interuenire probabile interuallum cum id nec in ſtipulatione negēt, leg. continuus, in pri. de uer. obl. intellige ergo continuationem eſſe debere de die in diem; ſ. ut nulla de tribus diebus non examinetur: non continuatione momenti ad momētū, ut dicimus ī vſucapione.

g Feſtiuis diebus. Sed an omnibus feſtiuis dieb poſſint minores ordines conferri? Rñ. vt per Abb in d c. de eo, extra de tēpo. or. in ſi.

h Die. Scilicet in ſabbato Sācto, & ſabbato ante dominicā de Paſſio. e de eo. de tēp. or.

i Romano Pontifici. Not. ergo, quod tempus non eſt de ſubſtātia ordinis: quia temporis determinatio circa ordines eſt inducta de iure poſitiuo ideo non aſtringit Roman. Pontificem. Ita Abb. in c. de eo, de temp. ordi.

K Conſuetudo. Indulgeretur tamen, quando conſuetudo eſſet antiqua, & multi eſſent ordinati extra tempora: vt in c. a. de temp. ord. ub not.

l Ordinandi. Cap. 2. de temp. ord.

m Characterem. Ca. pen. de temp. ord. & ſic not q aliquid factum tenet, licet id fieri non deberet. Simile eſt, quod puer non eſt ordinandus ad ſacros ordines; ſi tamen ordinetur, character imprimitur, c. vel non eſt compos. de temp. ord. & no. in c. vlt. de cle. per ſal. prom & per Abb. in c. pro illorum de præb. ſic non debet quis a Iudæo, uel pagano baptizari, baptizatus tamen non eſt baptizandus, c. 2. de ſum. Trin & fide Cath. & de conſec. d. 4. ca. a quodam & c. Romanus.

ANTO TIMO Illud quæritur an ordinatus ab Epiſcopo hæretico ſuſcipiat in ordinatione characterem: & an hæreticus Epiſcopus poſſit conferre ſacros ordines de qua quæſtione vide per Magiſt. in quarta ſent. diſt. 25. & per Doct. ibi: Concludit

enim quod ſic,ſi formam ſeruat & habet intentio nem faciendi quod facit Eccleſia, confert quantũ ad veritatem ſacramenti:ſecus autem in quantum ad vtilitatem,D. Bonau.ibi,ar.1.q.2.& Duran. q.1. num.6.

e Repetito.Sed quid ſi nullum quis minorẽ ordinem habuit,& promoueatur ad ſacerdotium,nũquid recipit ordinem? Quidam ꝙ non,arg.c.ſicut, d.40.Alij contra,in omnib.ſacris,præterquam Epiſcopali:ſed alij nec epiſcopalem ordinem vñt excipere,cum is etiam ſine presbyterali poſſit conferri, vt per Abb in cap ex litteris, de exceſ. prælat.dic.ut not. in c.vni.de cleri. per ſal.prom.& in d.c.ex litteris.

a Pœnitentia.Scilicet,arbitraria; cũ non ſit a iure determinata.leg 1 §. ait pretor,ff.de in. delib.

receipiſſe, pœnitẽtia [a] tantũ præuia,in ſuſcepis ordinibus miniſtrare ſuſtinendus erit.

Nec vno,nec duobus diebus continuato ieiunio duo ſacri ordines conferri poſſunt,h.d.

Sed nec uno die,nec duob. continuato [b] ieiunio ad duos quis poteſt ſacros ordines promoueri,arbitrarie ordinanti ſuſpenſionis imminente pœna. [c]

Minores ordines omnes ſimul conferri poſſunt,h d.

Diuersũ ſtatuitur de minoribus,qui omnes,[d] vel unica die conferre poſſunt.

Cum promoto per ſaltum poteſt prætermiſſo ordine repetito diſpenſari,h.d.

Per ſaltum vero ſi promotus fuerit quis, ſolemniter, ordine prætermiſſo repetito , [e] ex miſericordia miniſtrare permittendus erit. [f]

Promotus ad ſacros ordines furtiue , contra prohibitionem prelati , non poteſt fieri ſacerdos , niſi prius fuerit monaſterium ingreſſus, ſecus ſi non contra prohibitionem , quia tunc po-

Sed nec CASVS, quidam deſiderio moti ut beneficiũ eccleſi cito conſequi ualeant, omnes ordines ſimul recipere uolebãt: quidam uero alij vt citius ad finem intentũ perueniãt per ſaltũ ad eoſdẽ accedebant, ad id que mouebantur quia Ordines sũt diſtincti,& habẽt characterẽ diſtinctum,vt cõiter Canoniſtæ docent,licet varijs in locis, qua de re fuit quæſitum quid iuris , Sol. ut hic legitur, & ratio eſt , quia congruentia ipſorũ id requirit, unde hac rõne ſi idẽ te,ne etiam obiectio aliquid concludit.Not.ordines in executione quam in collatione eſſe diſtinctos , & ordinatos. No.2 tempus ipſorum ordinum eſſe de iure poſitum,& ſi inordinate conferantur nou reiterantur, c 1.de ord per ſalt.

ANT. TIMO. Refert hic opinionem Abb. qui in d.ca.ex litteris,ſequutus alios canoniſtas exiſtimat, ꝙ epiſcopatus ſit ordo,dicit qđ officiũ Pontificale nõ põt exercere ſine presbyterali, ſed qđ põt bene Pontificalis ordo hñi ſine presbyterali : Vnde ſm opinionẽ Io.And. hẽbit in habitu , non in actu,& ratio eſt ex gl.in c. ſolicitudo, di.22. quia laicus, recipit ordinẽ ſacerdotis,& epiſcopatus, quia character imprimitur ſi conferatur in forma eccleſię,ab eo qui poteſtatem habet.Contrarium tenet glo in cap.2.de cl.per ſal. prom quod ſi quis ordinatur in epiſcopum pretermiſſo diaconatu,uel ſubdiaconatu, epiſcopus eſt, dum tñ fuerit ſacerdos, ita etiam paſſim omnes Theologi,D Bonau in 4.ſent.d.24 ar.3. quod impoſſibile eſt aliquem promoueri, in epiſcopum ſacerdotio omiſſo,idem D Tho.par.3.in addit.q 40. ar.5.dicens, quod nullus poteſt recipere epiſcopalem poteſtatem,niſi prius habet ſacerdotalem, nã epiſcopus ab ordine ſacerdotali dependet ita Gugli Pariſien eps in lib.de ſacramentis, capit.7. cui difficultati poſſemus rñdere,quod ita Abbas intelligit, quod ordo epiſcopalis poteſt conferri non ſacerdoti,id eſt, poteſt eligi qui non ſit ſacerdos, licet non ille,qui non ſit in ſacris ordinibus conſtitutus, id eſt, in ſubdiaconatu ſaltem : ut ſupra de elect.§.igitur, non autem quod poſſit conſecrari, & officium exercere.

b Continuato ieiunio . Quia continuatio iſta facit de duobus,unum,& illa coniungit,16.q 3.§.poteſt,ve .hine de præſcriptionibus,& 7 q.1.ca illud & c.nihil;Sic cum b.ſſextus occurrit duo dies pro uno computantur,ut inf de ver.ſign c quæſiuit,& ff.de min.l denique,§ minorem Sed argum cõtra, l cum hæres,§ Stichus,ff. de ſtatu lib. Item contra c.cum a patribus,diſt.75. Sol.ibi in ordinante diuerſos,hic in ordinante eoſdem.

ANT TIMO Ita per Conc.Trid.ſeſ.25.cap 11. de refor.

c Pœna.Concor.c.literas,de temp.ord.No.qđ diſpoſitio pęnalis,loquens de uero extenditur ad fictum q3 uerum eſt,ꝗñ in utriſque militat eadem ratio,ut traditur per Cano.in cap cum dilectus, & in c ad audientia,de elect & per Io.An.in c.ſi.de conuer. per Legiſtas, in l.omnes populi,ff de iuſt.& iure.& in l.ſi is qui pro emptore,ff. de vſu

d Omnes Habetur in ca.de eo de temp.ord & in c.pen.& c.ſi de eo qui furt ord.ſuſc. & utrobique no Ho. tamen obtineb t.niſi in contrarium extaret conſuetudo , illa enim ea quæ de ſe ſunt licita red.l t illicita.c cum olim,de cleri coniug.&c.ſuper eo de cogn ſpiritu.

f Erit.Cap uni.de cle per ſal.promo.& c.ſolicitudo,diſt.52.& hoc caſu ſolus Epiſcopus diſpenſare poteſt ſuo iure,ut no.in d c.unico.

Quod ſi furtiue. CASVS . Quidam non ſanctitate,ſed malitia moti,volebant ordinari decipiendo epiſcopum, & aſſerēdo ſe eſſe baptizatos putabant autem id eſſe ſibi licitum,ar.l.1.§. fi.de dolo, & quia ſacramenta ſunt inter ſe diſtincta.Solu.tñ ut hic legimus,quia Sacramenta ſunt ſancte ac rite recipienda, & Baptiſmus eſt fundamentum omnium

nium aliorum, vt de fide habemus, & ideo Obiectiones non tenent. Not. argumentum quod furtũ etiam in te verè ſpirituali committitur. Not. 2. Baptiſmum eſſe neceſſarium ad Ordinẽ recipiẽdum de neceſſitate Sacramenti, cum ſint eo. Ordo non conferatur, c. ſi. de cler. non bapt.

falſo, ſicut ſimulãs ſe habere dignitatem, & non habens, l. eos, ff de falſ. & per Abb. in cap. 1 de eod. qui fuit ord. ſuſc. Sed contra hoc, quod hic dicitur. Facit, quod fieri videmus quotidie, videlicet quod ſimplex clericus dicit epiſtolam, & non eſt ſubdiaconus. Solu. ſecundum Hoſti. quod hoc quod hic dicitur, habet locum, quando in ſolẽni apparatu nõ ſubdiaconus dicit Epiſtolam, uel non diaconus Euangelium, vel non presbyter miſſam, ſecus ſi non in ſolẽni apparatu, fac c. vt quiſquis, ext. de vit. & honeſta cl.

teſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare, h. d.

Quod ſi furtiuè [a], ad ſacros ordines quis irrepſerit, diſpiciendum erit, an prælati ſub anathemate præceſſerit interminatio, tunc enim nulla ratione ad ſacerdotalem poterit [b] ordinem promoueri, niſi regulari habitu ſuſcepto, laudabilem aliquamdiu duxerit vitam quo caſu ſecum miſericorditer diſpenſari poterit, alio qui nulla præcedente inhibitione, condigna ſatisfactione impoſita, pro ſuo arbitrio cum nullo poterit Epiſcopus [c] diſpenſare.

Non ordinatus miſcens ſe diuinis, nunquam poterit ordinari, h. d.

Quod ſi is qui nullum adhuc penitus attigit ordinem, diuinum aliquod officium [d] exercuerit, & ab eccleſia erit abijciendus [e], & nunquam ordinandus [f].

Qui nondum baptiʒatus ordinatus eſt, debet baptiʒari, & rurſus ordinari, h. d.

De eo qui non baptizatus ordines ſuſceperit, valde dubitatum eſt [g] de quo poſt multam tandem diſcuſſionem obtentum & conſtitutum fuit, vt baptizetur, atque iterum [h] ordinetur, & merito. Cum enim baptiſmus omnium ſacramentorum ianua ſit & fundamentum, ſuperædificari [i] non potuit, vbi fundamentum [k] defuit.

Sacros ordines tantum Epiſcopus confert, minores interdum & alii, & Epiſcopus qui loco, nõ dignitati renunciauit, ſacros ordines conferre poteſt, ſecus ſi etiam dignitati, quia tunc ſolum minores confert, h. d.

a Furtiuè. Furtiuè promouetur, qui citra conſciẽtiam ſui Epiſcopi & ſine examinatione promouetur, 63. diſt cap. extra conſcientiã, & c. quando, diſ. 14. & c. fin. & per tot. de eo qui fuit ord. ſuſc.

b Poterit. Ingreſſus ergo monaſterij non tollit irregularitatẽ licet facilitatẽ diſpenſandi pbeat: de quo in c. 2. de apoſt. & fac. ca. ſi de eo qui fuit ord. ſuſcep.

c Epiſcopus: No. caſum in quo Epiſcopus ſuo iure diſpẽſare poteſt, de quo dic, vt per Ab. in cap. 1 de eo qui fur. o. d. ſuſc. Item intellige hoc, niſi Romanus Põtifex manum appoſuiſſet ſecundum ea quæ ponit Ab. in c. poſtulatio. extra de cler. excomm. min. nu 10.

d Officium Niſi ex neceſſitate forte baptizaret, qđ eſt licitum cuilibet 30 q. 1. ad limina, & diſt 93. cap. diacones, etiã hæreticus. c. à quodã de conſe. diſtin. 4. dummõ in forma Eccleſiæ, 24 q. 1. c. ſi quem, & de sũ. Trin. & fi. cathol. c. 1. §. ſacramentum, fac ca ſi quis per ignorantiam, 1 q. 1. & infra de ſacramen. §. pen & § fi.

ANTO TIMO. Ex quo in ſacramento ordinis datur poteſtas ad aliquid ſpirituale, ut habetur in Concil. Florent. ſequitur quod ille qui non habet ordinem, non habeat officium, ac poteſtatem exercendi diuina.

e Abijciendus: Verbum hoc deſignat tria, ſecundum Hoſt. videlicet excommunicationem, priuationem benefic j. & depoſitionem, vt per Abb. in c. 1. de cler ex... [illegible]

Simulans dignitatẽ tenetur de falſo.

f Ordinandus. Adde quod tenebitur etiam de

g Dubitatum eſt. Vt in c. fin. de presbytero, non bap.

h Iterum ordinetur. Ex hoc apparet, quod nullum ordinem recepit. & quod dicitur iterum, ad factum refertur, fac. ca. 1. de presbytero nõ baptizato, nam ſi primo ordinem ſuſcepiſſet non ordinaretur iterum, 1. q j c. quod quidã.

i Superædificari. 1. q 1. c. cũ Paulus.

K Fundamẽtum. Vt d. ſtin 31 §. verum. Sed quid ſi iſte nollet de nouo ordinari Rñd. remanet laicus, licet non deberet matrimoniũ contrahere matrimonium eſſet ualidum, vt per Ab. in ca. 1 de presb non bapt.

ANT TIM ita etiam Magiſt. in 4 ſen diſt. 2.

Illud CASVS, Quidam Epiſcopus de facto renunciau t Epiſcopatui, hac tamen renunciatione non obſtante, volebat nihilominus Ordines conferre. ea ratione motus, quia cum facta infecta ſed fi nequeant. l. in bello, §. factæ, ff de cap. & poſthu. reueiſ. putabat ea adhuc retinere poteſtatem. Solu. cũ diſ. vt hic dr quia ſine poteſtate non poſſunt ordines conferre, licet autẽ dictum illius ſ. ſit uerum tñ per conſtitutum factum poteſt quis aliquo iure priuari, & ideo non tenet obiectio, non inde argu. quod Ordo Epalis imprimat characterem, in Epõ remaneat aliquid poſt renunciationem de Epatu factã. No. 2. po- Ioã. Bapt.

Illud poſtremo omittendum non eſt, quod inter minores, & ſacros ordines illa eſt differentia, quia maiores ab Epiſcopis, minores vero etiam ab alijs [a] quandocunque conferuntur. Vnde de eo quæſitum eſt, qui Epiſcopatui renunciaſſet, an, & quales ordines conferre poſſet. In qua ſpecie obtinuit diſtinctio, vt ſi quidem locum tantum quis renunciaſſet, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre poſſit [b]. Quod ſi non ſolum loco, verum etiam dignitati renunciauit, minores tantum quis ab eo recipere, & in illis deſeruire, & ad maiores ſi reperiatur idoneus poterit promoueri.

Ab eo qui renunciauit loco & ordini Epiſcopali, ſacri ordines non ſunt recipiendi, h.d.

Sanè ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit: quia indignum ſe fecit, officij non habebit executionem [c], vbi autem non ſcienter (niſi craſſa [d] & ſupina fuerit ignorantia [e]) diſcretus Pontifex diſpenſare [f] poterit.

QVI PROMOVERI NON poſſunt.

TIT. XXV.

Non poſſunt promoueri
- Ex ſubiectione.
- Ex delicto patrato.
- Suſpicione futura.
- Corporis læſione.

Ponit quatuor caſus, ſiue reſpectus, ob quos prohibentur omnes ordinari, h.d.

QVoniam vero præcaueri [g] debet, quod vel infirmari, vel vituperari poteſt: ſciendum eſt, quoſdam eſſe, qui non ſunt ad Eccleſiaſticos ordines admittendi, qd

a. poteſtatem aliquid faciẽdi dari aliqñ habitu tñ, aliqñ etiam actu, ca 1. de Ordin. ab Epiſcopo renunc.
a Alijs. Vt Abbatibus, ut c. quoniã, d. 69. & c cum cõtingat, de ætate, & qualit.
b Poſſit. Sed quõ id poterit, cum careat obiectis & ſubiectis? Reſpõ ad inuitationẽ, & requiſitionẽ alterius.
f. Digit. Qui a eū nō habeat officiū in corpore per ſe diſtinctū.non dēt membrum appellari,vel pro membro haberi.cap. ſinguli.diſt 89 & per Abb in c.1 qui cler. vel voueut & in c.clericis,ne cler.vel monach. & in cap. cum filiorum,de ſent excom & in ca. ego.de iur. iur & per Legiſt.in l.2.ff.de publ.ind.& in l.nō ſunt liberi.ff de ſtat.hom.& in auth.ſed nouo iure,C.de ſer.fug

g Non erunt Sed quis declarabit,an ſit ſcandaluſi,vel non ex vulnere manus,vel alia corporis debilitatione Reſpondeo ſecundum Inn.Ioann. And. & Abb.in c.ſi de corp. vit. quod declarauit Epiſcopus.

h Virilia. Capit.ex parte 1.& 2. extra de corpor. vitiat

i Volentes Vt c.ſi quis abſciderit, cum pluribus ſeqq.diſt 55.

K Forte. Affirmatiue,et dubitatiue poteſt hic ſumi verbum hoc Forte,de quo late per Doc.in c. accedens,vt lit.non conteſt.

l Homicidæ. Nō q̄a homicidæ vere ſint facti,ſed

propter

propter homicidii periculum, quod ſectionem, ſeu qui ppterea dicūtur homicidæ, ſicut & qui in ſanctem exponit; homicida dicitur, di. 17. cap. ſi Argu. quod non eſt conſiderandum quid euenit, ſed quid euenire poſſit, vt 22. quæſt. 1. cap. in nouo, & di. 22.

g Tale quid. Refert ad ſupradicta omnia corporis vitia.

b Non amittet. Licet res deuenerit ad eum caſum a quo incipere non poteſt, de quo in l. pluribus ff. & ſi placeat, ff. de verb. obl. & in ca. 2. de electio. & g r. amittet tamē executionem ordinis ob deformitatem, & ſcandalum vt in ca. 2. & ca. 3. de cler. ægrot. vel debili.

ſunt intelligendi, & ſicut in illis veniam caſus impetrat;[a] ita vindictam in iis voluntas poſtulat.[b]

Oculo priuatus indiſtincte promoueri non poteſt licet retineat ordines, ſi poſtea talis priuatio contingat. h. d.

Hæc autem diſtinctio[c] non in omnib. mēbris[d] ſibi locum vendicat. Cui enim oculū[e] abſtulit caſus, licet voluntas deſit, ſacerdotium tamen conſequi non[f] poteſt. Cæterum ſi ſacerdotali in ordine cōſtituto, tale quid[g] acciderit, quod olim integer acceperit, nō amittet.[h]

Olim furioſus vel aliter vexatus, nō poterat ordinari. Clerici, qui aliquādo fuerūt dæmoniaci, non poſſūt ad vlteriores ordines promoueri. h. d.

Is quoque, qui in furorem aliquando verſus inſaniuit,[i] aut quolibet modo vexationis incurſibus effertur, aut qd prope furorem[k] accidit, in ſcæna[l] luſerit, vel afflictione diabolica vexetus fuerit, ordinari non poterim. Clerici etiam, qui in adoleſcentia adæmonib. cognoſcūtur obſeſſi, ad ſuperiorem gradum aſcendere non poſſunt.

DE PRAEBENDIS, ET *aliis[n] beneficiis.*

TIT. XXVI.

Præbenda.
- Quid.
- Cur inſtituta.
- Modi conceſſionum.
  - Per collationē,
  - Per inſtitutionē.

Caſus nō excuſat in amotione terminorum.

ca denique & 23. qu. 5. c. regentes; & ff. de his qui deiec. l. ſi vero, § penul. & C. de vſuſr. leg. ſi ambiguitatem, & not in c. ſi quis abſciderit, d. 55. arg. tamen cōtra 23. q. 5. c. de occidendis. vide text. in c. ſi 15. q. 1.

a Impetrat. Sic & ſimplicitatem & ignorantiæ venia tribuitur; de conſec. di. 2. c. 1. & ca. cum vniuerſorū, de ter. permut. Caſus tamen non excuſat in amotione terminorum l. 1. ff. de term. moto. & not. in c. quipartem di. 55. vnde ſumitur.

b Poſtulet cap. qui partem, di. 55.

c Diſtinctio. Inter caſum, vel infortunium, & ſpōtaneam voluntatem.

d Membris. Quid autem veniat mēbri appellatione, no. ſup. proxi. §. in verb. digiti

e Oculum. Vtra ſi. diſt. 55. ſi quis tñ oculum amitteret non propterea excuſaretur a tutela, vt C. de excuſat. l. frater tuus.

f Non poteſt. Et licet conſueuerit Curia diſpenſare, præſertim qn quis amiſit dextrū oculum, & ſic nō oculum Canonis, vel Euangelii, nō propterea tñ minus recte dicitur non poſſe talis adſacerdotium promoueri.

i Inſaniuit. Cap. maritum, d. 33. in fin. hic tamen promotus non deponitur. 7. q. 1. c. quāuis, & not. in d. c. maritum, & ſupr. eo. §. proxime antecedenti, & 15. q. 1. c. ſi

K Prope furorem. Not. furioſos, & ſcænicos æquiparari, fac. c. maritū di. 33. cum ſeq.

l In ſcæna luſerit. Quid aūt ſit ſcæna vide per Abb. in c. ad honorem, de aut. & vſu pal.

m Clerici. Fac. c. clerici, di. 33. vnde ſumitur.

ANT. TIM. Qūo autem poſſit deprehendi, an quis ſit dæmoniacus, hr in c. 2. 7. q. 2. in tex. et in glo.

DE PRAEB ET alijs beneficijs.

Ioa. Bapt.

Continuat iſte tit prout legimus in princ. ei[9], vel qi eas aliter hactenus autor explicauit de clericiſatione Ordinis, hic tractat de eis rōne beneficii, et primo ſ cōi voluit hāc materiam explicare, quia ord. doctrinæ id requirebat, vt diximus ſup. in rubr. de iure canonico ideo propoſuit præſentē tit q di uiderit In 2. par. princ in t hr continuatio, ut & propoſitæ materiæ explicatio, a rbo præbenda.

Non dicimus poſſe quod poſſumus uia extraordinaria

Præbēda an beneficium.

ti. Cum non dicatur illud poſſe fieri, quod pt ſolum fieri per remediū extraordinariū, id n. dicimus poſſe facere quod de iure poſſumus, 22 q. 2. c. fa l. homo, & l. filius. de cond. inſtit. & tradit per Abb. in c. paſtoralis, in fin. de eā pe ſet propter

n Aliis. Nota uerbum quia includit quod præbendæ ſunt beneficia quod & verum eſt, per ea quæ Ro Rom. deciſ. 8. alias 2.47 in not. Quod

Quod habens, ſed an ſimplex cononia, vt per Ro. Ro. dec. 16. alias deciſ. 445. in fac. not. per Abb. & alios, in ca. tua, de verb. ſignific. & cap. poſtulaſti, de reſcrip.

quæ ſui natura iunguntur, non deant diſiũctis ſtrictatibus cõprehendi, arg. l. cũ actũ. ff. de neg. geſt. Præbẽda. Hæc pars ſubdiuiditur in 4. par. in prima habetur quid ſit præbẽda, in ſcd̃a cui conferatur, in tertia a quo cõferatur, in quarta quõ conferatur, ſecunda ibi cum enim, tertia ibi, & ideo. quarta ibi, cõcedunt. quo ad primum caſus non figuratur, ſed ex hac definitione nota principalem intentionem auctoris illam eſſe, videlicet, explicare prebẽdas ꝓprie dictas, ſecundo reliqua quoq. beneficia.

Connexa & dependentia ſunt ſimul tractãda hoc dicit.

POſt hæc[a] videamus de præbendis & illarũ conceſſione, quo pars Iuris extra propoſitam quidem materiam fortaſſe videri poterit. Loquimur[b] enim in præſenti de iure perſonarum[c] Sed cum ſupra de dignitatibus[d] Eccleſiaſticis, quib. præbẽdæ videntur[e] annexæ[f] locuti fuerimus, nõ ſine cauſa[g] ſequenti loco poteſt hæc iuris materia tractari.

Præbenda quid ſit. h. d.

Præbenda[h] nihil eſt aliud quam ius[i] percipiendi prouentus eccleſiaſticos, tamquã vni[k] de collegio competẽs, & ex canonica[l] procedens.

Qui in altari laborat, de altari debet & vigere, hoc dicit.

Cum enim, vt lex diuina[m] præcipit, qui altari ſeruit, de altari debeat & viuere,[n] dignum eſt, vt qui diuinis adſcribuntur obſequijs, Eccleſiæ ſuſtententur ſtipen

POſt hæc CASVS non figuratur. No. tamen quãdo aliquis auctor tranſit de vna materia ad aliam, conuenit eas ad inuicem continuare. No ſecũdo tractatus rerum, quæ inter ſe ſunt annexæ debet eſſe continus, & vnitus.

a Poſt hæc. Scilicet quæ diximus ſupra ti. de iure ꝑſonarum vſque huc & ſumpta eſt imitatio ab inſtitutionibus ciuilibus in tit. de le. in prin.

b Loquimur. Id eſt, locuti fuimus & ſic tẽpꝰ pro tẽpore ſumit, ut C. de his, qui not. in fa. l. ſi poſſidẽdũ, & ibi not. Vel loquimus, i. loqui dẽremus, ſi materiã ꝑcedentẽ proſequeret, ſic in au. th. de cõſã & vte. fac. §. ſi igitur col. 6. vel loquimur. i. ſumus in tract.

h Præbenda. De iſta reſcriptione, vide per Hoſt. in ſum. eo & per oẽs in c. cum M. Ferratienſis, de cõſti. & per Arch. in c. ſi iuſta. de reſc. in 9. & per Arch. in Rub de conc. præben.

i Quam ius. Nota ergo, ꝙ prębenda eſt nomẽ iuris: vt in c. cũ M. Ferratienſis. de conſti. & in c. dilecto de pręb Sed conſueuit quæri, an ſit ius ſpirituale. Et reſp. ꝙ quãdo eſt connexa canonicatui, videtur ius ſpirituale, ſecus quando non eſt connexa, cũ ẽt laicus poſſit habere præbendã, de quo late in locis ſupra all.

c De iure perſonarum. Nota ergo quod virtus illius rubricæ de iure perſonarum extenditur vſq; ad hunc titulum immo vſque ad finem libri, cum ibi vltimo t[illegible] de reg. monach. qui ſunt in numero perſonarum eccleſiaſticarum.

d De dignitatibus. Quid autem ſit dignitas, & quomodo diſter a perſonatu, vide per Hoſtienſ. in ſum eo. § quid ſit dignitas, & per Abb in c. de multa, ext eo.

ANTO. TIMO. Dignitas Eccleſiaſtica dicit ad miniſtrationem rerum Eccleſiaſtiaarum cum iuriſdictione etiam in modicis cauſis, ſecundũ Pet. de Anch. in cle. ſi dignitatem, de præb. An autẽ dignitas appetere, vel quærere liceat, in quibus eſt honor, & adminiſtratio, vide S. Th. 2. 2. q 131.

e Videntur Forte ideo poſitum eſt verbum vidẽtur, quia poteſt fieri, vt quis ſit perfectus canonicus ſine præbenda, vt late habetur per Abb. & alios, in c. cum M. Ferrarienſis, de cõſti ideo poſuit notatum improprietatis.

f Annexa Et in cap relatum, & c. dilectus, eod. & in ca. cum, ſuper, de conceſ. præb & per Hoſtienſ. in ſum, eo. in prin. Et quomodo ſe habeat iſta connexio, vide per Abb. in c. minoribus, & in c. dilecto, ext eo.

g Siue cauſa. Immo ſatis bona occaſione, cum ea

K Tamquam vni. Per iſta verba excluduntur præbendæ, quæ poſſunt aſſignari puris laicis, quibus no. cõpetũt tãquã perſonis de collegio nec deſcẽdũt ex canonica, vt not in c. cũ. vt Ferra. de conſ.

l Ex canonica Sicut deſcẽdit actio ex obligatione, l. licet, §. ea obligatio ff de proc. habetur in c. cũ M. Ferra. de conſt & in c. maioribus, eo.

Cum enim CASVS. Quidam clerici inſtanter petebant præbendas ab Epiſcopis propriis, ea ratione quia ſeruiebãt altari. Epiſcopi vero id denegabant, quia bonæ Eccleſiarum ſunt bonæ pauperũ, e clericus c. paſto. 1 q. 2. cum vulg. vnde fuit quæſitum quid iuris. Sol vt hic habetur Per rationem in tex aſſignatam, quando autem dicitur bona Eccleſiæ eſſe pauperum, intelligitur ſecundum portionem, & non totum, vt Doct. declarant, licet in hoc ſit maxima controuerſia Not. mercenariũ dignũ eſſe mercede ſua. & ideo clerici pñt viuere de bonis Eccleſiæ, c. quicunque 12. q 2. Io. Bapt.

m Lex diuina. Concor. c. ex his, 13. q. 1. & cap. Eccleſiaſticis, 1 q 2. et c. cum ſecundum, & c. extirpãdæ & c. relatum. eo.

n Viuere. Sed non luxuriari, facit diſtinct. 44. in prin.

dijs,[a] Et ideo inſtitutũ olim [b] fuerat, vt ordinationes eorũ, qui ſine certo titulo ordinati eſſent, in iniuriã ordinantiũ inanes [c] eſſent. Paulatim tñ benignius agi cæptum eſt; conſtitutũ [d] eſt enim, ut ſi Epiſcopus aliquẽ ſine certo titulo, vnde vitæ neceſſaria, [e] percipiat, ordinauerit; tãdiu ipſe, aut eius ſucceſſor, [f] ordinato neceſſaria ſubminiſtret, donec & in aliqua eccleſia conueniẽtia clericalis militiæ [g] ſtipendia [h] adſignentur.

Mandatum ſuſcipiens de ordinibus conferendis certis perſonis, non tenetur eiſdem prouidere de beneficio, ſed mandans: ſecus ſi ſit mandatum generale, h.d.

Quod ſi epiſcopus mandato; [i] alterius in aliena diœceſi ordines [k] celebret, diſtinguendum eſt, an de certis [l] perſonis mandatum ſuſceperit, an generale, & expreſſo nomine. Primo enim caſu mandans, [m] ſecũ-

prin. & not. per Abb. in c. cum ſecundum, extra eo. facit 1 2. q. 3. c. 1 & 2.

ANT. TIM. Vnde male diſpenſare prouentus eccleſiaſticos eſt peccatum mortale. Non enim eſt dominus clericus prouentuum eccleſiaſticorum; ſed diſpenſator ſecundum Theologos, quos in pauperes Chriſti diſpẽſare tenetur, ſi vltra neceſſitatem ſuam ſuperſunt: ui de S. Thom. 2. 2. q. 185. artic. 7. & ib. Caiet. Licet quo ad eã portionẽ, q̃ clerico ſm diſtributionem a ſacris Canonibus, factã tangit, in qua nęre eſt domin⁹ poſſit diſponere, ac de bonis proprijs, vide Archiep. Flo. in par. 2. ti. 2. c. 1. §. fin.

a Stipendijs No. ergo q̃ præbenda ſiue beneficiũ eſt clerico quædam merces ſibi debita ratione oneris, ex quo videtur poſſe inferri, q̃ clericus pauper licite locat operas ſuas ſpirituales, nec cõmittit ſimoniam, ex quo non intendit uendere diuina, ſed viuere. Ita Abb. in c. cum ſecundum, eod.

& Et ideo. CASVS Cum quidam Epiſcopi conferrent Ordines proprio iure, quidem uero iure alieno, fuit propterea quæſitum an poſſent, & in iſta collatione tenerentur etiam conferre beneficia, & primo videbatur dicendum iure alieno id non eſſe licitum quia quæ ſunt ordinis nequeunt delegari cum a nuda voluntate nõ dependeant ut docet glo. magna ſuper cap. aqua de conſecra. & collatio Ordinis nihil habet commune cum collatione beneficij ob diuerſam cauſarum naturam, unde merito, &c. Sol. tñ ut hic dicitur quia in collatione Ordinis conſideratur iuriſdictio propterea nec ẽt obiectio tenet, beneficium uero & ordo habent de iure vnionem ad conſeruandam dignitatem Ordinis, iuxta not. per Doct. in capi. cum ſecundum, eod. & ideo etiam ſecunda ceſſat obiectio unde not. in primis vnionem inter ordinem & beneficium, ita quodqui habet vnum debeat habere reliquum iuxta cap. cum ſecundum, & cap. dilecto, de præb. Not. 2. Epiſcopum punitri ſi ord. net aliquem ſine t. 1. d. c. cum ſecundum. Not. 3. argumentum, bona eccle. principaliter eſſe inſtituta ad cõmodum clericorum.

b Olim. Ca. neminem, & cap. ſanctorum d. 70 & c. cum ſecundum, extra eo. & nouiſſime per Concil. Trid. ſeſſ. 23 ca. 16. in decretis refor. & ſeſſ. 21. c. 2 in re. ſe ref. orm.

ANT. TIMO. Quia ſine ſubſtantia rerum non poteſt Eccleſiæ deſeruiri, capit. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3.

c Inanes. Niſi promoti fuiſſent ad titulum patrimonij, c. tuis, & c. Epiſcopus. eod. & inf. eo. vel niſi & dic inanes quantum ad executionem.

d Conſtitutum. Cap. 2. cap. Epiſcopus, c. cum ſecundum, eo.

e Neceſſaria. Secundum facultates Eccle. & clerici dignitatem; ut no. in c. Epiſcopus eod.

f Succeſſor. Sed quare conuenitur hic ſucceſſor ex delicto defuncti; cũ regulariter crimina morte extinguantur, diſ. 23 c. quorũdam, & C. ſi re uel accuſa. mor. fue. l. 2. & L. vnic. C. ne ex delic. defun. Itẽ nunquid ſi iſte ordinator hẽt heredes reſpectu patrimonij ſui, an prius ſint cõpellẽdi hæredes q̃ ſucceſſor in dignitate? Reſ. ut late per Abb. in c. cum ſecundum, extr. eod.

g Militiæ. Argu. quod clericalis ordo eſt dignitas cum ſit militia: ut in c. eo libentius, ubi Anton. de Butr. de ſerui. non ord.

h Stipendia. Sicut ergo miles ſæculi habet ſtipendium a domino temporali; ſic miles Dei habere debet ab Eccleſia. Vnde infertur quod clericus debet gaudere priuilegio militari intellige de priuilegijs congruentibus ipſis clericis, ſcilicet ubi in eis eadem eſt ratio, vel maior; Abb. in c. cum ſecundum eod. & not. in l. miles. ff. de re iud.

i Mandato. Alias enim id ſine pœna facere non poſſet, vt c. 1. de tẽpo. ord. in 6. Concord. c. ſi Epiſcopus, eod. in 6. Differt autem mandatum a præcepto, ut per Abb. in c. eam te. de reſc.

K Ordines. Intellige de ſacris, quia in ordinatis ad minores non habet locum quod hic dicitur, ut not. in c. ſi epiſcopus, eo. in 6.

l Certis. Et expreſſis: quia ſi commiſiſſet ei ordinare clericos talis uil. x. uel loci, adhuc non eſſent perſonæ certæ, vnde haberet locum quod hic dicitur, & in cap. epiſcopus, eod. in 6. Vnde aliud eſt certum, aliud certum & expreſſum, facit c. a nc. capitaodæ. de conceſ. præb. & quod not. in d. c. ſi epiſcopus.

m Mandans. Qui eſt in culpa cum præuidere deberet an ordinatus haberet titulum, cap. 1. ſi epiſcopus, §. ſi uero e. de tit. lib. 6.

ANT. TIMO. Differentia eſt inter mandatum, & præceptum: Per mandatum enim intelligimus literas monitorias, quæ non important neceſſita-

G tem,

do mandatum ſuſcipiens [a] inopi ordinato vitæ tenebitur neceſſaria miniſtrare.

Ordinandi licentiam dans tenetur prouidere ordinato, non ordinans, h. d.

Eis autem, quibus a diœceſano datur licentia, ut a quo voluerint [b] Epō, ad ſacros ordines promoueri poſſint, ad præmiſſa nō qui ordinat, ſed qui licentiā tradunt, [c] obligantur: [d] niſi tamen ordinatus paterna hęreditate [e] vitæ poſſit habere ſubſidium. [f]

Præbendæ conceduntur per collationem, et per inſtitutionem & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina, h. d.

Conceduntur autem præbendæ, vel beneficia duobus modis [g] per collationem, & per inſtitutionē. Collatio eſt libera quædā præbendæ conceſſio. [h] Inſtitutio eſt præbēdalis iuris ad p̄ſentationē patroni facta trāslatio quæ licet & ipſa collatio poſſit appellari [i] cōmodius tamen eſt in pręſenti ſingulas cauſas ſingulis appellationibus [k] diſtingui.

tem: per præceptum litteras præceptorias, quæ neceſſitatem'vt per Abb. ibi.

a Suſcipiens. Immo videbatur ꝙ puniri deberet mandār & imputare ſibi debeat, qꝛ tale elegit, & per alium fecit. Vnde idem eſſe deberet, ac ſi per ſeipſum elegiſſet, ca. qui per aliū, de reg iu. Sed hæc ue rā ubi mādauit de certo, facit tex. de elect. c. ſi compromiſſarius, §. 1. & l. ſi procurator in prin. ff. de cond. in deb. ubi ulgore generalis mandati non poteſt indebitum ſolui.

b Voluerint. Dū tamen ſit catholicus. ca. ueniens, de præſ.

c Tradunt. Cū illam dare non debeat in titulū non habenti, ca. ſi Epiſcopus, eo. in 6.

d Obligant. Quid ſi clericus ad ſacros ordines ſine titulo promotus promiſit epiſcopo ſuper hoc non inquietare eum: nūquid tali renūciatione non obſtāte agere poterit? Reſpon. ut not. in c. ſi Epiſcopus, eod. in 6. Videtur tamen hodie tota hęc materia immutata p Concil. Trid. per quod ſtatutum eſt neminem ad ſacros ordines poſſe promoueri, niſi legitime conſtet eundem ſufficiens beneficium Eccleſiaſticum poſſidere; vt apparet ſeſſ. 21. in decretis reformationis, c. 2.

e Hæreditate. Sed numquid quando quis habet ſufficiens patrimonium, ſit neceſſe quod expreſſe ordinetur ad titulum patrimonij? Quidā qꝫ nō. ut not. in c. ſi Epiſcopus, eo. in 6. Ioan. Goff. Inno. contra. & horum opinio videtur nouiſſime per Con. Trid. probata ſeſſ. 21. in decretis reformationis, c. 3. Sed nunquid ſi ordinato ad titulum patrimonio gratioſe beneficium confertur, poſſit licite conſeruare fructus patrimoniales pro ſuis hæredibus, & uiuere de reditib. beneficij? Reſp. poteſt: dum tamen honeſte uiuat, de hoc late per Abb. in quadam ſua diſputatione incip. Titius & in cap. Epiſcopus, eod.

ANTO. TIMO. Hinc colligitur, quod clericus poteſt habere de ſuo proprio; cum non habeat annexum votum paupertatis, ut religioſi, & regulares, vide S. Thom. 2. 2. quæſt. 185 ar. 6.

f Subſidium. Idem ſi dicas ſi habeat penſionem Eccleſiaſticam, ſed nec tale patrimonium, nec huiuſmodi penſio poterit extingui, vel alienari ſine licentia Epī, donec tales beneficiū Eccleſiaſticum non ſint adepti: vt per Concil. Trid. ſeſſ. 21. in decretis reform. c. 2. Et taliter ordinati gaudebūt priuilegio clericali nō ſolum in perſona: uerum & in rebus, 12. q. 2. c. Eccleſiarū ſeruos, & 16 q. 1. c. ſunt, qui de foro Eccleſiæ facti ſunt; licet nō habeant Eccleſiā: vt habetur, in cap. Epiſcopus, in fin. extr. eo.

Conceduntur. CASVS non figuratur. Sed not. cauſam diuiſionis cōferre enim beneficia inferiora, aut pertinet ad plenā poteſtatem legitimi Superioris, & hinc datur primus modus, aut non, & inde oritur ſecundus.

g Modis. Immo tribus, c. cum in illis, §. cum autem, eo. in 6. Sol. p̄ſentatio, & inſtitutio conficiunt vnum modum; cum vna poſſit ſtare ſine altera, quod ſatis apparet ex deſcriptione inſtitutionis, quæ ſtatim ſequitur, nec pręſentatio patroni aliquod ius ſpirituale trāſfert ſed eſt initium quoddam, ſeu quædam ſeruitus, c. quod autem, de iur. pat. ius enim ſpirituale tranſfertur per ſolam inſtitutionem. De quo per Abb. in cap. 2. in fi. de conceſ. præb. Sed adhuc contra; quia eſt modus electionis: ut ext. de ele. c. 1. & per tot. Reſpond. hic non tractat de electionis: quia de his ſatis dixerat ſupra de elect. cum titulis ſeqq. Quo modo autem differant electio, præſentatio, inſtitutio, collatio, & inueſtitura, dic ut per Abb. in c. auctoritate, de inſtitutio & inſ. titol. 1. §. ſunt autem, & §. diſſimiles, & per Io. de Sel. in tract. de benefic. in 1. par. q. 14.

h Præbendæ conceſſio. Intellige vel alterius beneficij.

i Appellari. Sed minus proprie.

K Appellationibus, id eſt, proprijs nominibus, & fac. § alio inſti. quib. mo. teſt. infirmen. & l. Labeo, §. 5. ff. de ſuppel. leg.

DE

DE COLLATIONIBVS.

Cum beneficia inferiora conferantur per collationem & inſtitutionem, §. fin ſup tit. prox & collatio videatur præcedere cum dependeat tantum à voluntate Prælati, vt in eo. §. dicitur, propterea poſt tit. præc. proponitur iſte, qui diuiditur in 3. par. in prima habetur à quibus beneficia conferantur: in ſecunda qualis ſit iſtorū conferentium poteſtas: in tertia an cum diminutione conferri ualeant: ſecunda ibi ordinarius: tertia ibi, & poſtremo.

a ANT. TIM. Collatio à conferendo dicta ſeu ferēdo in aliū & eſt in præſenti ſignificatione cū is qui habet poteſtatē cōferēdi præbendam, & beneficium in alium Nā & ſumitur alio modo pro ea quā faciunt ſcholares diſputando, & diſceptādo, vt in au th. etſi contra, C. de ſid inſt. Aliaq; fit comedendo, & bibendo. Tertia quæ fit coadæquādo, & cōparando.

ANT. TIM. Cōferuntur. CASVS non figuratur. Nota tamen citatam diſtin. quod cura eccleſiarū, aut ſpectat ad ſupremum caput ad ipſum ordinarium, aut ad priuilegiatū participantem de vtroque. Ioā. Bapt.

b Ordinario. Dicitur autem Ordinarius is eſſe, qui ſuo iure, vel principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionē exercere poteſt vbi habet. Sunt autem duplices, quidam habēt adminiſtrationē; vt epiſcopi habent & Epiſcopatus, quos actu regunt. Alij qui non habent adminiſtrationem; ſed tantum facultatem iudicandi, vt ſunt Epiſcopi renunciantes loco Epiſcopali, non dignitati, retinentes honorem ſine adminiſtratione, cap. 1. de ord. ab eo qui renū. Epiſco Item Epiſ cuius epiſcopatus omnino deſtructus eſſet, q eſſet epiſcopus nullius tamen Epiſcopatus, vulgo Nullatenenſis Gof. in ſū. de in integ. reſt.

Ordinarius Hęc pars ſubdiuiditur in 3 par. in prima explicatur poteſtas ordinarij; in ſecunda ptās legati de latere: in tertia pot ſtas ſedis Apoſt ſecūda ibi, ex legationis: tertia ibi, per reſcriptum; prima pars adhuc ſubdiuiditur in 3 partic. in prima adnota q ſit Ordinarius; in ſecū da declaratur præd. ptās, ſecunda ibi, quam conferendi, in prima. CASVS non figuratur. Not. tamen ius ſcriptū, & non ſcriptum æquiparari in conſtituendo Ordinarium iudicem, argumento, no. per Abb. in rubr. de conſuet. Ioā. Bapt.

c Cōſuetudo Quę dat iuriſdictionē. l. more maiorum, ff. de iuriſdi. omn. in d cap. cum dilectus, de conſuet. c. cum Eccleſia, & c. ſcriptum, de electio. etiam priuatæ perſonę cum contingat, vbi Abbas, & cæteri, de for. compet.

d Aut iuris. Sed quare eſt præpoſita in ordine litteræ conſuetudo auctoritati iuris? Reſpond forte, quia cōſuetudo in prouiſione beneficiorū præfertur iuri communi, cap. fin.

DE COLLATIONIBVS [a].

TIT. XXVII.

Collatio
- Ad quos ſpectet.
  - Ordinatium.
    - Epiſcopum.
      - Quomodo fiat.
      - Quo tempore.
    - Capitulum.
  - Legatū
    - Qui.
      - Nati.
      - Miſſi.
      - De latere.
    - Quas Eccleſias.
  - Pōtificē
    - Motu proprio.
    - Ad petitionem partis per reſcriptum.
      - Purè.
      - Iudicē.
      - Sub conditione.
- Differ. collationis.
  - Epiſcopi.
  - Legati.
  - Pontificis.
    - Vacantes.
    - Vacaturas.
      - Sibi reſeruare.
      - Alteri tradere.

Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, hoc dicit.

Conferuntur autem præbendæ, vel beneficia aut ab ordinario [b], aut ex mandato legati ſedis Apoſtolicæ, aut Pontificis reſcripto.

Quis ſit ordinarius collator.

Ordinarius collator is eſt, quem aut conſuetudo [c] approbauit, aut iuris [d] deſignauit

de inſt. c. ex noſcitur, de his, quæ fi à præl. & c. Abbate ſanc. de verb. ſignif. & c. cum Eccle. vbi etiam Abb. de elect.

a Epiſcopus. Cap. omnes baſilicæ, cum ibi allega. 16 quæſt. 7.

b Poterit. Capit. vn. ne le.va al qu. intro. vnde ſumitur.

auctoritas, vt Epiſcopus, Capitulum.

Si Epiſcopus & capitulum habent poteſtatem conferendi coniunctim, non poteſt vnus, ſine altero, niſi in vno ſubſit impedimentum, conferre, hoc dicit.

Quam conferendi poteſtatem epiſcopus [a], & capitulum interdum habent communiter, interdum diſiunctim, ſi communiter alter ſine altero illam exercere non poterit [b] niſi vel mortis [c], vel ſuſpenſionis, [d] vel maioris [e] excommunicationis [f] impedimentum in altero adeſſe contigerit [g].

Impedimentum non operatur, niſi coniunctim cum negligentia, h. c. dicit.

Cum vero ad ſolum epiſcopum cum conſilio ſui capituli, vel aſſenſu præbendarum ſpe erat collatio, eo defuncto, vel ſuſpenſo, niſi epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis [k] ſit in mora [l], capitulum ſe non poteſt intromittere [m].

Quando periculum eſt in mora, non eſt collatio differend. s. h. d.

Vbi vero collatio aliquem cum conſilio

i Quam conferendi. Hæc pars adhuc ſubdiuidit in duas partic. in prima di. quid iuris de collatione pertinente ad plures: in ſecũda quid iuris de negligentia collatoris: ſecunda, ibi ea ratione quoad primũ CASVS ita figuratur. In quadã diœceſi orta fuit controuerſia circa poteſtatẽ conferẽdi beneficia inter Epiſcopum Capitulũ, & quoſdã alios. quidã n. dicebant beneficia eſſe conferenda ad ſimilitudinem electionis, argu. c. nouit, de ijs, quæ fiunt à præla. Quidam dicebant oppoſit. argumento, capit. ſi quis iuſto de ele. in 6. & capitu. 13. q. 1 eſtio. 1. vnde in hoc difficultate fuit quæſitum quid iuris. Solu. fuit data prout hic legimus, cauſa autem illa aſſignatur, quia cum poteſtas illa originaliter veniat à ſummo Pontifice, diuerſimodè conceſſa fuit, & hoc ſecundum qualitatem CASVS id poſtulantis, & propterea obiectiones abſq; alio ſoluuntur cum quælibet in ſuo caſu locum habeat. Not. 1. quod illa, quæ ſunt iuriſdic. poſſunt pertinere modo ad vnum, modo ad plures, clem. 1. §. de heret. No. 2. aliquid ad aliquem pertinere aliquando ſimpliciter, aliquando cũ conſilio, vel cum conſenſu alterius, c. 3. & 4. de ijs, quæ fiunt à præla & ibi Doct.

c Mortis. Idem ſi quocunque alio modo vacet ſedes, vt renunciatione, & depoſitione, vel alio quouis modo, vt 7 q. 1. ecce in quibus, & 23. quæſt. 4 in prin.

d Suſpenſionis. Pone quod fuerit peccatum, in ca. graue, de præb. Et an Epiſcopus ſuſpenſus conferat, latè Hoſt. in ſum. de elect. §. quia poſſit eligere, verſic. item iure impedit, vt per Do. in c. tanta, de exceſſ. & præla. & in c. cum bona, de eta. & qua. & in c. ſi celebret, de cler. excom. mini. & in ca. inter, de elect.

e Maiora aliud ſi minoris, vt ſupra, qui eli. eligiue poſſunt, §. 2 & ca. ſi celebret, de cler. excomm. munic. mini.

f Excommunicationis. Sed quomodo poterit hoc eſſe, cum collegium & capitulum non poſſit excommunicare, cap. Romana, § in vniuerſitatem, de ſenten. excomm. in 6. Reſpon. Intellige ſi ſingulariter oẽs de capitulo ſint excõmunicati, ut dicitur in c. vnic. in prin. ne ſede vac. in 6.

g Contigerit. Quo caſu vnus ſine altero conferet & intellige hoc ẽs ſi Epiſcopus intereſſe cẽret, ut prælatus. fac. c. uni. ne ſede vac. in 6. & vide per Abba. in c. ex parte, de conſtitu.

h Cum conſilio. Eſt autem magna differentia vtrum conſilium interuenire dẽat, an conſenſus, vt habetur in c. cum olim, de arb. & in cap. cum in veteri, de elect. & in ca. venerabili, de offic. deleg. & in c. quando, & ca. ca. noſcitur, de h. a, quæ n. à præl. fi. ō c. & in ca. ne p. defectu. de ele. & in omnibus dictis locis Abb. t not. quod ſi is cuius auctoritas requir. i in actũ explicando conſilium accommodet, cenſetur etiam præſtitiſſe auctoritatem, Abb. in c. dilecti, de arbit.

t Aſſenſu maioris partis Cap. 2 de his quę fiunt à maio. par. cap. & no. in ca. 2. ne ſede vac. in 6. §. 1. & hoc videtur de iure communi in præbendis cathedralis Eccleſiæ ſecundum Compoſtel. in cap. cum Eccl. Vulterana, de eccl.

K Suſpenſionis. Si cõtingat illum eſſe ſuſpẽſum.

l In mora. Sed quando dicetus eſſe in mora. Reſpon. cum quam cito potuit relaxationem non petijt, l. a. §. confeſtim, ff. ad Tertul. Non tamen anxia, vel calumnioſa facienda eſt interpretatio, vt. ff. de donatio inter virum, & vxorem, l. ſi id quod, §. ſi quis ſecundum, & l. pen. ff. ad exhib. ca. ex his, de priuileg. Arbitrabitur ergo iudex, l. 1 ff. de iur. delibe. Si autem malitioſè impediatur petere, ſubuenietur ei: cum non ſit in mora, cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præb. niſi hoc ipſe procuraſſet, l. 1. §. fin. ff. ſi quis caution.

m Intromittere. Si ergo fuerit in mora Epiſcopus, poterit capitulum ſe intromittere. Sed quæritur, an ſtatim canonicaa poſſit conferre, an debeat expectare ſex menſes poſt moram, iuxta cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. Reſp. vt no. in vnic. ne ſed. vac. nihil innou. in 6.

Diſſe-

Epiſcopi pertinet, ſi quid humanitus contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficij collatio differenda. [a] Idem iuris eſt Epiſcopo adeo in remotis [b] agente, vt breui non poſſit illius haberi præſentia: quia petendi, vel expectandi mora vacanti beneficio poſſet imminere periculum. [c]

Si eccleſia ſteterit vacans per ſex menſes, beneficium deuoluitur, h.d.

Eadem ratione [d], vbi ad ſolum Epiſcopũ ſpectat [e] collatio, ſi per ſex menſes conferre diſtulerit, ad capitulum [f] deuoluitur. Ex contrario ſi ad ſolum capitulum pertinuerit, & infra præſcriptum terminum hoc non fecerit, [g] Epiſcopus cum religioſorum [h] virorum conſilio exequentur: quod ſi omnes forte neglexerint, Metropolitanus [i] abſque contradictione diſponet. [k]

Regularibus prælatis non conferentibus infra ſex menſes, fit deuolutio ad ordinarium.

Idẽ ſtatuitur in regularib. prælatis, ſi.n. quæuis beneficia ad illorũ diſpoſitionem [l]

a Differenda. Cum ab eo non poſſit tunc peti conſiliũ, ut in c.1.§ fi.ne ſe.vac.aliq.innou.in 6.arg. ea; gratioſe, de reſcr in 6. & de pœnit. diſtinct.1.§.hoc idem, verſi. idem a mortuo. Contrar um tamen eſſet, ſi collatio pertineret ad aliquem cum conſenſu Epiſcopi, vt no. in d.§.fi.

b Remotis. Hæc autẽ diſtantia erit relinquenda iudicis arbitrio ex ratione, quæ ſtatim ſequitur. An autẽ, & quando abſentes ſint ad actum vocãdi, per Doct. in ca cum omnes, de conſt. & in cap. 1. de his, quæ fiu. a ma par Cap & in c.2. de teſtib. in 6.

c Periculum. Simile capi ſi is qui, de off deleg. in 6 Sed contra; quia non ſeruata forma, actus valere nõ debet, le. paru, ff de arbit. cum dilecta, de reſcri. cum materia; Reſp. periculum imminens immutat quod alias eſſet ſeruandum, ſic cap. 2. de teſt in 6 & habetur per Legiſtas, in l. 1. ff. de of eius cui, &c, & in l. 1 ff de dã, infec & per Can. in c. 1. de conſt.

Eadẽ rõne; in tota hac parte CASVS ita in communi figurari poteſt: Illi qui tenebantur beneficia cõferre, fuerunt aliquando negligentes in collatione facienda, unde quærebatur quid tunc agendum eſſet, iſti enim dicebant ſe non fuiſſe negligentes, argumen l igitur, § 1 ff. de liber cauſa & quatenus eſſent puniendi, deberent puniri per ſententiam, & non ipſo iure, argumeñt l. reſpiciendum, ff. de pœn. Solu ut hic habetur, quia utilitas eccleſiarum id requirebat & hinc intelligimus etiam obiectiones aliqu d non concludere, cum ob utilitatem Eccleſiarum aliquando a iuris regula ſit recedẽdum, argum. cap. 1. de conſue No inde argumentum delinquentem eſſe puniendum in eo quod deliquit, cap ſi de immun Eccleſ Not. 2, tempus non currere ignorantibus quod deſeruit ad multa, gl. hic in verbo notitia Not. 3. caſum. In quo factum a principe nullum poſſit ratum haberi Doct in ca. quod ſicut, de elect.

d Ratione. Scilicet quia periculoſa eſt diuturna Eccleſiarum uacatio, ut ſ. quam ſit, & c. cupientes, de elect in 6.

e Spectat. Intellige iure proprio, non autem ſi ſpectet ratione deuolutionis: puta deuoluto iure conferendi ob negligentiam, uel delictum inferioris collatoris, quia hoc caſu etiam negligente Epõ, non fit deuolutio ad capitulum; ſed ad proximum ſuperiorem. Ratio diuerſitatis; quia in his deuolutis non eſt tanta communio inter capitulum & Epiſcopũ, quanta in ſpectantibus iure proprio, ut no ta Abb in ca. 2. de conceſ præb. poſt antiquos.

f Ad capitulum. No. caſum in quo inferior ſupplet negligentiam ſuperioris. Aliũ habes 9. quæſt. 3. cap. cum ſi us, & hoc eſt propter magnã cõionem, quæ eſt inter Epiſcopum, & capitulum, cap. requiſiſti, de teſt. & per Abb in c. 2. de conceſ. præbẽ.

g Non fecerit. Sed quid ſi fecerit poſt lapſum tẽpus ſex menſium, an tenebit collatio, & electio, quidã q; ſic, Cõtrarium eſt verum, ut s. a. licet & c. fin. de ſup. negli. præl. niſi de patiẽtia toleraretur, ca. litteras, de conceſ. præb Quia pro nõ dato hr. quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare, ca quod autẽ in fin de iur patr. arg contra, ff ſi q s cau. i. & ſi poſt tres, & leg Celſus, ff. de arbit & ita no. in c. 2 extra de conceſ præb

h Religioſorum. Capi ne pro defecto, de elect & c. obeuntibus. diſt. 67. Et intellige religioſos largo modo, & non pro his tantum qui uouerũt tria uota, ut habetur in locis ſupra allega. & per Abb. in c. dilecta, de maio. & obed.

i Metropolitanus. Intellige hoc ſi Epiſcopus non ſit exemptus, alias deuolutio fit ad Papam non ad Metropolitanũ; quia non ſuperior nõ poteſt ſupplere negligentiam alterius cap licet, de ſupp neg. præl. Nec ob. q, capitulum ſupplet negligentiam prælat., licet non ſit ſuperius: quia illud ratione magnæ communionis, ut dictum fuit ſupra hoc eodem §. in uerbo, ad capitulum.

K Diſponet. Etiam dando poſſeſſionem, c. ex parte Abb in pr de conceſ præb.

ANTO. TIMO Vide de ordine eorum, ad quos ſpectat collatio, per Abb in ca. 2 de conceſ præb.

l Diſpoſitionem: Id eſt, collationem uel proviſionem: quia ſi ad ſolam præſentationem, vel electionem ipſorum ſpectarent, tunc ad confirmantem vel inſtituentem, deuolueretur poteſtas, ſiue ſit

ſpectantia intra cōſtitutum [a] tempus cōferre negligant, locorum [b] diæceſanei in non exemptis [c] propria: in exemptis uero Apoſtolica [d] auctoritate eorundem negligentiam iuxta præſcriptum in Viennenſi Concilio [e] modum ſupplebunt.

Tempus deuolutionis currit ſolum non impeditis, & a die notitiæ, h. d.

Tempus autem ſex menſium nec currit legitime impeditis, [f] & a die notitiæ, [g] non a tempore vacationis erit computandum.

Deuolutio non habet locum in Eccleſia non numerata, vel quando dignitas eſt ſuppreſſa, h. d.

Hæc autem ita demum obtinent, ſi in Eccleſia erat diſtinctio præbendarū, & certus canonicorū numerus. Cæterum ſi neque diſtinctæ præbendæ, nec certus ſit Canonicorū numerus, Lateranēſi Concilio de beneficijs ultra ſex menſes uacantibus locus non erit. [i] Idem ēt obtinet, ſi per capitulum vacans dignitas legitimè fuerit ſublata. [k]

Sede uacante capitulum non fungitur uice Epiſcopi in conferendo: & ceſſante cauſſa, ceſſat & effectus, h. d.

Licet autē ob negligentiam Epiſcopi conferēdi poteſtas ad capitulum deuoluatur; [l] ſede tamen vacāte in collationib. præbēdarum Epiſcopi vice nō fungitur, [m] cū eo caſu

diœceſanus, ſiue alius.
a Conſtitutum. In c. 1. de conceſ. præbendæ.
b Locorum non perſonarum Si ergo prælatus alterius diœceſis habet prinratum, quem conferre negligit in diœceſi peruſina, Epiſcopus Peruſinus, q nunc eſt, excellentiſſimus Doctor & preceptor meus Ro. Rom. Auditor Iulius Oradinus ſupplebit, licet forte collator ſit Bononienſis.
c In nō exemptis. Olim ſecus e. ſicut de ſupp neg. prael. & e. cū ſingula, de præp in 6.
d Apoſtolica. fac. ca. irrefragabili, de offic. ord. & ca. ad abolendam, de hæret. & c. vn. de cle. ęgrot in 6. & eod. lib. de ſtat. mon e. vn & cle. attendētes, de ſta. mon. & clem quia contingit, de reli domi. forte cōferre poterit ēt legatus, per ea quæ dicit Abb. in ca. venerabilis, de præb.
e Viennenſi Concilio. Clem. vnic. de ſupp neg præl.
f Impeditis Impedimēto tā iuris quam facti. Quia pręſcriptio c. 2. de conceſ. præben eſt inducta contra negligentes, vt dr̄ in c. quia diuerſitatē eod. ut ſicut extrema, ca. vigilanti, de præſc. & 16 quęſt. 3. §. poteſt Et ſic iſtud tempus ſemeſtre eſt utile certo reſpectu; ſed alio reſpectu eſt continuum Currit enim & diebus feriatis, ut not. Abb in cap. 2 de conceſ. præb. & hoc niſi quis ſit negligens in remouendo impedimento; ut not in d. c. quia diuerſitatem ac c quoniam, dist 100 & l qui poteſt, ff. de re iu & l nō omnes, §. qui captum, ff de re mil.
g Notitiæ. Sic capit licet, de ſup neg. prælat. & hr̄ in c. nulli. & c quia diuerſitatē. de cōc. præb fac, l annus in fi ff. caluni & c biduum 2 q 6 & l. cū ſex mēſes, ff de ædil edict Sed ān præſumatur hęc ſcientia; puta vacat in diœceſi ſuffraganeí beneficiū an præſumatur Metropolitanus habere notitiam? dic ut per Abb. in c. ex parte, de conceſ præb. & in c. ſicut, de accuſat.
h Computandum. Idem in executore Papæ, ut no. in c. ſi de beneficio, de pb. & Cald. conſ. 33. de pb. Sed an quod hic dicitur de collatione militet etiam in inſtitutione? Reſpon. non: vt per Abb. in cap. 1 de conceſ. præb. & in cap. paſtoralis, de iu. patron. Quid ſi patronus per ſex menſes non præſentauerit; nunc quid his, qui habēt libere conferre, dabitur integrū ſemeſtre? Reſpō. vt per Abb. in c quia diuerſitatem, de conceſ præb.
i Non erit. Capit. ex parte, de cōceſ. præben qu a tunc nō dicitur præbēda uacare. Vnde nō mirū, ſi nō habet locum Concilium Lateranenſe quod loquitur de præbēdis, & beneficijs vacantibus. Et ſic nota in Eccleſijs regulariū, vbi numerus non eſt ſtatutus, nō dari vacationē Item dictū Cōciliū nō habet locum in dignitate Epiſcopali & eccleſia collegiata regulari Datur enim breuius tempus ob maius periculū, c. ne pro defectu, de elect. conſueuit ao. in c. 2. de conceſ. præb. Sed nunquid impetrans in tali nō numerata Eccleſia, ut ſibi prouideatur de canonicatu & præbenda, ſi uacat vel q̄ primum vacauerit, uel ſe in tali Eccleſia facultas obtulerit, recipietur per has literas? Reſpond. ut not. in cap. fin. de conceſ. præb. in 6. in ver. diſtinctio.
K Sublata Cap cum acceſſiſſent, de conſt.
l Deuoluatur. Competit enim Epiſcopo hoc lus communi iure, vnde transfertur in capitulum, ſede vac ſecus ſi competeret iure conſuetudinario, vel ſpeciali; ut no in c ſcriptum de elect & in cap. at ſi clerici, § 1 de iudi. & in c. verum de foro compet. per Doct
m Fungitur. Immo videtur contra cap his quæ, & c. cū ol m, de ma & obe Sol ibi ſumus in auctoritate confirmandi & inſtituendi; quæ eſt iuriſdictionis neceſſariæ; hic ſumus in poteſtate libere conferendi, qd' totū eſt gratioſum, ita Ab in c. illa, ne ſede vac. licet alij aliter, ut ibidē no. & in con-

traris

nullius ſuperioris poſſit argui negligentia.[a]

Circa collationem factam poſt deuolutionem diſpenſari poteſt

Is quoque qui nimium ceſſando conferendi ius amiſerit, ſi poſt ius collationis deuolutum nihilominus viris idoneis[b] de beneficio prouidere voluerit, quamquam ob temporis lapſum collatio mero iure non teneat, ex diſpenſatione tamen & benignitate tolerari[c] poterit.

Legati miſſi uel nati, uigore ſua legationis non conferunt, niſi ſibi ſpecialiter conceda ur: ſecus eſt in legatis de latere, qui conferunt, & ſine mandato ſpeciali, et iam inuito patrono Eccleſiaſtico, hoc dicit.

Ex legationis quoque munere conferendi competit facultas: quod tamen non indiſtinctè obtinet, nam ſiue miſſi fuerint, ſiue ſuarum prætextu Eccleſiarum[d], aliqui legationis ſibi vendicant auctoritatem, ex ipſa legatione nullam habent conferendi poteſtatem niſi alicui ſpecialiter indultum fuerit. His autem, quos Romani Pontificis latus, & comitatus illuſtrat[e] legatione[f] fungentibus ſine ſpeciali conceſſione, etiā Eccleſiaſtico patrono inuito[g] conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prerogatiua[h] lætantur, ſic eos auctoritate fungi congruit ampliori[i].

Legatus de latere non confert cathedrales eccleſias, nec regulares, nec dignitates poſt Pontificalem maiores, nec poteſt eodem tempore in eadem Eccleſia plures reformationes facere, hoc dicit.

Sed tamen nec cathedrales, nec regulares

tarijs, fac. inf. titu 1 §. diſſimiles. Et limita quod hic di itur tribus modis. vt per Abb. in d ca. illa. vbi ponitur regula, quod capitulum non fungitur vice Epiſcopi, niſi in caſibus a iure expreſſis.

a Negligentia. Ad quem igitur erit recurrendum vt prouideatur vacanti eccleſiæ? Reſp. ſecundū Hoſt. ad Papā. & de hoc plene Ab in c illa, ne ſed. vac. n.ā capitulū, vel archiepiſcopus non ſuccedit, niſi in caſu negligentiæ, vel qñ Epiſcopus delinquit conferēdo indigno, cap 2 de conceſs. præb. c. cū in cunctis, de ele. Et de materia Pa. in trac. de poteſtate, ca ſede vacant.

b Idoneis. Nam alias non haberet locū quod hic dicitur, c. litteras, de ſup. neg prælat

c Tolerari. Nota ergo, ꝙ multa per patientiā tolerantur, quæ ſi in iudicium uenirēt, corruerent, c. cū iam dudum, de præb. c. litteras, de ſup. neg præl vnde ſumitur. Et ſic nota quod ſola patientia dat ius talibus inſtitutis nō inſtitutio perperam facta, ſic l. obſeruare ff. de offic proconſ. in fin. & a. q. 1. c. in primis, fac. no per Abb. in ca. ſuper his, de conſang. & affinit. Et hoc intelligitur de patientia papæ non inferiorum, vt per Ab. in d ca. litteras. Inferiores enim poſſunt quidem de nouo conferre, ſed non ratificare.

Ex legationis. Hæc pars ſubdiuiditur, in tres partib in prima explicatur quis ſit iſte legatus: in ſecunda qualis ſit eius poteſtas: in tertia adnota. vnum commune. Ordinario, & tali legato: ſecunda ibi, ſed tamen tertia ibi, illud autem, quo ad primum CASVS non figuratur No. tamen cauſam diſtinct. Legatus enim aut eſt ordinatus ad certum negotium, & dicitur miſſus, & propterea ei hæc poteſtas non conuenit, aut oritur cum dignitate princ. & iſte dicitur, natus: aut eſt temporalis, ſed conſtitutus ad regimen alicu us Prouinciæ de latere Pontificis, & dicitur legatus de latere, atque huic conuenit hæc poteſtas conferendi beneficia.

d Eccleſiarum. Nota tres eſſe ſpecies legatorum: Natos, Miſſos, & de latere. Nati q. ſimul atque promoti ſunt ad aliquam Eccleſiam, ij ſo iure ſūt legati Papæ in ſua prouincia, vt Cantuarien ca 3 de offic. lega. ubi declarat Abb. Ebora. en. c. 1. de appell Miſſi ſunt q cū nō ſint Cardinales, mittūtur ad aliquam prouinciā, vt ſunt qui dicuntur Nūcij Sedis Apoſtolicæ. De latere uero ſecūdum communem opinione dicūtur Legati Cardinales Papa n & Cardinales faciūt vnum corpus, cuius caput eſt Papa. Vnde S Bern. ad Eugeniu Non dico te lanuin dolentem latere. De his per Abb. in c. excommunicatis, de offic. leg & Butrium in cap. dilectus, de fil presby. & in c. 2. de off legā. in 6. ubi habetur de ſingulorū poteſtate.

ANT. TIMO. Eſt autē Legatus, vt habetur in d. c. 1 & c legatus, cui prouincia regenda, ac gubernāda committitur, qui proconſulibus quōdā in Rom. Republ. æquiparantur.

e Illuſtrat. Sic l. quiſbue, C. ad l. Iul. maieſt.

f Legatione Scilicet Eccleſię Roman. Vbi ergo eſt legatus de latere in prouincia, vel alius habens ſpeciale mandatum, poſſunt tres concurrere in collatione beneficij Papa. ſ. Legatus, & Ordinarius Vnde poſſet hic eſſe locus, c. a ſedę, de præb. & 3 item ſi à ſede, § eo.

g Inuito. Ca dilectus, de off leg. & inf. ti. ſe inf. 1.

h Prerogatiua. Concord. c. f. n. § 1. de off. leg. in 6. & c. ne aliqui, de priu. eodem. libro.

i Amplioti. An autem legatus de latere confer-

re poſſit beneficia per Concilium Lateranenſe ad Papam deuoluta, variæ fuit opiniones, vt no. in c. 1. de off leg. in 6.

Sed tamen. CASVS ita figuratur. Cum legatus ille de latere eſſet in prouincia maior. Ordinario iuxta cap. paſtoralis, §. 1. de offic ordin. propterea ob eius prærogatiuã volebat in ea non ſolum omnia beneficia conferre, ſed etiam reſeruationes collationũ ſimpliciter facere, & eius reſcripto ſurreptionem nõ poſſe opponi, ꝙ aliquãdo non maior ordinario, ſed æqualis ei fuiſſet vñ fuit quæſitum quid iuris. Solut. hic legimus, quia licet ſit maior, tñ illa maioritas dẽt intra certos termi nos regulari, & ſic ceſſat omnis difficultas, no. in de argumen. priuilegia eſſe reſtringenda ne ius tertij nimis lędatur. Not. 2 priuilegia dignitati cõceſſa extingui cũ dignitate ipſa, ſicut priuilegia perſonalia cũ perſona ca. priuilegium perſonale, de re iu. in ſi.

ſemper impeditur legatus facere plures reſeruationes, c. præſenti, de off. leg. in 6.

g Finitur. Quod poteſt eſſe multis modis: puta, quia fuit legatus ad tempus, nam finito tempore, finita eſt legatio, c. de cauſis, de offic. deleg. Item quia fuerit reuocatur, l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. Item quia egreſſus ſit legationẽ animo non redeũdi: ſecus ſi egreſſus ſit vnam prouinciã cum eſſet legatus ĩ pluribus. Ex quo n. non eſt egreſſus legationẽ, adhuc eius iuriſdictio non expirat, cap. nouit, de offi. leg. in 6. Legatus enim in qualibet parte legationis exiſtẽs, legationẽ exequitur, ſicut Epiſcopus in qualibet parte diœceſis, c. cum Epiſcopus, de off. ord. in 6 & inf. de iud §. eſi & alia. Item ſi ſit perſonalis, finitur morte legati, c. legatos, de off. le. ſecus ſi realis. No. in cap. præſenti, eo. tit. & libro.

h Executores dati. Sed cũ iuriſdictio delegati à legato perpetuetur percitationẽ, uel alium iudicialem actum, cur notificatio, inhibitio, & decretum non perpetuant iuriſdictionem executoris? Reſpondeo reſeruationes beneficiorum ſunt odioſæ, ex duobus; & quia per eas durat via ad uacatura, & quia præiudicant ordinariæ poteſtati, igitur ſunt reſtringendæ. Aliud in Papa: quia poteſtas executorum ab illo datorum ſupergratia facta, & re integra: & ſuper facienda re non integra, bene durat poſt illius mortem, quia Papa poteſt ius ad vacatura dare, ſed non ſic legatus capitu ſi ſupergratia, de offic. delega. in 6 & capit. ſi cui, de prebend. eodem libro. Bene ergo poteſt legatus donec durat in officio ſuo, impedire ordinarium in conferendo, ſed non finito officio, vt hic capitu. præſenti, unde ſumitur, & vbi notatur de officio legati, in ſexto.

aut collegiatas eccleſias, nec eccleſiarum cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti, primum [b] poſt Epiſcopũ obtinent locum, veluti archidiaconum [c] ſuæ diſpenſationi, aut prouiſioni reſeruare poſſunt [d]. Nec plures beneficium reſeruationis eodem tempore in eadem cathedrali [e], vel collegiata eccleſia, vel ad eiuſdem [f] collationem pertinentium faciet:

Reſeruationes legatorum expirant finita legatione, h.d.

Illæ quoque quas iure fecerint, dummodo ad beneficiorum iam vacantium collationem non ſit proceſſum, eo ipſo quod illorum finitur [g] legatio, penitus euaneſcent: nec executores [h] dati amplius ea conferre poterunt.

Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouiſionem legati non ordinati, h.d.

Sed nec aliter beneficium obtinenti ab Apoſtolicæ Sedis Legato [i] facta collatio ualebit, quam ſi de eo, quod tunc prouiſus obtinet mẽtio facta ſit ſpecialis [k], licet id in

a Eccleſias. Ideſt principales dignitates in Eccleſ.js, puta Epiſcopatum, Plebaniam, Abbatiam. Prioratum: vt not. in cap. deliberatione, de off. leg. in 6.

b Primum. Not. Duo debere concurrere, vt Legato ligentur manus circa has dignitates. Primo, ꝙ debeant concedi per electionem. Secundo, quod obtineant primum locum poſt Epiſcopum.

c Archidiaconum. Loquitur inſpecta diſpoſitione iuris communis ſecundum quam poſt Epiſcopum primum locum obtinet Archidiaconus, vt habetur ſupra de offic. Archidiaco. & capit. ſedes, de reſcrip. alias tamen eſt inſpicienda conſuetudo Eccleſiæ, vt bene not. in ca. deliberatione, de offic. leg. in 6.

d Poſſunt. Quantumuis plenariam obtineant legationem, c. deliberatione, de off leg.

e Eadem cathedrali. Siue ſpectant ad collationem vnius, ſiue diuerſorum, ex quo enim ſunt in eadem Eccleſia, pendente vna reſeruatione, non fiet alia, vt no. in ca. præſenti, de offic leg. in 6. vnde ſumitur.

f Eiuſdem. Ergo ſiue ſit identitas in Eccleſia licet ſit diuerſitas in collatoribus, ſiue ſit identitas in collatore, licet ſit diuerſitas in Eccleſijs,

i Legato. Scilicet de latere, quia alias legationis iure quis conferre non poteſt, vt ſupra eod. §. ex legationis, & c. 1 de offic legat. in antiq. & ca. eod. tit. in 6.

K Specialis. Etiam ſi legatus conferat motu proprio, idque litteris expreſſerit ſecundum aliquos. Alij tamen contra, vt no. in c. ſi. de offi. leg. in 6. & Clem ſi. de offic. ord. Et nota ex hac littera,

quod

quod non ſufficit generalis expreſſio. An autẽ de qualitate iure beneficij, quod habet impetrans ſit facienda mentio not in Clem. 1. de præb.

a Aliorum. Nota ꝙ legatus eſt iudex ordinarius quod implicat iſta dictio aliorum, fa. not in leg. ſi

generalis, vel conſanguineus fuerat inſtitutus de beneficio: ſed ſi ſpecialis procurator inueſtitus fuerit, ſtatim debet dici ſuum, de quo dic ut not. in capit u. accedens, extra de præb. & in c. ſi tibi eod tit. in 6.

aliorum [a] ordinariorum collationibus minime requiratur. [b]

Licet ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo ius, tamẽ collator de eo alteri primo non conſentiente, prouidere non poteſt. h.d.

Illud autem tam in ordinario, quam etiã in legato ſtatutum eſt, quod ſi cui [c] beneficium contulerint, licet is, donec collationẽ ratam [d] non habuerit, nullum ius in eo acquiſierit in perſona tamẽ alterius, [e] primo non conſentiente, de beneficio non libero ab ipſis facta prouiſio non ſubſiſtet. [f]

Prouiſo poteſt præfigi terminus ad acceptandum quo lapſo, poteſt beneficium alteri conferri, prouiſus tamen re integra poteſt ſemper acceptare. h.d.

Plane notificata collatione, & ad conſentiendum termino [g] competenti præſtito, ſi primus non conſenſerit, eo lapſo [h] beneficium libere, cui uiderint expedire conferre poterunt. Antequam tamen ipſum alii contulerint, non obſtante lapſu termini, ſuum primus collationi poterit accommodare conſenſum. [i]

Per reſcriptum Apoſtolicum præbenda confertur pure, in diem, & ſub conditione: & pura collatio eſt, cum alicui ſimpliciter de beneficio prouidetur, h.d.

fugitiui, C. de ſeruis fugi. de quo dic ut in proxima ſequenti notula.

b Requiratur. Quę eſt ratio diuerſitatis huius iuris, diuerſi legatorũ ad alios ordinarios. Reſpõ. licet legati de latere per poteſtatem in iure expreſſam & alij legati ex ſpeciali cõmiſſione, quandoque beneficia conferãt: faciunt hoc apoſtolica auctoritate, nec ſunt collatores ordinarij: imo propter factũ ipſorum fit præiudiciũ illis, ad quos collatio pertinet ergo collatio ut extraordinaria ſuperinducta, & collatoribus ordinarijs p̃iudicãs, eſt reſtringenda, ordinariorum uero collatio, ut naturalis & fauorabilis, ampliãda, fac cap ad hoc, de reſcr. & ca ſi de re iudi. ca. odia, de reg. iur. in 6. & no. in cle. ſi de off ordi. et eſt ſimilis differentia in c ſtatutum de reſcr in 6 Vel dic; quod ordinarius præſumitur facere magis ex certa ſcientia, cum ſit ordinarius & perpetuus, & præſumatur cognoſcere oues ſuas quæ ratio non militat in legato.

b Præſentare. Nõ ſolum ob rationẽ quæ ſequitur, uerum etiam, quia differentia debet eſſe inter præſentatum, & præſentãtem, baptizatum & baptizantẽ, dãtem & recipientẽ c.ſi.de inſtit.c.debitũ,de bapti.l.2. ff.de ſtipu.ſeruor. plures tamen patroni poſſunt vnũ ex ipſis præſentare, arg cap cum in iure,de offic. deleg. Sic & decuriones poſſunt dare tutorem vnum ex ſeipſis, leg. vbi abſunt, ff. de tutor. & cur da. ab his. Et electores eligunt prælatum ex ſeipſis, capit ne pro defectu, & cap. quia propter, de electio. & ita not. c conſuluit, ext. eod.

c Immiſcere. Immo hoc ipſo tanquam ambitioſus debet repelli. 8 quæſt cap in ſcripturis, & 1.q. 6.c.ſicut, l.quanquam, C.de Epiſ.& cler.l.quæ omnia, de proc ſac.l.contra temp C. de re milit lib.1. & c.uitamus, diſ.61 Sed contra videtur quod dicitur, in c.cum in iure, de elect. Reſpond. ille non elegit quia fuit primo ab alijs electus, & poſtea ipſe conſenſit.

d Debeat. Et ſi aliter faciat, perderet ius conferendi, vel præſentandi, per ea quæ not Abb. in cap. ad aures, de exceſſ.præl in ſi Si tamen Epiſ. opus motu proprio conferat beneficium patronatum, valebit collatio Item poteſt patronus ſupplicare Epiſcopo, quod ſibi beneficium conferatur, forte propter indigentiam, vt per Abb. in ca. per noſtras, eo. vnde ſumitur.

Sunt autem. Hæc pars ſubdiuiditur in 2. partes, in prima habetur inter collationem & inſtitutionem ſimilitudo: in ſecunda inter eaſd. diſſimilitudo: ſecunda ibi, diſſimiles ſunt, quoad prima CASVS commode non figuratur. Sed loco eius eſt ad notan. quod inter quoſdam ſcholares Canoniſtas orta fuit q. circa naturam Collationis, & inſtitutionis, quidam enim dicebant nullam penitus dari ſimilitudinem inter eas, quia de natura collationis eſt, vt ſit libera conceſſio, & de natura inſtitutionis, vt dependeat à præſentatione, §. fi. ſupra de præben. Quidam vero tenebant oppoſitum reſpectu beneficij cõferendi, & eius cui veniret conferẽdũ, ſi quidẽ & natura beneficij, & actus cõferẽdi id ſuadebant poſſent euitari in cõuenientia quæ aliter inde orirentur quia de re fuit q̃ſitum quid iuris. Solut. vt hic legimus, quia cum repetuntur ſub vno genere, oportet, vt ſapiant naturam eius, & ſic habent in hoc ſimilitudinem, qua ratione ſuadente et obiectio alterius opinionis non tenet. Not. ex hac parte. arg. quod ſimilitudo datur inter ea, quæ ſaltẽ aliquo reſpectu ſunt eiuſdem naturę quod regulariter à rationis identitate cognoſcitur, ca.4. & ibi gloſſ. in uerſi. ſimilitudine de confirmation.

e Non eſt. Vt ſup. eod. §. prox.

f Inſtituere. Alias iure inſtituendi priuabitur, vt per Abb in c ad aures, de exceſ prælat. fac c. fin. de inſtit. Poterit tamen conferre filio, vel alijs conſanguineis idoneis, vt no. ſup in præcedenti §. Caueat tamen hic conferens, ne carnali moueatur affectu, c. de præb. & ſup. de confirm. § illud.

g Accipientem. Concor. 24.q 1 cap. didicimus & l.1.ff. de aut. tutor Nec poteſt quis uicem plurium perſonarum ſuſtinere. 16 q 1.c presbyteros, le. nemo, C. de aſſeſ c. ſingula. d. 89. & l. etſi plures, ff. de pac. Arg contra. ff. de adop. ſi conſul. c. cum inter canonicos, de elect. Sed ſi ordinarius collator conferat alij poteſtatem conferendi, nunquid poſſit ab illo beneficium recipere, vt ſic nõ videatur ſibi ipſi conferre. Reſp. Diſtinguendũ eſt, an collator transferat omnimodam poteſtatem in aliũ & tunc poteſt ab illo beneficium recipere, cum ille conferat iure proprio, aut tranſtulit tanquam in aliũ commiſſarium, tunc ſecus, quia repræſentat perſonam collatoris. Nec facit contra, quod Papa dat poteſtatem ſuo confeſſori, & nihilominus poteſt ab illo ligari, & abſolui. vt habetur in c. ex parte, i. & in c. ſane, 2 de off deleg & c. nemo, q. 2. qui a reſpondelur. vt per Ab. in c ſi. de inſt.

h Regulariter. Vt c.2. & c. conſtitutus, de conceſſ. præb. Papa tamen tribuere poteſt ius, etiam in vacaturis, c.2. de præb in 6. & ſup. tit. prox. §. eſt ergo, & propterea dicit regulariter.

i Promiſſiones, Concor. c. nulla, ca. relatum, cap. ex

tenore,cap.conſtitutus,& cap.fin.de conceſſ.præb. nam quæ ratio militat in collatione, ſcilicet vt vitetur totum captandæ mortis,c.a. de conceſ.pręb. militat etiam in præſẽtatione. Poſſet tamen patronus fortè abſuturus dare vni poteſtatem præſentãdi in genere licet Ep̃s ius conferendi ſoli vicario generali poſſit cõmittere, ut per Ab.in c. conſtitutus,de cõceſ. p̃b. De ratione diuerſitatis dic,ut p eũdem in c fi.eo.tit.

Ioã.Bapt. Diſſimiles sũt, CASVS. Capitulum certæ Eccleſiæ Cathedral.ſede vacante uolebat præsẽtatos inſtituere.idè intendebat facere Vicarius ep̃i vigore generalis mandati, ne antè debitum an præſentati eſſent in ſacris, & quod patronus dẽat cõſeruari ius percipiendi uitæ neceſſaria,vnde fuit dubitatũ an id eſſet de iure permittendũ, ſiquidem ſicut eccleſia non põt conſtitui ſine conſenſu Diœceſani §. ædificatione,ſup eo.ita quoque uidetur dicendum aliquem in ea non poſſe inſtitui, nec aliquid fieri,ſine eiuſdem uolũtate Solo tamen eſt tenenda, p̃nã hic legimus, quia cum inſtitutio dependeat à pręſentatione,nequit p̃ pea, in ea obſeruari illud,ꝙ in collatione, requiritur:patronis

aũt à principio fuit illud ius conceſſum.ideo non debent poſtea eo priuari.quibus obſeruatis.et an obiectio videtur ceſſare. Not inſtitutionem habete quædam ſpecialia propter qualitatem præſentationis,ſine qua inſtitutio eſt nulla,§.inſtitutum, & §.quemadmodum,ſup.eod.Not 2 una cum glo. in uerſic ad inopiam, quod ſubuenire pauperi eſt de præcepto generali, & aliquando eſt de obligatione ſpeciali,vt contingit in Eccleſia reſpectu patroni pauperis.

a Epiſcopi.Solius,c.vnic.ne ſed.vacan.

b Poſſit.Cap.illa ext.ne ſed.vac.

c Idonei.Hoc intelligitur etiam ſi non fuiſſet appoſitum,vt l.ut gradatim,ff.de mu.& hon. ca.cauſam quę,de ele.Arg.eſt ergo quod poterit examinari inſtituendus,de quo uide per Abb.in c.in Lateranenſi,de præb poſt prin.

Eccleſiarum, in quibus quis ius obtinet patronatus nullo iure ſubſiſtunt.

Capitulum ſede vacante poteſt inſtituere præſentatos,h.d.

Diſſimiles ſunt, quia etſi capitulum ſede vacante,beneficia,quæ ad collationem Epiſcopi [a] pertinent conferre non poſſit [b],præſentatos tamen à patronis poteſt, ſi idonei [c] ſint,admittere,& inſtituere.

Vicarius licet non conferat ſine ſpeciali commiſſione: tamen inſtituit,h.d.

Idem obtinet in Vicario, quia licet ſine ſpeciali conceſſione [d] conferre non poſſit, præſentatos tamen inſtituere [e] minimè prohibetur.

In Rectorem parochialis Eccleſiæ poteſt præſentari etiam non in ſacris conſtitutus,licet ſecus in libera collatione,h.d.

Sunt etiã in eo diſſimiles, quod in rectorẽ parochialis eccleſiæ,& non in ſacris conſtitutus præſentari poteſt, dũmodo alias ſit idoneus,& infra tempus à iure conſtitutum ad ordines,quos ipſius Eccleſiæ cura requirit,promoueri valeat. Collatio autem fieri non poteſt, niſi in perſona eius, qui ſaltem ſit in ſubdiaconatu [g] conſtitutus.

Potentia actui proxima habetur pro actu ex diſpenſatione,h.d.

Cum his tamen,qui in minoribus ſunt ordinibus conſtituti,ſi tales ſint,qui intra breue tempus [h] poſſint in presbyteros ordinari,diſpenſari [i] poterit.

Patronis defertur circa honorem, & uita neceſſaria ſubminiſtranda,h.d.

d Conceſſione, c. ſi.de offi.uic.in 6.

e Inſtituere. Ca. ex frequentib. de inſtit. Ratio differentiæ eſt,q̃a collatio eſt quædam donatio, ideo ĩ uicarium non trãſit per rationem,quę ponitur in c. ſi.de off.Vicar.in 6. inſtitutio uero eſt quędam collatio non libera,vt ſupra de pręb.6.ti.ſic.c.decernimus. 16 q 7. & c.nobis, eo. Et in quibus capitulũ Epiſcopo ſuccedat,ſede vacante, habetur in c.cum olim, & in ca.his quæ de maior & ob. & in c.cũ uos, de off.del.per Ab. & per eundẽ,in c. veniẽ, de fo.cõp.& eſt de ea re tracta. Franc.de Pauinis.

f Conſtitutus.Et ſic apparet, quod c.præterea,de ęta. & qual quantum ad inſtitutionem eſt correctum, vt not.in ca.ſi de inſtit.in 6 & in ca.1. de conſtit.in 6..n ver.1 ct.

g In ſubdiaconatu. Nec mirum cum & in Epiſcopum poſſit ſubdiaconus eligi.ca. a.nobis.de ęta.& qualit.& ſup.de elect.c.igitur.

h Breue tempus. Arg q̃ nõ intereſt quod fit in præſenti, an breui tempore poſt; cenſentur.n. ineſſe quæ fiunt incontinenti, l.lecta, ff. ſi certum petat. Et habetur pro accincto proximè accingendus.l penult.ff de milit.teſtament. qualiter interpretabimur hanc breuitatem temporis,vide quæ traduntur in cap.præterea de ætat.& qualit.

i Diſpenſari. Per Epiſcopum,nam ex quo ius permittit diſpenſari,nec Papa ius diſpenſandi ſibi reſeruauit, dicetur id etiam inferioribus conceſſum ſecundum Io.Andr.in c.licet canon. de elect.in 6. & ſequitur Abb.in d.c.præterea.

Defer-

Defertur [a] autem patronis non ſolum circa præſentationem: verum etiam circa honorem proceſſionis, [b] & circa neceſſarium vitæ ſubſidium Nam ſi aut ipſi, aut aliorum filij ad inopiam [c] redacti fuerint, illis erit modeſte [d] ab eccleſia ſuccurrendum.

Ius patronatus tollitur ceſſione collegio, conſtitutione, Eccleſiæ deſtructione, h d.

Tollitur ius patronatus ceſſione, vt puta cum quis id Eccleſiæ, in qua ius habet huiuſmodi, cōferendum duxerit. [f] Item ſi quis Eccleſiā ſine ſui reſeruatione [g] iuris collegiatā [h] fieri patiatur, [i] eo amplius cōſtat, ſi ædes ſacræ incendio conſumptæ fuerint, vel etiā terræ motu, vel vitio ſuo corruerit, extigui

a Defertur. Nut ex hoc § tria, quæ conſequitur patronus ex iure patronatus. Primum, quod præſentat Secundum honor proceſſionis. Tertium quod conſequitur alimenta, ſi deuenist ad inopiam. Adde & quartum, quod ponitur ſup. eo. §. habebit. ſ. ius defendendi. Ita enim ſibi eccleſiæ ſuæ incumbit defenſio, vt poſſit presbyterū denunciare ſi ſit delapidator uel alias inhoneſtus, ut habetur 16 q. 7 c filiis, & per Abb. in cap. nob s, eo.

ANTO. TIM. Plures habet utilitates patronus ab eccleſia, unde illud Patrono debetur bonorū munus, vt litaſque, præſentet, præſit, defendat, alatur ægens. Sunt & patrono ab eccleſia certa quędam onera: nā tenetur eā defendere ab omnibus oppreſſionibus, vt 16. q 7. c filijs.

b Proceſſionis. Sed qualis eſt hic honor proceſſionis? Reſp. quidam intelligunt, quod cum patronus uadit ad eccleſiam, debet prælatus cum clericis ſibi obuiam procedere, quod intellige ſi patronatus ſit magnus, & cui hoc conueniat, puta Rex, vel magnus Princeps, & hoc ſeruatur Venetijs in eccleſia S Marci, in qua Dux habet ius patronatus Vel aliter quia patrono debetur honor præ cæteris laicis in ſeſſionibus, vel actibus ſimilib. Vel dic, ut per Ab in c. nobis, eo. vnde ſumitur.

c Ad inopiam. Sed quale eſt iſtud priuilegium patroni pauperis, cum eccleſia tenetur ſubuenire pauperibus indiſtincte, 16 q 1 c quoniam, & 12 q 2. c. aurum? Reſp. largius ſubueniſſet patrono, quā alijs, cap. cum in officijs de teſt. & not in capit quicunque, 16. q 7. item paoperes non habent actionem contra eccleſiam, vt no. in c. ſicut hi, d 47 & c exigunt, 1 q 7. & per But. in c. 2 de empt. & uend. ſed ſi patronus habet actionem per capit. quicunque, & cap. nobis, eod.

d Modeſte Habita rōne qualitatis perſonę ipſius patroni, argu. l. ius alimentorum, ff vbi pupil educa. d. b. & magis ei quia quandoque fuit diues, quā ei qui nunquam ut c. non eugantur, d 41.

e Succurrendum. Intellige quando patronus in ſummam egeſtatem deductus eſt, vt accidit Peruſij in nobili ciue de familia Guidalutorum, cui ad extremam inopiam redacto ſubuentum fuit a Magnifica ſapientia noua, in qua habebat præſentationem quorundam ſcolarū, & quæ fundata fuit a quodam Epiſcopo illius familiæ Item intellige quando familiæ ſupereſt, ut no. in c. quicunque 16. q 7 & c nobis, eod.

Ioā. Bapt. Tollitur CASVS, ita figuratur. Cum orta eſſet controuerſia inter Epiſcopum certæ diœceſis, & quoſdam eccleſiæ patronos, Epiſcopus enim dicebat ius patronatus eſſe extinctum ceſſione tam tacita quam expreſſa, uel loci conſumptione, & deſtructione, ſeu alicuius delicti grauitate, aliter. n. Eccleſia grauaretur, quia ius ei altero ex ijs modis acquiſitum teneret, quod eſſet inconueniens, argu. capit 1 de conſue. Patronus autem dicebat oppoſitū, per ca de. cr, de regu iur. in 6 Solut. tamen eſt ſequenda, quam hic legimus, & rō eſt quia ius patronatus in hac parte eſt ſimile ſeruitati uſusfructus, unde non obſtat e. 1 decer, quia uerſatur regulariter & ex parte ſui, ſecus cauſa aliqua legitima concurrente, & ſuadēte. Not. primo argu. quod extincto fundamento, extinguitur quoque ædificiū de ſuper factum, ut eſt cenſus, Emphyteoſis, & ſim. Nut. cauſam extinctionis illius iuris reduci ad voluntatem, culpā & rē ipsā.

f Duxerit. Quo caſu eccleſia remanebit libera, vt habetur in ca 1 eod. in 6. Et idem eſſet ſi patronus venderet ius patronatus ipſimet Eccleſiæ, quia adhuc remaneret libera non ratione contractus qui improbatur a iure, ſed quia patronus ob delictum ſuum venit ſpoliandus, vnde conſequenter eccleſia remanet libera, vt per Abb. in c quia clerici, eod in fi.

ANTO. TIM. Ea per quæ iſtud ius patronatus tollitur, vel tranſit in aliam perſonam, quæ his verſibus quibuſdam afferuntur.

Iura patronatus tranſire facit nouus hæres.

Res permutatur, nouatio, venditioque adduntur.

Etiam alij modi, prout in textu Verum ſi publicentur omnia bona alicuius propter crimen, etiam læſæ maleſtatis per ſæculatem iudicem, filius non priuatur iure patronatus, quod pater habebat: nā illud a Papa habet Arch. in c filijs. 16. q 7 intellige quando lis eſt cū aliqua uniuerſitate ſæculari.

g Reſeruatione Iur. s. Ergo ſi reſeruabit ſibi ius, poterit pręſentare in eccleſia collegiata, vel colligere, quod ſ t s vī poſſe fieri, cap. nobis, eod. Sed contra c. ſacroſancta. & ca Mediolan. de elect. Solut ibi.

h Collegiatam. Quod quando accidat, dic ut per Abb in c. nobis eod.

i Patiatur Bene patiatur quia alias eo inuito non poteſt eccleſia patronata fieri collegiata ut concluditur in c. nobis, eod. & in capit cum accessiſſet, de conſtit.

a Neceſſe eſt: Quia ſublata ſubſtantia neceſſe eſt accidens interi e, far. l. ſi ſeruus, §. 1. ff de act. empt. & inſtit. de vſufru. § fi. Forte idem ſi eccleſia detineretur ab infidelibus, arg. l. cum loco, ff. de relig. & ſump fune.

b Pœnas: Quæ po nuntur, in cap. in quibuſdam §. fi. de pœn.

c Amiſſionem. Et ſic ius patronatus deuolueretur ad eccleſiam, cui facta eſt iniuria, 17. q. 4 cap ſi quis de in. eps, & cap quiſ quis, & habetur in ca in quibuſdam, & in ca ad aures, de pœn

d Confiſcanda. Vt ca. excommunicamus. 1. & 2 de hæret. in antiq & ca. cum ſecundum de hæret. in 6.

e Vniuerſitate cũ q 13, & aliàs ius patronatus tranſit, cap ex litteris, eo. & ſup eo. §. donatione.

ius patronatus neceſſe a eſt.

Patronatus delinquendo amittit ius patronatus, h.d.

Sed ſi patronus auſu nefando Rectorem, vel clericum ipſius Eccleſiæ per ſe. vel per alios occidere, vel mutilare auſus fuerit, tã alias pœnas b quam iuris patronatus amiſſio nem c ſuſtinere debet. Idem iuris eſt, ſi patronus efficiatur hæreticus, cum enim bona hæreticorum vniuerſa ſint cõfiſcanda, d merito cum iſta uniuerſitate e etiam ius patronatus interibit.

DE CLERICIS NON reſidentibus.

TIT. XXIX.

Clerici non reſidentes.
- Qui puniẽdi.
  - Qui deſerunt ſine cauſa.
  - Qui nolunt.
- Qui excuſandi.
  - Papæ deſeruientes.
  - Negotijs eccleſiæ.
  - Ob ſtudia.

Si conferatur beneficium non idoneo ad reſidendum, & patronus priuandus eſt beneficio, & collator conferendi poteſtate, h.d.

DEbent autem hi, quibus eccleſiaſtica miniſteria ſunt committenda, tales deligi, qui & reſidere in Eccleſia, & curam demandati ſibi officij per ſe ipſos f valeant exercere, quod ſi aliter actum fuerit, & qui receptus fuerit, quod

DE CLERICIS non reſidentibus.

Per proximos præced. tit præſupponitur Clericos eſſe beneficiatos, unde cũ propterea teneãtur Eccleſiæ ſeruire, ideo poſt titul. præcedentes præponitur modo iſte, qui diuiditur in 3. par. in prima habetur qualiter Clerici teneantur ad reſidentiam, in ſecunda qualiter excuſentur, in tertia fit Epilogus ſupradictorum: ſecũda ibi, iuſte, tertia ibi, hæc.

1. eo quoad uiderent inconueniens, Sol. tamen ut legimus, quia beneficia, & Sacramentum Ordinis eis annexum ſunt ad hunc finem a principio regulariter Inſtituta & ordinata, ut Clerici ad diuerſa ſeruitia pro ſalute fidelium teneantur & ideo et obiectiones videtur ceſſare, cum ipſa ſint ca ſæ partiales, & limitatiue locum habeãt. Not. beneficia eccleſ. de iure communi requirere reſidentiam, licet de iure ſpeciali aliter aliquando poſtea contingat. Not. a. quod in promotione clericorum ad beneficia eligitur induſtria perſonæ, & ideo promouentur magis idonei, c. conſtitutis, de appell.

f Per ſeipſos. 21. quæſt. 1. & diſtin. 70. ca ſanctorum, & diſt. 71 ca. clericos, & diſt 91. cap. Eleuterius, & cap. 3. eo. Quandoque tamen poteſt quis deſeruire per uicarium, ut cum parochialis eccleſia annexa eſt dignitati, vel præbendæ. Item ſi rationabilis conſuetudo aliud induxerit, ut per Abb. poſt antiquos, in dicto capit. 3.

ANT. TIMO. Reſidentia enim reſpicit perſonam: nam reſidere in eccleſia eſt in ea ſeruire beneficio, & cius curã habere perſonaliter, Goff. ca. quia nonnulli, de cler. non reſi. Et nõ reſidere dicitur, ſi perſonaliter non perſiſtit, & beneficio non inſeruit ſecũdum gloſſ. An vero ſit de iure diuino, diſputatum fuit in Trident. Conc. Vide quæ ſcribit de hoc Tho. Campegius in opuſculo de reſidentia Epiſcoporum, & quando teneatur reſidere, & in quo caſu non, uide S. Thom. in 2. 2. quæſt. 185. art 4. & Caiet. in art 4. ubi ſuſtinuit eam ſententiam, quod eſſet de iure diuino reſidentia.

DEbẽt autem. CASVS. Quidam clerici beneficiati nolebant in ſuis beneficijs reſidere, & cum ab eo loci ad id eligerentur excuſabãt ſe ea rõne, q beneficia ſunt eis conceſſa, ne cogerẽtur mendicare, iux. no. in c. cũ ſecundum, de præb. ac et grauarentur multiplici onere, cũ tenerẽtur ad horas Canonicas, c. 1. de celeb. miſſa. clem.

Prima-

contra ſacros canones acceperit, amittet, & qui dederit, largiẽdi poteſtate priuabitur [a].

Qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionem priuandus erit, & quæ ſint iuſtæ cauſæ non reſidendi, h. d.

Si tamen ab initio idonei ad reſidendum reputati, poſtea Eccleſias [b] vel præbẽdas ſibi cõceſſas, ſiue iuſta & neceſſaria [c] cauſa d ſerant, ſi moniti [d], & congruo tẽpore [e] expectati [f] non redierint, eis priuari [g] poterunt.

Quæ ſint iuſtæ non reſidendi cauſæ, h. d.

Iuſtæ nõ reſidẽdi cauſæ ſũt, veluti ſi quis aut Romano Põtifici [h] aut proprio Epiſcopo

a Priuabitur. Non ipſo iure, ſed per ſententiam, ob verbum priuabitur, quod futuri temporis eſt, ſecundum aliquos, in cap. Rodulphus de reſcri & per Alexan. in l. imperator. ff de iure fiſci. Sed imo contra, ꝙ ipſo iure, cap. cum in cunctis, de electio. Sol. illud capitulũ procedit ſolum in dignitatib. ſib. poſitis & quãdo fuit facta collatio patiẽti defectum in ætate, in moribus in ſciẽtia, & in naturalibus, in alijs vero nõ habet locũ illa pęna, quæ imponitur ipſo iure. Quod autem hic dicitur, hẽt locũ in cõferẽte beneficium ei, qui non valet per ſe in beneficio reſidere, alias tamẽ eſt ſufficiens, vt no Ab. in c. ext eod. in fi.

ANT. TIMO. Ita ex geſtis, cap. nonnulli, & cap. relatum, & demum pro titulo, de cler. non reſid. & c. peruenit, 2 de app.

b Eccleſias. Sed videtur ſpecies ſimoniæ, quod reſidere in eccleſia, vel non reſidere, eſt cauſa conſequendi fructus, vel non cõſequendi. Rñ. quod hoc fit lege permittente, ca. cum ſecundum, de præb. & ſup. de præb. § 1. vel dic, quod non debet quis reſidere ad conſequẽdos fructus principaliter, ſed gratia inſeruiendi diuinis in conſequentiam tamen conſequitur fructus, alias ſi canonicus principaliter accederet ad eccleſiam propter lucrum, eſſet ſimonia ſaltem mentalis. No. in c. vni. d. cler. non reſid in 6. & per Abb. in c. ex parte 2. de offi. delegat.

c Neceſſaria. Sed & ſi ſubſit huiuſmodi neceſſaria cauſa, debet nihilominus peti licentia ab Epiſcopo, c. relatũ, eo. & de conſuetu. diſt. 5. c. nõ oportet, & no. in c. inter quatuor, ext eo. propter neceſſitatem tamen ſubito occurrentem poſſet quis ſe abſentare ſine licentia prælati, habetur in d. c. relatum. & in c. inter quatuor. Idem ſecũdum aliquos ſi conſuetudo eſſet, quod non requiratur licentia. Epiſcopus autem non dabit licentiam, niſi ex cauſa, & non niſi relinquat uicarium, is qui vult abeſſe, vt per Abb. in c. ſi eo. & in c. licet, de præu. & in c. quoniam §. 1. vt lit non conteſt.

d Monit. Et iſta monitio ſufficit, quod ſit per uiã ſimplicis requiſitionis, nec requiratur ſolemnis citatio, ſed ſufficit, quod ſit extraiudicialis. Abb. in c. peruenit, 2. de app. & in c. ex tua, ext. eod & in cap. qualiter, eo. titu. & an requirantur plures, vel ſufficiat vna. per Abb. in c. cum cauſam, de offi. deleg.

ANT TIMO. Vide quã perpulchrè diſpoſuerit hanc materiam reſidentiæ Concil. Trident ſeſſ. 6. c. 1 & 2. de reformatione, late etiam Nauar. in Manua. c. 25. num. 121. Curatis enim præcepto diuino mandatur ſuas oues curare & agnoſcere, Ioan. 21. vide Conc. Triden ſeſſ. 21. cap. de reformat in bulla Pij Quarti de reſidentia prælatorum, &c. incipiente, in ſuprema militãtis Eccleſiæ, &c. vitra canones antiquos.

e Congruo tempore. Quod erit arbitrio Epiſcopi computandum, qui conſiderabit circumſtãtias debitas viarum & diſtantiæ, cap. cum ſit Romana, de appel. & in cap. cupientes, poſt princ. de elect. in 6.

f Expectati. Puta per menſẽ poſt receptionem litterarum ea. qualiter, vbi no ext. eo.

g Priuari poterũt. Vt c. inter quatuor eo & habetur in c. ex parte eodem. Et hoc intellige, niſi monitus legitimam habeat excuſationem ſuperuenientem, ob quã venire non potuerit, vt quia erat infirmus 7 q 1 c. præſentium, uel ob capitales inimicitias, c. bonæ, 3. de ele. vel ex alia cauſa ſimili, vt in c. inter, & cap ſi eo in eo in quibus caſibus, ſi procederetur contra ipſum non præiudicaretur ei, arg. cap. in nomine domini, ext. de teſt & eſt valde not quod impedimentũ ſuperueniens ei qui dedit operam rei illicitæ, non ſit ei imputandũ, cõtra l. 2. ff. ſi quis caut ſed ſm Abb. in d. c. inter quatuor, poteſt dici quod imputabatur iſti abſẽtia, vt puniatur alia pęna, quã priuationis.

ANTO. TIM. Nota quod vltra pęnas quæ irrogantur in foro contentioſo, clerici non reſidentes, in beneficijs ſuis & in eis officia ſua non implentes, ſed voluptatibus vacantes, peccant mortaliter, & nihil iuris habent in fructibus rerũ eccleſiaſticarum, & ſi dicto fructus recipiunt, reſtituere tenentur ſecundum Arch. Flor. 3 p. titu 2. c. 1. Nam reditus eccleſiarum ſunt ſtipendia ſeruientium, d cap. quia nonnulli, de cler. non reſid. vide Concil Trid. in dd. locis, ſeſ. 6 & 23. & Mart. Nau. loco cit.

Iuſtę CASVS. Cum clerici teneantur ad reſidentiam, vt ſupra eſt demõſtratum, fuit propterea dubitatum inter ſcholares, an aliquo caſu poſſent ab ea excuſari, & ratio dubitandi eſt, quia obligatio acquiſita non poteſt tolli ſicut res eccleſiæ nõ poſſunt alienari, argum. c. nulli, de reb eccleſ non alienan. Sol tamen vt hic habetur, quia a iure aliquãdo debemus recedere, §. niſi rigor 1. q 7. & hinc ceſſat quoque obiectio, nota tex. hoc tex. ad argumentum quod etiam iura quibus alicui eſt aliquid acquiſitum, poſſunt cum cauſa aliquando limitari, quia mens legiſlatoris eſt ſemper ſequenda, l. ſiue ll. contra legem. ff. de legib — Ioã. Bapt.

h Romano Pontifici. Cap. dilectus, eo. & per Ab. in c. olim, ff de ver. ſign. Seruientes enim Papæ, videntur ſeruire vniuerſali eccleſiæ. Sed quid dicemus de eo qui eſt in ſeruitio legati de latere. Doc. videntur ſentire, quod ſit idem quoad ſuam prouinciam, vide per Abb. in d. c. cum dilectus, vbi & quid in ſeruientibus Archiepiſcopis

ANT. TIMO. Cauſas obiter enumerat Concil. Trid. ſeſſ. 24. ca. 1. his verbis. Nam cum Chriſtiana

Epiſcopo [a] obſequiū exhibeat [b]. Item ſi iura, & negotia eccleſiæ ſuę fideliter proſequatur [c], aut ſiue ſtudiorum cauſa [d] abeſſe poſſit, eſt alicui ſpecialiter [e] indultum, & ſi quæ ſint aliæ ſimiles [f].

Ad memoriam iuuandam conducit repetitio. hoc dicit.

Hæc de præbendis & dignitatibus, atque illarū prouiſionibus [g] dixiſſe nos ſufficiat. Verum quia in hoc tractatu diffuſè immorati ſumus, vt ſequentia præcedētibus melius contexamus [h], quædam in memoriam [i] reducemus.

Epilogus totius libri.

Perſonarum ergo quidā laici ſunt, quidā clerici. Rurſus clericorum, quidā ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidā in ſacris, licet nō in ſacerdotio, quidā nec in ſacris, nec in ſacerdotio. Eorum rurſus qui in ſacerdotio ſunt, quidam ſunt in celſiore gradu, vt Epiſcopi, quidam in inferiore, vt presbyteri. In ſacris vero dicuntur conſtituti diaconi, & ſubdiaconi. Qui vero nec in ſacerdotio, nec in ſacris reperiuntur, ij ſunt, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti.

charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens eccleſiæ, vel reipu. vtilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant &c.

a Propiio Epiſcopo. Cap. de cætero, idem in prælatis inferioribus, vt per Abb in d.c. de cætero, quotidianas tamen diſtributiones non habebit; nō dant. n. nō reſidentib. aut his, qui habentur pro reſidentibus, ſed inter eſſētibus, tātum diuinis, vt in d.c. de cætero, & in c. olim. de ver ſi. per Ab.

b Exhibeat. Nota ergo quod epiſcopus licitè utitur ſeruitio aliquorū ſuorum canonicorum ēt ſubtrahendo eos ab officio diuino quotidiano, & illi reputantur præſentes, & de nu. no. in ca. ad audiētiā eodem. Sed nō debent eſſe plures, quam duo licet quidam dicant hoc eſſe arbitrarium.

c Proſequatur. Ca ex parte, 2. eo. Sed nunqd is qui abeſt iterus negotiis eccleſiæ percipiet quotidianas diſtributiones? Et non videtur, cap. cū non deceat, de electio. in 6. & not. ſub hoc eo, §. in verbo proprio Epō in contrariū tamē, fac. c. 1 eo. in 6. Dic, ut ibi.

d Cauſa. Vera non palliata, vt exiſtentes in ſtudio, ſed non intrantes ſcholas, & non attendentes non gauderent hoc beneficio, Abb in capit primo, ante finem. de iud. per text. in l 2 ſi quis, C. de domeſt. & proſec. li 12. idem Bald in l procem fforū, & per Card in procem. clem. & Archid in cap. de quibuſ. 5 diſt.; 1 Idem ſi inhoneſtè uiuerēt. Ab & ſupradicti per l. agentes alias incipit, per id tempus, C de curi & ſtationar. li 12. Immo forte ſi talis abſens ſtudiorum cauſa reuertatur ignarus, poterit beneficio priuari, ſecundum Bar in ca quamuis, le a ta & quali. Sed de quibus ſtudijs intelligēda eſt hæc littera. Et vide de ſtudijs Theologiæ, c. ſi. de magiſt. & c licet de præb. Sed an & de ſtudio iuris ſcientiæ. Et idem videtur, c. cum ex eo. de elect. in 6. vide per Abba. in cap tuæ, eod & in capitulo cum ex eo. eodem titulo, & per eundem conſ. 89 & per Card. in cle ſane, §. ſane, in 6 quęſtio de ſtatu monach. Et hic perciperet etiam quotidianas diſtributiones, ſi in eccleſia nulli alij ſunt prouentus præterquam quotidianæ diſtributiones, v. no. in d. cap. licet, de præ & per Guil de mente Land. in cap vnic. de cle. non reſid. in 6 Felin. in conſilio 18. Rebuff. in tract. de prinс ſchola. in prin 3 2. n. 12.

ANTO. TIM. Quod autem tempus eſt conſtitutum, in quo conceſſum eſt clericis, vt ſint abſentes à ſua eccleſia, & non reſidere propter ſtudium? Reſpon. quinquenniū habetur in ca. ſi de magiſ. vide Conc. Trid. ſeſ 5. cri de reform.

e Specialiter indultum. Licet hic dicat licētiā hanc ſpecialiter indulgeri, non tamē debet prælatus petēti illam denegare, vt per Doct. in ca. relatum eod. & c. licet de præb. Sed immo contra, c. ſi. de magiſt. vbi ipſo iure ſine aliqua licentia, uidetur competere hæc facultas. Solu. vt per Ab in d.c licet.

f Similes. Vt puta ſi detinetur quis aliqua corporali infirmitate, ca ad audientiā eo. & c. vni eo in 6. Idem ſi teneretur metu tranſiti exiſtentis in loco. Abb in c. tanta. de exc. prel.

ANT. TIMO. ſūt & aliæ cauſæ, puta, mortales inimicitiæ & alia iuſta impedimenta, vt habetur in c relatū & c. interquatuor de cl. nō reſi.

g Prouiſionibus. Not. Non dicit collationibus, vel inſtitutionib. ſed prouiſionibus datū enim eſt hoc verbū aptū comprehendere non ſolū ſupradicta, verum & electionem, poſtulationē, & nominationem & præſentationem. No. in cle. ſi. de cle. & Domi. conſ 15 reuerendæ. & in ſumma oēm modum per quem eccleſiæ prouidetur, Dom & Peruſin in c. cum in illis, 5. 1. de præb in 6. & per Fel. in ca. in noſtra, & in c eam te, de reſc. fa. no. per Bald. in l. Barbar. de off. pt. col. pen. immo hoc verbum prouidēs, notat prouidentiam, nō ſolū eccleſiæ impetratæ, ſed et am impetrantis, Bal. in c. fin de præſū.

h Contexamus Atq, quod rubricæ ſunt cōtinuandæ, l. 1. C de ſta ho & quod continuatio ſiue ſubordinatio pōt fieri ēt à remotis, l. 1. ff. ſi tab. teſ. nul. extrah. & no. in rub. C. qui adm. & tradatur i rubr. de l 1. Dum tamen inter ſe materiæ non ſint multum diuerſæ, l. 2. §. 4. C. de iur. ver. enū qd certè non eſt hic, ut ſup de præb. in princ. & fa inſti. de l. in prin. & in l. ſi. inſt per quas perſonas nob. acq.

i In memoriam. Qm̄ velut euagatio impedit, ita intellectus ordo artificioſè confirmat, ut not in proœ. inſt. iu. §. igitur, alioqui labilis eſt, in l. pergere, ff de acqu. poſſ. & in §. ſi quid autem in tantum, C. de iur. enuch.

In

& laicatu. Clericatus enim non eſt de ſubſtantia regularitatis, vel Monachatus, ſed ſolum tria vota, de quibus habetur in cap. cum ad monaſterium de ſtat. monac. Immò canones antiqui, uel non admittebant, uel ægre admittebant monachos ad clericatum, ca. nemo 16. q. 1 & per tot. rem, de ſtat. monac. & in c. fugitiuos inf. eod. Alii uero licet aliqua promittant, non dicuntur proprie monachi, vel regulares, vel regulam habere, ſed potius certum uiuendi modum licet modus iſte ſit ab Apoſtolica ſede comprobatus, & de hoc nota. in clem. 1 de relig. dom. & in cle. cum ex eod. de ſent. excom. & per Abba. in rubr. eodem Vbi infert, an, & quando diſpoſitio loquens de regularib. comprehendat fratres de tertio Ordine, Ieſuatos, & mulieres Mantellatas, & ſimiles.

b Pauca. Reſpectu eorum, quæ traduntur in compilationibus Gratiani, Gregorii, Bonifacii, Clementis, & aliorum, vel etiam ſiloquium: interdum appellatur breuitas, vt not in l. fi. C. de uſu. & habit.

Tam clerici, quam laici poſſunt monachari. hoc dicit.

Ceterum quoniam adhuc quidam in eccleſia ſunt, qui non minus in laicatu, [a] quàm in clericatu conſtituti domino deſeruiunt, vt ſunt regulares ac monachi, reſtat, vt de his pauca ſubijciamus. [b]

DE REGVLARIBVS, & Monachis. TIT. XXX.

Monachi fiunt.	Paterna deuotione.	Quomodo fiat. / Quãdo obligetur.
	Propria deuotione	Expreſſe. (Regulariter. / Ex cã.) / Tacite.
	Voti emiſſione.	Simplicis. / Solennis.

DE REGVLA-ribus, & monachis. Cũ perſona Eccleſia alia dicatur Clericus, & alia regularis, & Monachus, & hactenus auctor locutus ſit de clericis, ſequebatur uidere de Regularibus, iõ poſtea procedit. propo⁊ ni modo titu. iſte, qui diuiditur in 3. partes: in prima habetur intentio auctoris, in ſecunda explicatio materiæ propoſitæ, in tertia an liceat inuenire nouam Religionẽ ſecunda ibi, monachi, tertia ibi nouiſſime.

ANT. TIMO. Regulares ſecundum Goff. ſunt qui ad uiuẽdum regulariter, id eſt, ſub aliqua certa regula, & ordine ſe adſtringunt, ut monachi, fratres, canonici regulares, &c.

Regulariter ualet argumentum a regulari ad monachum, & contra, h. d.

Voniam vero ſiue de regularib. agendũ ſit, ſiue de monachis, eadẽ fere [d] iura ſeruãtur, ne verbo [a] ſiat euagatio, [c] dirigamus ſermonem in perſonas monachorũ.

Q Voniam vero. CASVS, hic non figuratur. Nota tamen inde argumentum quod omnes Regulares Religioſi in eſſentialibus conueniunt: differunt autem ſecundum maiorem, & minorem perfectionem.

d Ferè Quia non per omnia eadem ſeruãtur iura, cum regulares regulæ interueniat laxiores, & poſſint patochialibus eccleſiis præponi, cap. quod Dei timorẽ, de ſta. monac. & c. fugitiuos, inf. eod. & c. 2. de poſtulat.

DE REGVLA-ribus, & monachis.

c DE regularibus, & monachis. Cũ copula ponatur inter diuerſa, dubitari poteſt qui ſint monachi, & qui ſint regulares, & quidẽ regulares dicunt omnes qui regulam, & tria ſubſtantialia vota cuiuslibet religionis approbatæ profitentur, uidelicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, vt in c. cum ad monaſterium de ſtat. reg. & in hoc monachi cum regularibus conueniunt. Vnde hoc reſpectu aliquando monachorum appellatione omnes regulares continentur. Ar. h. in c. 2 in prin. de poſtul. per illum tex. ibi, & per tex. in cap. 1. & c. monachi, 16. q. 1. Sed diſſident eo quod quo ad cetera votis exceptis, regulares ſunt cuiuſdam laxioris regulæ, vt habetur in cap. quod Dei timo-

ANT. TIM. Videtur quod regularis ſe habeat tanquam genus & monachus tanquam ſpecies. Vnde omnes monachi ſunt regulares, nõ autem econtra omnes regulares monachi.

c Euagatio. Simile & Inſtit. quod cum eo, qui in aliena poteſtate. Et eſt arg. contra legentes & conuenientes, qui utuntur multiloquio, fac. l. 26. contra illum. C. de in integrum reſt. & quod habetur in l. ambitioſam, & in refutatoriis, C. de app. & auth de referend. poſt princ. & in authen. de tabul. poſt medium, & cap. tales, diſt. 23. licet pro iſtis faciat l. antiquitas,

dem etiam [a] intellecturi, & de regularibus cæteris. Nam ſi quid in iis [b] proprie ſeruetur, ſeparatim oſtendemus,[c]

Ex triplici capite quis ſit monachus, & impubes a patre traditus monaſterio, poſt annum pubertatis, poteſt redire ad ſeculum, ſi uelit, hoc dicit.

Monachi[d] fiũt aut ex paterna deuotione aut propria profeſſione, aut ex voti emiſſione Ex paterna[e] deuotione monachus quis efficitur, cum pater filios impuberes monaſterio offert. [f] Quo caſu ſi impuberes ſacrã tõſurã, vel velamina ſuſceperint, quinto decimo[h] ætatis anno moneri debẽt & inquiri

ſiquitas, & quod ibi no. C. de vſu & habitu. & §. fi. ſupra titulo proximo.

a Idem etiam. Nam ſimilium eadem eſt diſciplina, vt hic & inſtitut. quod cum eo, qui in alie. in princ. & ff. de in rem verſ. le. 3. §. prouide, & §. quoties.

a In iis. Scilicet regularibus.

c Oſtendimus Q. ſ. facit infra eo. §. fugitiuos.

Monachi fiunt. Hæc pars ſubdiuiditur in 2. partic. in prima habetur quomodo monachi fiant, in ſecunda quomodo uiuere debeãt poſtquã ſunt facti ſecunda ibi. is igitur. prima pars iterũ ſubdiuiditur, in 3. partieu in prima modi iſti referuntur, in ſecunda iidem modi explicantur ſecunda ibi, ex paterna, quoad primum C A S V S non figuratur Not. tamen cauſam diſt quia homo reſpectu Religionis, aut eſt in poteſtate patris, & hinc dat vnus modus, aut eſt ſui iuris, & ſic aut, fecit uotum Religionis, & hinc datur alius modus, aut fecit uotum, & hinc datur tertius modus.

d Monachi, & c. Sumitur ex cap. monachum, 20 q. 1. & fac. capitu. cum uirum, ext. eodem, habetur per Doct. in c. 1. eodem.

Ant. TIM. Ideſt ſolitarii Latine, eſt enim Græcum uerbum a monos, quod Latine ſonat unus, uel ſolus, 16 quæſt. 1. ca. ſi cupis, & cap. placuit, ibidem Ducit etymologiam monachus a monos Græce. Latine eſt vnus. Differunt autem a cõuerſis, & oblatis, vt per Abb. in capitulo non eſt de regula, & tranſ ad rel. Nam conuerſi ſunt, qui offerunt ſe, & ſua mutando habitum, & profitendo, laici tamen ſunt quia non promouentur ad ordines, oblati vero ſunt qui ſe, & ſua offerunt monaſterio habitu non mutato, uide glo. c. ut lex. 27. quæſt. 1. Monachi autem uidentur proprie eſſe, qui habitum mutant, profitentur, & ad ordines promouentur, 16. q. 1. per multa cap.

Ex paterna. Hæc pars ſubdiuiditur in 3 partes in prima explicatur modus ingrediendi religionem ob paternam deuotionem: in ſecunda declaratur qualis ſit profeſſio ingredientis proprie dicta: in tertia demonſtratur qualiter uotum cogat aliquẽ ingredi Religionem, ſecunda ibi, propria profeſſione, tertia ibi, is quoque, quoad primum C A S V S ita figuratur. Quidam paterfam. habens filios intuitu ſanctitatis uoluit eos offerre monaſterio & Religioni D. Benedicti, unde fuit quæſitum an poſſet, & primo negatiue reſpondebatur per dictum Euangelium. Si uis ad uitam ingredi, Si uis dicit text. quod verbum denotat liberam & propriam uoluntatem, Sol. tamen vt hic legimus, & ratio deciſionis eſt quia homo in eius impubertate, non habet uſum rationis, niſi maxime diminutum, ſecus in ſuperioribus ætatibus. Non obſtat obiectio quæ tenet de filio puberi. Not. primo paternam poteſtatem extendi etiam ad ſalutem animę, quę tamen in hac parte limita, quãdo filius habet legitimum uſum rationis, Nota. ſecundo ſetuſte, Deo eſſe actum a principio liberę voluntatis, ſecus poſtea argumento obligationis ciuilis ad l. ſicut. C. de ac. & obli. Propria profeſſione. Hæc pars iterum ſubdiuiditur in tres partic. in prima ponit diſtinct de profeſſione, in ſecunda eam declarat, in tertia ſoluit dubium circa clericos. ſecunda ibi, expreſſe, tertia ibi, & ſi corigerit, quoad primũ CASVS non figuratur Not. tamen diſt. eſſe ueram, quia voluntas declaratur, aut factis, aut uerbis.

e Ex paterna, &c. a. Dictio. Ex quę hic ter inculcatur, non ſemper vni formiter, aut proprie ſumitur nã cum proprie remotam cauſam ſignificet, ut in l. 1. §. ex incendio ff. de incen. rui. & nauf ubi Bar. & proprie propinquam, ut in l. non dubium. C. de legi. & in l. 1. C. ſi ſer extero. ve. & per Ab. in c. qualiter, de elec. & per Bar. in l. prætor, §. 1. ff. de bo. aut. iud. poſſid. hic & improprie ſumitur, & proprie. improprie, quoad paternam deuotionem, vel uotum quoad monachationem debent ſe potius inchoatiue quam perfectiue, quo vero ad profeſſionem vel ſolemne uotum ſumitur proprie, & cauſam deſignat proximam, cum iſta faciant quem monachum uere, & irreuocabiliter, ut inf. eo. per tot. Alio tamen loquendi modo utitur text. in c. monachum, 20. q 1 unde ſumitur.

A N T. T I M. Vnde parentes filiorum curam habere tenentur, nam habent rationem principis in filios, & e conuerſo etiam filii parentum, quib. in neceſſitate exiſtentibus, ita ut ſine ipſis uiuere nequeant, tenentur non intrare religionem, ſed manere apud eos, ut eis ſubueniat ratione, & pietate ſuadente, S. Tho 2. 2. q 189. ar. 7.

f Offert Sed an id poſſit matre inuita, vel mater inuito patre, Quidã quod præfertur uoluntas contradicentis. l Sabinus, ff cõ. diui. cap in re cõi. de reg. iu. in 6 Alii quod voluntas patris, arg de patri. põt in prin. inſt. Prima cõior Nec enim in ſpiritualibus patria poteſtas eſt magnopere in conſideratione, ſecundũ Inn. & alios. in ca. 2 eo. cũ Deus ſine diſtinctione præceperit honorari patrem, & matrem faciunt not in c. 20. q. 2 Sed an ſola mater patre non contradicente. Reſp. comm. quod ſic, & pro hac fauor religionis. l. ſunt perſonæ, ff de rel & ſum. fu. Sed an pater qui hẽt filium in pſtate patris ſui, & ſic ui poſſit offerre auo inuito, cõm quod poſſit, vt in d. c. 2. vide quæ no Ab in c. officii, de elec.

g Quintodecimo. Hodie decimoſeptimo, cum

tum per Concilium Tridentinum nemo profiteri poſſit ante 16 annum, & antea facta profeſſio nullum pariat effectum, vt in ſeſ. 32 ſub tit. de regul. & monial. c. 16. vnde tolluntur not. in c. illud, 22 q. 1 & in ca 1. de cler. per ſal promo. per Abb.

cap 2 eo. arg. cap 2. 20 q. 2.

ANT. TIM. Quia pueri, & puellæ ante pubertatis annos naturaliter ſunt in poteſtate patris, quo ad diſpoſitionem vitæ. ita S. Thom. 2 2. d. qu. 189 ar. 5 habetur c. 1. 20 q 2. & c. oportet.

verum in ipſo habitu permanere cupiant, ſi permanſuros ſe profeſſi fuerint,[a] vel profeſſionem a ſe prius factam ratam habuerint,[b] vlterius pœnitendi locũ non habebũt. Si vero ad ſæcularem habitũ reuerti maluerint, redeundi licentia concedenda erit: quia ſatis inutile eſt, vt coacta[c] ſeruitia Domino præſtentur. Qua etiam ratione conſtitutũ eſt, ne quis inuitus[d] ordinari debeat.

Si impubes præter parentum voluntatem monaſterium fuerit ingreſſus, poſſunt parentes intra annum reclamare: ſecus ſi ſit pubes. h. d.

Quod ſi impubes præter parentũ voluntatem tonſuram accepit monachalem, parentes[e] id factum irritare[f] valent. Sed ſi intra annum ad proprium Epiſcopum, vel alium cõpetentem iudicem non reclamauerint, reuocare amplius non poterunt,[g] Si vero in grãdiori ætate[h] adoleſcentes ſeruire Deo elegerint, non eſt poteſtas parẽtibus prohibẽdi.[i]

... profeſſio eſt duplex, tacita, & expreſſa, & poteſt fieri etiam ante annum, h. d.

Propria profeſſione monachus efficitur

Sed numqoid aliquis petere poteſt reſtitutionem in integrum? argum. quod ſic, ca. ad noſtram, eod. Tu dic contra. Nec enim deceptus eſt, qui Chriſto ſe coniunxit, & in talib. cenſetur quis maior, vt & in matrimonio, ca. ex parte, de reſti. ſpol.

ANT. TIM. An pueri ſint recipiẽdi ad religionem vide S. Thom. d. q. 89. artic. 5. qui late hoc diſputat.

a Profeſſi fuerint. Expreſſe, vel tacite, vt inf. eod. §. per propriam, & in c. cum virum, eo.

b Habuerint. Ca. ſignificatum, de regular.

c Coacta. Arg. quod quia ad bonum cogi non debet, hilarem enim datorẽ, Amat Deus. Sed ſi filius oblatus põt exire, quid operatur oblatio? quod ante pubertatem non poterit exire ſine conſenſu parentum, quod poſſet niſi interueniſſet huiuſmodi oblatio, vt no. in c. 2. & ca. ſignificauit, eodem.

d Inuitus. Cap. vbi di. 74. & per tot.

ANT. TIM. Vnde quia non debet cogi ad intrandam religionem, neque a patre, neque ab alijs, benè licet inducere, ſuauiter tamen, non autem violenter, aut ſimoniace, aut mendacijs aliquibus, vt per Tho 2. 2 q. 189. ar 9. Vide quæ vltra canones antiquos diſpoſuit Concil. Triden. in hac materia ſeſſ. 25. ca 17 & 18 tit. de regularibus & monialibus.

e Parentes Sed an & tutores Fed tenet tutorem poſſet quidem reuocare pupillum a monaſterio, ſed non offerre Innoc contra, cum contrariorum ſit eadem diſciplina, vide per Abb. in c. 2. eo. & facit quod legitur, 10. q 2. c. 2.

f Irritare. Nota ergo, quod impubes inuitis parẽtibus monaſterium ingredi, nec per ingreſſum factum ante eam ætatem, deſinit eſſe in patria poteſtate, ſecus poſtea, 20. q 2. cap 1. & cap. 2 Sed quid erit contra, ſi parentes velint offerre impuberem inuitum? Innoc. quod non valeat oblatio, & quod quandocunque poterit impubes exire, ſequitur Abb. in

g Non poterunt Niſi ita longe abſit monaſterium vt intra annale tẽpus non poſſint uenire, tunc. n. maius ſpatiũ habebit, arg. 17. q. 2. ca. ſi quis incognitus, & no. i. c. 2. 20 q. 2. l. Sed a quo tempore currat annus? ſi eſt tẽpus quid erit continuus, ita quod cedat ignorãti. Re. vt not. in d. c. 2.

h Aetate. Id eſt adoleſcẽtia, quæ ibi exprimit.

i Prohibẽdi. Soluitur enim patrĩa ingreſſum patria poteſtas, vt no. in ca. 1. 20 q. 2. & l. 1. ſi ex cauſa § Papinianus, ff minor. & per Ab. poſt alios, in c. 2. eo. mortuus enim quo ad mũdũ fingitur, 16. q. 1 c placuit idem eſſet ſi pater intraret monaſteriũ, nam incõtinẽti ſoluitur patria poteſtas; quia et ipſe ter tranſeat in poteſtatem Abbatis, non poteſt alium habere in poteſtate, l. ſi arrogator. ff. de adopt. no. in auth ingreſſi, & in auth. ſi quia mulier, C. de ſacroſ. eccl. facit, c. cum ſumus, eod.

Expreſſe. Hæc pars iterum ſubdiuiditur in 3. partic. in prima declaratur profeſſio expreſſa, In 2. profeſſio tacita, in 3. demonſtratur differentia inter eas, ſecunda ibi, tacite, tertia ibi, verum autem, Quoad primum. C A S V S, ita figuratur. Quidam Scholares ingreſſi ſunt Religionem D. Franciſci, ſed in profeſſione emittenda non eundem modum obſeruarunt, ſiquidem profeſſionem fecit vnus expreſſa a principio, alius intra annum, & alius poſt annum, qua de re fuit quæſitum, quid iuris, & primo nulla diſtinc. videbatur attendenda, ſed ſatis erat voluntatem ingredientis obſeruare, cum profeſſio ſimpliciter monachum faciat, §. 2. ſupra eod. Solu. tamen vt hic habetur, quia aliquando neceſſarium eſt periculum facere de ingrediente, & hoc, erit ſecundum qualitatem caſus com. Non obſtat obiectio, quia profeſſio in illo. § accipitur large. & improprie, hic vero proprie Not. neminem eſſe regulariter recipiendum ad religionem, niſi prius de eo factã ſit

ali-

aliquod periculum. Not. ſecundum argumentum neminem eſſe ad aliquod officium promouendũ niſi de eo prius aliquod periculum fiet No. 3. Religiones differre inter ſe etiam in tempore vt appellant probationis.

& per Abb. in ca. Apoſtolicam, extra eo. vel dic ſecundo quod prohibitio de qua in contrario eſt concernat ſolum fauorem prohibiti, habet vim exhortationis tantum & cum concernat fauorem prohibiti, non mirum ſi poteſt per eundẽ renunciari fac. 2. diſt. 4. hæc & ſi legib. l. ſi quis in conſcribendo, Co de pa. Vel aliter dic. qđ vbi prohibitio ſi ſimpliciter fauore prohibiti non impeditur obligatio quæ quæritur Deo principaliter, ſed tantum obligatio quæ quæritur homini. quia idubio nõ videtur de hoc lex cogitaſſe fac. c. debitores, de iureiur. Aliter etiam ſol. Ioan. Andr. vt habetur in d. c. ad Apoſtolicã diſtingue, tamen hanc materiam, vt habetur in d. c. 2. c. 3. eod in 6.

quis, aut expreſſe, aut tacite. Expreſſe, vt ſi quis poſt anrũ[a] probationis habitum ſuſcipiens monachalem, regulis monaſterii obſtringi ſe velle profitetur.[b]

Profiteri poteſt quis etiam ante annum ab ingreſſu. h. d.

Si ante tempus[c] probationis regulariter præfinitum, is qui conuerti deſiderat, habitũ recipit & profeſſionem emittit, Abbate[d] per ſe, vel per alium profeſſionem recipiente, regulari obſeruantia obligatur[e] & vere monachus eſt cenſendus.

Ex cauſa poſt annum poteſt profeſſio differri, vt ſi ingreſſus monaſterium ſit incognitus. Et ſeruus triennio in monaſterio commoratus per monachationem ſit liber. h. d.

Quemadmodum autẽ diſcretus Abbas ex cauſa[f] ante probationis tempus[g] profeſſionem recipere poteſt, ita ex cauſa interdũ proferre.[h] Vnde ſi quis incognitus monaſteriũ ingredi voluerit, ante triẽniũ[i] monachalis habi

a Poſt annum. Poſt tamen ætatẽ legitimam, cõcor. c. ad Apoſtolicam eod. & cap. Gonſaldus. 17. quęſtio 2. quandoque ſtatuitur biennium, 19. quęſt. 2. ca. monaſterius, quandoque triennium vt infra eod. §. proximo, & cum iura varia ſint circa tẽporũ conſtitutionem, videtur id eſſe arbitrarium, quod ſatis per Docto. admittitur, in d. c. ad Apoſtolicã licet quidam inter ratũ & caſũ diſtinguant, regulariter tamen, ſeruatur ſpatiũ anni. Sed an dicatur annũ compleuiſſe, qui poſt quã ſtetit in monaſterio per ſex menſes exiuit, & interuallo interpoſito ſtetit per alios ſex menſes, & ſic poſſit ad profeſſionẽ recipi? & videtur poſſe arg. l. fin. § quſ ſæpius, ff. de abig. in contrarium fa. l. interdum. § quoties. ff de publ. & hoc tenet Ab. in d. c. ad Apoſtolicam, licet quidam primum teneant.

b Profitetur. Per quæ autem verba poſſit profeſſio fieri, & quæ ſint de illius ſubſtantia, habetur per Doct. in c. porrectum, eod.

ANT. TIM. Profeſſio expreſſa ſecundum Doc. quinque de neceſſitate requirit Primo quod profitens compleuerit 14 annum maſculus, fæmina, 12 c. puella 20 q 2. cap. 2. de regu lib 6 hoc veteres canones: vide tẽpus prorogatum vſque ad 16. per Cõcil. Trid. licet in ſingulis requiratur 18. c. quam in illis, de reg. Secundo, quod profeſſio fiat ei, qui poteſt religioni incorporare, vel de eius licentia. Tertio quod fiat religioni approbatæ. c. a. vnic. de vo & not. red in 6 Quarto quod prælatus requirat conſilium capituli. Quinto quod fiat de trib. votis vide quæ per Conc. Trid. de profeſſione ordinata ſunt ſeſſ. 25 c. 15. 16.

c Ante tempus. Sed contra, quia profeſſio facta ante annum non tenet. ca. Gonſaldus, 17. quæſt. 2. iuncto cap. vides, diſt. 20 & c quæ contra iur. de re iu. in 6 & l. non dubium, C. de legib. Item contra de cap. 2. & cap. 3. eod. in 6. Solu. hic licet prohibitio non habet perpetuam prohibitionem a cauſam, ideo actus in contra iuris geſtus non annullatur, no. in d. c. vides, & in c. tua. de ſponſ. duor.,

videtur innuere hæc littera. Plures contra quod imo de neceſſitate tenentur requirere conſilium capituli, alias receptio non valeat, vt habetur in c. nouit, ext. de his quæ fi. a præl. tale tamen conſiliũ non tenetur ſequi, vide per Abb in c. porrectum. eod. & quod no. in c. ſi eo in 6.

d Abbate. Sed nunquid ſolus Abbas ſine capitulo poteſt recipere quẽ in monachum, & videtur poſſe, c. ad Apoſtolicã eo. &

e Obligatur. Cap. nõ ſolum, & c. conſtitutione, eo. in 6. quæ ſunt contra Sol. licet in monaſterio mendicantium ante annum profeſſus non obligetur, in ſpecie eorum religioni, obligatur tamen in genere ad religionem quam elegerit & hoc ſpeciale eſt in mendicantibus, de quibus non loquitur hic

f Ex cauſa. Iuſta & rationabili, non autem ſi inhiet ad patrimonium monachandi, nam hoc caſu licet ipſa profeſſio valeat, reſpectu tamen finis malè fa- cerent, & ob id bona monaſterio non applicarentur. c. conſtitutus, 20 q 3. Ab. in c. præter, de offi. dele. & in c. in præſentia, de prob. & in c. cum dilectus, de his quæ vi, met. ca.

g Tempus. Scilicet ordinarium vnius anni, cum alioqui ſit arbitrarium vt not. ſupra. eod. §. proximo, & in cap. Gonſaldus, 18. quæſt. 2. & innuit hæc littera.

h Proferre. Id eſt, protelare, & in longius ducere, quia contrarium eadem eſt diſciplina.

i Ante triennium. Sed cum iſte deprehenſus ſeruus furtum fecerit ſui corporis, quomodo rẽ fur-

tiuam

ſtuam vitæ apſit triennio, tum nec ſpatio longi temporis poſſit ſeruus fugitiuus præſcribi, vt l. 2. C. de ſeru. fug. Reſpon. operatur hoc, fauore eccleſiæ. Poſſet tamen dici, quoad eccleſiā debet recompenſare damnum domino, 14 q. 6. c. comperimus, ſimile eſt in c. q. 17. q. 4.

f Euadet. Not. ergo hic, q in habent. b. ſymbolum facilis eſt tranſitus, nam hic ſeruus, ſi fiat de laico monachus, licet domino illum intra annum recipere, vt hic, & c. ſi ſeruus, diſtin. 54. Sed ſi fiat primo clericus, & poſtmodum monachus, etiam domino inuito, forte hoc operatur characteris impreſſio, non tamen vt a ſeruitute, ſiue a contracto, vel delicto ante ingreſſum perpetrato liberetur, vt per Abb. in capit. de eo qui fur.

tus[a] concedendus non erit, ne ſi forte, poſt annū ſtatim profiteatur, poſtea ſeruus, aut alias inhabilis[b] ad monaſterium deprehēdatur.[c] Quod ſi ſeruus[d] per trienniū[e] in monaſterio commoratus, poſtea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

Ordinatus ignorāte domino ſi fiat monachus fit liber, aliās dominus poteſt intra annum recipere ſeruum, h. d.

Quinimo ſi prius ignorāte domino adſacra miniſteria ordinatus monachus, fieri elegerit, iugum ſeruitutis euadet,[f] alias intra vnius anni ſpatiū domino & ſeruilē fortunam probare,[g] & ſeruum ſuum recipere licebit.

Prędicatores minores, & medicantes poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes ad profeſſionem puniuntur. h. d.

Quod tamen de facultate recipiēdi ante annū profeſſionis dicitur, nō eſt perpetuū, Prædicatores enim, & Minores,[h] aliquemē dicantium[i] ordines ante annū[k] probationis elapſum, quenquam ad ſui ordinis profeſſionem, vel ſæculi renunciationem faciendam, recipere nō poſſunt, quod ſi forte cōtra fecerint, & is qui ſic receptus fuerit eorundem ordini minime alligabitur, & receptores a receptione ad profeſſionem quorumlibet ſuſpenſi, tam excōmunicationi, quam aliis pœnis,[l] quæ huiuſmodi regularibus pro culpis infligi ſolent,[m] grauioribus ſubiiciendi erunt.

a Habitus. Videtur ergo quod tempore probationis debeat eſſe in habitu priore, & proprio, non monachali, capitu. legem, diſtinc. 41. cap. multos, diſtin. 54. & ca. ſuper eo, ext. qui cleri. vel noue. Probabilius tamen videtur, quod debeat eſſe in habitu monachi, cum non aliter poſſit experiri aſperitatem ordinis & quod hic dicitur concedendus non erit intellige cum effectu, ita vt not. in c. ſi. 17. q. 1.

b Inhabilis. Puta oneratus ære alieno. de quo dic vtilite per Anto. de Butr. in capit. 1. de obligat. ad ratio. redden.

ANT. TIM. Plura ſunt quæ reddunt aliquem inhabilem & prohibentne poſſit fieri monachus, vel religioſus. Primo ſi non ſit debitæ ætatis c. ad noſtrā, de regu. Secundo. ſi ſit ſeruus, vt habetur hic. Tertio, ſi ſit obnoxius debitis. Quarto ſi ſit indignitate Epiſcopali ſine licentia Papæ. Quinto, ſi conſummauerit matrimonium uel Poſt ſponſalia rem cum vxore habuerit. Sexto, ſi coacte & non uoluntarie, c. 1. de reg. ui. de Summiſtas in uerb. relig.

g Probare. Puta probando, quod illum cæpit in bello licito, nam & fideles ita capti ſerui fiunt, vt per Abba. in ca. 1. de conuer. infid. licet, conſuetudo non uideatur hoc ſeruare, vel alio modo legitimo & fac. capitu. ſi ſeruus, diſt. 54. annus autem iſte incipit domino currere a die ſcientiæ, non autem ordinationis ipſius ſerui, ut no. in d. c. ſi ſeruus.

h Et Minores. Capit. 2. & cap. 3. eod. in 6.

i Mendicantium. Cap. eod. in 6.

k Ante annum. Sed an poſt annū præſumatur profeſſio, niſi probetur? Reſpo. negatiue, cum ſit facti, & ita Abb. in capi. nuper, de teſtibus.

l Aliis pænis. No. quod quis multiplici pæna punitur. Ratio, quia altera per ſe non ſufficiebat, not. in ca. atſi clerici, in fin. ext. de iud.

c Deprehendatur. Caueri ergo debet, quod infirmari, uel uituperari poteſt, ſupra qui promo. nō poſſ. in prin.

d Quod ſi ſeruus. Sumitur ex c. ſi ſeruus, 2. uerſ. debent enim diſt. 54.

e Per triennium. At ad clericatum extra clauſtrū annus ſufficeret ut not. in c. ſeruus, 2. verſi. debent enim, diſt. 54. Diuerſitatis ratio eſt, quia clerici ſunt in publico, monachi latent.

m Solent. Inſpecta ipſa cōſuetudine, & ordinationibus, quæ ſunt ſecundum regulam.

Tacite. CASVS. Quidam accepit habitum religioſorum Sancti Franciſci, ipſumque ultra annum retinuit, ſed numquam expreſſe declarauit voluntatem ſuam perſeuerandi in Religione. vnde quæſitum fuit an propterea teneatur ad regulam eius & cum non conſtet de voluntate ſua, negatiue erat reſpondendum. Solutio tamen eſt tenenda quā hic legimus, ſiquidem idem eſt voluntatem declarare factis, & verbis, & non obſtat obiectio

quæ

qui voluntas eius qualitate facti fuit declarata: Not. taciti & expreſſi eãdem eſſe virtutem in iis quæ reſpiciunt ſalutem animæ; No. vitam hominis debere eſſe talem, qualis habitus. §. pen ſup. de vit. & hon. eſt prælat.

f Vnde. Id eſt, hac ratione dilationis habitus, de qua dixerat immediate.
g Concilio. Vt in c. clerici, ext. eo.
h Fingiunt. Ex cauſa non honeſta, puta iocoſe, vel cauſa explendæ libidinis, No. per glo. & Abba. in cap. ex tuarum de pr. u. & ſ ac 37. q. 1 c. vidua, & ca. ex litteris, de ſponſal. Vel intellige de his, qui deferunt habitum extra monaſterium ſecundum Hoſt. & Inn. quos ſequitur Io. And. in cle. eos, eo. & ponit Abb. in cap. porrectum, eod. Vel loquitur de his, qui proteſtantur, quod per dilationẽ habitus non intendunt profiteri, ut per Abb. in ca. ut hi qui, eod. Vel intellige de his, qui ingrediuntur monaſterium, vbi nõ ſeruatur regula antiqua, ut ibidem per eundem, & de hoc late per Arch. & alios, in c. quid interrogaſti d. 27.

Delatio habitus tacitum oſtendit profeſſionẽ, & utriuſque debet ſe conformare cum habitu quẽ gerit. h. d.

Tacite profitetur quis cum idoneis cõiecturis,[a] apparet, qd perpetuo vult domino in religione[b] ſeruire, & vitam ducere monachalem, vt puta habitum poſt annum[c] retinendo, vbi is nouitiis, & profeſſis, cõmunis & indiſtinctus,[d] eſt, vel profeſſorum[e] habitũ ſuſcipiẽdo, vbi is diſtinctus habetur. Vnde[f] & Toletano Concilio[g] inductum eſt, ut clerici qui ſe fingũt[h] habitu, & nomine monachos, & non ſunt, corrigantur, & veri monachi[i] fiant.

Ponit differentiam inter expreſſam, & tacitam profeſſionem. h. d.

Vtrũ autẽ quis expreſſe profeſſus fuerit, an tacite, interdum multũ[k] intereſt. Expreſſa enim profeſſio, etiam ſeculari habitu nõ

a Coniecturis. Quales ſunt, quæ hic ponuntur ſtatim, vel quia ipſemet fuit confeſſus, vel confitetur nũc quod uoluit relinquere ſæculum ſecundum Inno. & Hoſt. in cap. ſtatuimus, eod. vel quia dimiſit beneficiũ, quod habebat nõ proteſtando, quod non intendit per hoc dimittere ſeculum, vel de bonis propriis diſponendo, ut no. in c. cõſuluiſti, & c. ſtatuimus, in antiquis, & in ca. non ſolum, eo. in 7. Habitus ergo ẽt nouitiorum cum propoſito mutandi vitam obligat quem religioni, ſaltem in genere, vt non poſſit ad ſæculum amplius redire. Sed an talis vſque adeo ſit verus monachus, vt matrimonium poſtea contractum non teneat? Reſp. vt late no. per Abb. in d. c. conſulti, & per eundem in c. conſuluit, qui cler. vel uouent.
b In religione. Scilicet approbata, c. vni, de voto in 6. & cle. 1. eo. Secus ergo, ſi extra religionem, quantocumque tempore portauerit talem habitum, vt in capitulo vt clerici, eodem, & in clem. eos, vbi not.
c Poſt annum. Scilicet completum, licet non expreſſent, vt no. in cle. eos, eo. Debet ergo is, qui non vult obligari talem habitum intra annum deponere, quod intellige de pubere, & de eo qui ſponte recipit, vel ſaltem portauit ut ibid. nota. Item intellige, niſi deferens contrarium fuerit proteſtatus vt per Abb. poſt antiquos. In c. vt cler. eo.
d Indiſtinctus. Etiam ſi eſſet aliqua diſtinctio latens ut quis licet non ſit differentia in colore, & ſeſſura, differentia tamen eſt, quia habitus profeſſorum benedicitur, non autem nouitiorum. Vel quia habitus profeſſorum datur ante altare, nouitiorum in alio loco. Vel quia habitus profeſſorum datur per Abba. nouitiorum per alium. Et hanc materiã intellige, vt habetur per Abb. in ca. ex parte, eo. & in cle. eos, eo. vbi copioſe ſcribitur.
e Profeſſorum. Hoc caſu ſecundum Abb. in ca. ad noſtram eo. in ſi debent, quatuor concurrere, ſci. licet diuerſitas habitus, ſcientia, libera uoluntas, & triduiperſeuerantia, quibus currentibus obligatur quis religioni in genere, non in ſpecie. Idem tenet Abb. in c. ſuper eo.

i Veri monachi. Supple, vel veri clerici, vt in cap. ut clerici, eo vnde ſumitur. Datur enim optio. vtrum velint, eſſe clerici, vel monachi, ſimi. in capit. cum cauſam, de elec. & arg. 16. q. 1. cap. nemo poteſt, arg. contra 27. qu. 1. cap. cui dum, & ca. quid interrogaſti, diſt. 27. Sol. ut not. in d. capit. ut clerici, & not. hic, & in capit. tuarum. de priu. vbi glo. & Abba quod ubi conſtat de animo deferentis habitum, ſ. quod non intendit profiteri, talis delatio, quantumuis diuturna, non inducit profeſſionem. Secus tamen ſi quis monialium habitu indutus in monaſterio monialium profiteretur, quia ſecundum Io. And. quem etiam ſequitur Abb. in d. ca. tuar. in, valet talis profeſſio licet is compellatur intrare monaſterium monachorum.

Vtrum autem CASVS. Dubitatum fuit inter ſcholares an inter profeſſionem tacitam, & expreſſam ſit aliqua differentia, & primo negatiue videbatur reſpondendum, quia per vtramque religioſus dicitur voto Religionis obligatus. Sol. tamen vt hic legimus, ſi quidem uotum, ita obligat ſicut fuit modus viuendi, & idem effectus eſt diuerſus, & obiectio non tenet. Not. quod cauſa obligationis aliquando conſideratur ſimpliciter & aliquando cum aliqua qualitate adiecta, & hinc eſt quod effectus poſtea reperitur diuerſus, arg. §. per reſcriptum. ſup. de collat.
K Interdum multum, interdum etiam nihil quo ad quædam, vt ecce profeſſio, tacita inducta per lapſum anni non habet triduum ad pœnitendũ, prout nec expreſſa, licet aliud ſit in tacita quæ per aſſumptio-

mutato, [a] illi religioni præciſe [b] obligat, quam quis profeſſus fuerit, Tacite vero facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur ſuſceptione, non illi ſpecialiter, cuius eſt ſuſceptus habitus, ſed generaliter religioni recipientem obligat, dum tamen legitimæ ſit ætatis ac ſciens, & prudens [c] triduo [d] in eius habitus delatione perſeueret.

Beneficium non uacat per religionis ingreſſum ante profeſſionem, niſi de conſenſu ingreſſi hoc dicit.

Et ſi contigerit, eum qui religionē ingreditur, beneficiū retinere, inter pbationis [e] annum, non erit alicui conferendū, [f] ſed interim per aliū aſſignata ſibi congrua de prouētibus portione, [g] beneficio [h] inſeruiendū erit, ſi tamen ingreſſi ad id accedit aſſēſus, [i] aut quod mutare voluerit liquido appareat, aut legitimā profeſſionem [k] emiſerit, beneficium alteri libere conferri poterit.

ſumptionē habitus intra annū inducitur, vt not. in c. 3. eo. in 6. Vnde ſumitur. Item quo ad diſſolutionem poſtea contracti matrimonij nihil inter expreſſam & tacitam intereſt, quia ſemper dirimit. Ioan. And. in d. c. 3. Abbas in ea cum virum, eo. in antiq.

a Non mutato. Ca. ſicut eo. in antiq. c. 3. eo. in 6. habitus enim nonfacit monachū, ſed profeſſio regulæ, c. porrectum. de regulari.

b Præciſe. Ideſt, abſolute, & neceſſario, & ſine diſtinctione, vt no. in c. contra Chriſtianos, de hære. in 6. & per Abb. in cap. ex parte. de reſcri. & l. miles, §. pen. ff. de re iudic. & l. ſed & hæ. §. pen. ff. de proc. & de hoc verbo traditur per Legiſtas in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure. & in l. ſtipulatus ſum dā mum, ff. de verb. ob. per Bald. in auth. hodie, de iud. & ī l. 2. C. de execu. re. iud.

c Sciens. & prudens. ſecus ſi forte laboret furore, c. ſicut eo. vel inuitus deferat c. gū virum. eod. & 20 q. 3 ea præſens.

d Triduo. Similis dilatio temporis in l. fin. C. de erro. aduoc.

Ioā. Bapt. Et ſi contigerit. CASVS. Quidam Canonicus Mediolanenſis meus amicus deuotione motus, ingreſſus fuit religionem Capucinorum, & cum haberet præbendam, fuit dubitatum an tale beneficium ſit factum vacans, cum Regulares ſint incapaces huiuſmodi beneficiorum ſæcularium, cap. 2. & ibi Doct. de ſtatu mona. Sol. tamen vt hic legimus, quia poteſt de Religione exire, & vitam clericalem ducere, non obſtat obiectio ſi quidem ipſa tenet de Regulari profeſſō. Not. inde argu. quod beneficia non dicuntur vacantia propter contracta ſponſalia, ſed ſolum propter contractum matrimonium, quia ſponſalia diſſoluuntur, §. diſſoluūtur, inf. de ſponſ.

e Probationis annum. Sumitur ex c. beneficium, eo. de .. in 6. & per hanc litteram dici poſſet, quod ſi minor 14 annis religionem ingrediatur beneficiū ſuum ante finem anni 15. ſtante Concilio Tridentino ſeſſ. 25 ſub titulo de reg. capitulo 16 conferri non poterit, vt not. per Ioan. Andr. in d. capitulo beneficium.

f Conferendum. Imo contra c. ex tranſmiſſa: de renunc. vbi tenuit collatio facta intra annum pro-

batione. Sol. vt no. in c. beneficium, eo. in 6. Et idē erit ſi ingreſſus non habeat quidem ius in re, ſed ad rem tantum: quia eadem ratione tale ius non creditur perire, vt ibidem ab eodem no. Sed nunquid cōtra conſtituto in probatione potest beneficiū conferri. Et non puto, cū hic ſit ſtatu dubius, leg. qui ſtatu, ff. de re milit. & l. qui de libertate, ff. de liber. cau. & quia per hoc induci poſſet ad religionem dimittendā, quod eſſe non debet. 12. quæſt. 2. capitul. bonæ rei, & capitulo quorundam, de elect. & capit. cum ex plantare, de priuil. quod intellige de beneficio, quod per regulares poſſideri non poſſet, ad Epiſcopatum autem in ſæculari vel regulari Eccleſia eligi poſſet, cap. nullus, de elect. in 6. & §. propterea, infra eod. Sed nunquid talis vocandus erit ad electionem Epiſcopi, ſede vacante, ſi ſit in monaſterio vicino? Reſpondeo, vt prolixe nota in dict. capitulo beneficium.

g Portione. Sed quid fiet de reliqua portione? Reſpondeo ſecundum aliquos, reſeruabitur conſtituto in probatione: licet actualiter dari non debeat, nam ſic non bene probaretur. Alii quod in vtilitatem Eccl. expendetur. Alii aliter, vt no. in c. beneficium, eo. in 6.

h Beneficio. Etiam ſi ſit curatum.

i Aſſenſus. Et in his terminis eſt forte intelligendum, c. ex tranſmiſſa, de renun.

K Profeſſionem non ſolum expreſſam, ſed etiā tacitam, c. beneficium, eo. in 6.

Ir quoque. CASVS. Quidam fecit votum ingrediendi religionem Ieſuitarum, poſtea pænitentia ductus cogitabat de promotione ad dignitatem Eccle. ſæcularem, & ſi eam non obtinuiſſet de ingreſſu alterius religionis, vnde fuit quæſitum quid iuris, & primo videbatur dicendum, talem debere gaudere in hoc plena libertate, quia coacta ſeruitia Deo nō ſunt grata, §. ... in fi. ſupra eodem. Solu. tamen vt hic habetur: quia votum a principio eſt volūtatis, ſed ipſum obſeruare eſt neceſſitatis, qua ratione ſuadente nec etiam obiectio tenet. Not. minus perfectum contineri, in magis perfecto, quando ſūt eiuſdem ordinis. Not. 2. votum conſiderari aliquādo

do ſimpliciter & aliquando certa ſolemnitate adhibita, & hinc dantur de eo duæ ſpecies.

d Compos mentis. Licet ſit corporis impotens, infirmitas enim quantumuis grauis nullitatem actus non inducit, niſi mentis exilium inducat,

hic, & c. qui poſt eo. in 6. Sicut & diuerſum eſt vẽdere a promiſſione de vendendo.

e Laxiorem. Quia de arctiori nõ dubitatur, quia etiam ꝙ eſſet profeſſus, poſſet ad ſtrictiorem trãſire, c. licet eo. Voluntas enim, & propoſitum non

Qui vitam regularem vouit, monaſterium ingredi debet, non obſtante quod fuerit prælaturam conſecutus. h. d.

Is quoque, qui votum de ingreſſu religionis compos mentis [a] emiſit [b] vt monachus fiat cogendus erit. Vſque adeo enim Deo voti ligat emiſſio, vt etiam ſi quis poſt votũ prælaturã fuerit conſecutus, Domino tamen promiſſa reddere ſit compellendus.

Per votum ſolenne derogatur ſimplici. hoc dicit.

Illud quæri poteſt. Si quis poſt votum de certa religione intranda [d] emiſſum aliam religionem etiam laxiorem [e] ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidem ne poſſit voto non obſtante priore licite remanere? [f] in qua ſpecie cum per ſecundum ſolenne votum priori ſimplici derogari potuerit, reſponſum eſt poſſe monachum in ea religione, in qua profeſſus eſt, remanere, eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam [g] imponendam.

Votum ſimplex, & ſolenne, quid. h. d.

Eſt autem [h] in propoſito votum ſimplex, quod non eſt aliqua profeſſione munitum. ſolenne vero eſt, quod quis per profeſſionem tacitam, vel expreſſam comprobauit.

c. ex tra[n]ſmiſſa, vbi Anto. & Abba de renunc. c. fac. c. Goſaldus, 22 q. 2. ſed furioſus etiam ſi bñficiat⁹ ſanę m. ẽtis non præſumit, c. ſicut, vbi Abba. eo. iac. not. per legiſtas, in l. furioſũ, C. qui teſt. fa. poſ.

b E[m]iſit. Vel furore liberatur ratam profeſſionẽ habuit, vt c. ſicut, eod. ſed an ſufficiat tacita ratihabitio? reſp. vt no. per Abb. in d. c. ſicut, in fine.

ANT. TIMO. Eſt autem votum ſecundum S. Thomam deliberata & ſpontanea promiſſio Deo facta de his, quæ ſunt Dei, 2. 2. q. 68. arti. 1. vide Magiſt. in 4. ſent. diſt. 38. & ibi Doc.

c. Compellendus. Quia debet prælaturam dimittere, & monaſteriũ ingredi, licet poſtea canonice electus Epiſcopatum recipere poſſit, ca. per tuas, de vot & vo. red. & ex hoc nota differentiam inter matrimõniũ carnale, & ſpirituale, nam carnale tollit votum prius emiſſum matrimonio non conſonum, c. 1. de voto & voti red in 6. ſecus in ſpirituali, vt hic, & in d. c. per tuas, nam inter Epiſcopum, & Eccle. contrahitur matrimonium ſpirituale, c. 2. de tranſ. & ſu. de correp. vſu. ſub §. 1. & tamen per hoc matrimonium non eſt ſublatum votum religionis, præcedens, & ſic carnale videtur fortius. Sed cõtra videtur c. qui poſt eod. in 6. & inf. eo. § prox. Sol. vt ibi in ver. remanere. An autem quod dicitur habeat locum in alijs dignitatibus diuerſis ab Epiſcopatu, vide per Ab. in d. c. per tuas.

d. Intranda Not. verbum quia aliud eſt religionem profiteri, quod poteſt fieri etiam habitu non mutato, c. ſicut, & c. porrectum, eo. in antiq & ca. conſtitutionẽ, eo. in 6. quia habitus. & c. aliud vouere de intrando, vel profitendo, & tunc loquitur

infringit, qui cõmutat in melius c. peruenit, de iureiu. ca ſcripturæ de vot. & vot. redemp. & ſic non eſſet locus tũc pœnitentiæ imponẽdæ, de qua hic ſecundum Arch. vt not. in c. qui poſt eo. in 6.

ANT. TIMO. An quis poſſit votum factum commutarẽ in melius ſine prælati auctoritate, eſt quæſtio apud Theologos, de qua vide p S. Thom. 2. 2 quæſt 88. arti. 12. quo in loco fuſe Caiet. examinat hãc q̃onem. Nota ꝓpterea ſecũdũ ſẽtentiam S. Tho. ꝙ põt etiã regularis accedere ad laxiorẽ regulã ſi melius obſeruet 2 2. q. 186. art. 8.

f Ramanere. Sed contra ſup. eod. §. proxi. & cap. Per tuas, de voto, & voti redemp. vbi cõiugiũ ſpirituale ꝙ non uidetur minus eſſe efficax, ꝓfeſſione, nõ ꝑiudicat ſimplici voto de religione intranda; imo debet quis prælaturam deponere, vt votum impleat. Sol. in cõtrariis promotus habebat conſcientiam erroneam, ꝗ deponere non poterat, vñ erat quẽda. fac. quod no. in c. p tuas, de ſimo. vel ſol. per Abb. in c. per tuas, eod.

g Pœnitentiam. Quæ tanto debet eſſe durior quanto fuit votum manifeſtius cap. vn. de vot. & vot redem. in 6. capit. 1 de pæ. & remiſ. & nota 22. quæſt. 5. capit. nemo, & diſtinct. 82. cap clericus ſolus, & diſtin. 19. Anaſtaſius, & c. de homine, de celebr. miſs.

h Eſt autem. Cap. vni, de vot. in 6. vnde ſumitur.

Is igitur Hæc pars ſubdiuitur in 2. partes in prima habetur qualis debeat eſſe vita monachorum, in ſecunda qualiter ſuperiores, inter eoſd. ſint eligendi ſecunda ibi, vt autem. Quoad primum CASVS. ita figuratur. Quidam Religioſi hmmediati nu-

Semel[a] factus monachus, cogitur remanere in monaſterio, h.d.

Is igitur, qui legitima in ætate conſtitutus, habitum induit ſponte [b] religioſum, propoſitum vltro ſuſceptum deſerere non poterit, ſed proprio Abbati [c] obediens in caſtitate in proprio deget monaſterio.

Monachus non poteſt aliquid proprium habere, nec contra hoc poteſt Papa diſpenſare.

Sed nec aliquid proprium [d] poſſidere debet: & ſi quid habet, totum incontinenti reſignabit. Nam abdicatio proprietatis, adeo eſt annexa regulæ monachali, ut cõtra eam [e] nec ſummus Pontifex, poſſit licentiam indulgere. Et ſi proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte [f] is eſt Chriſtiana ſepultura priuandus, [g] & ſepultus ex

nuncupati nolebant pœnitentia ducti in monaſterio Superiori obedire, & uitam Regularem ducere, ſed bona poſſidere, ad aliam Religionem cogitaban transire, de proprio monaſterio exire, ac etiam nonnulli ad vitam clericalem uolebant promoueri, vñ fuit quæſitum quid iuris, in quibus omnibus uidebatur de iure eis licentiam eſſe concedẽdam, qui omnia illa quę ſunt perfectionis ſunt quoque liberæ volũtatis, iuxta dictum Euangelicũ. Si uis perfectus eſſe, &c. ſi quis dicit tex. quib. accidit c.4. fin. 12. quæſt.1. Sol. tamẽ prout in hac parte habetur quia iſti Religioſi a pri. ad talem uiuendi Regulã ſeipſos obligauerunt, qua ratione ſuadente aperte etiã conſtat obiectionem non tenere, ſi quidem ipſa locum habet in princ. ſecus autem poſtquam facta eſt obligatio de tali viuendi regula. Nota vitam Regularem educi ad hoc cap. ut monachus in Religione nõ ſolũ tria uota Religionis obſeruet, ſed etiam in ea perſeueret, & de tranſit. ad aliam uitã regulariter non cogitet. Not. 2. Religiones differre inter ſe ſecundum magis & minus perfectum & hinc eſt licitum eſſe aliquando tranſire de vna ad aliam c. licet, eod. & ibi Doct. Not. inter fideles dari tria hominum genera uidelicet, Laicorum, Clericorum, & Religioſorum, quib. poteſt addi quartum nempe illorum qui a Doctoribus dicũtur gerere certum viuẽdi modum, vt ſunt confratres alicuius ſpiritualis Confraternitatis, de quibus per Doct. in c.2. de for compe.

a Semel. Imo contra, quia adhuc hẽt triduum ad deliberandum poſt talis habitus ſuſceptionem ca. ad noſtram, eo. Solut. hic in eo, qui prius nouit ingreſſum religionis, & poſtea habitũ ſuſceperit, ibi in eo, qui exortus eſt a ſuſceptione habitus, & cũ dubitari poſſit, quo id animo fecerit, ideo datur triduum ſecundum Abb. in contrario. vel in contrario fuerat quis illectus, & erat vicinus pueritiæ, & nõ fuerat ĩ probatione, ut no. in c. ꝑ huius, 20 q.3.

ANT. TIM. Vnde adeo verum eſt hoc ſecundum S. Tho. quod poſt perfecte abſolutam profeſſionem non poteſt amplius uotum deſerere, quod neque ipſe Papa poteſt facere, quod ille, qui eſt profeſſus religionem, nõ ſit amplius religioſus: ita tenet S. Tho. contra aliquos iuriſtas aliter tenentes, ut inquit ibi 2.2.q.88 ar.11. per decretalem ad monaſteriũ, de ſta. mon quod intelligendum eſt ſtãte monachatu non poteſt Papa diſpenſare, ut declarat Caieta. ibi Sotus uero aliter ſentit, de iu & iu. lib. 7.q.1.ar.2.

b Sponte. Secus ſi coacte, ca.1. & quæ ibi Doct. & c. ad noſtram, eo. & 20. quæſt.1. ſicut, & q.3. per tot. dũmodo talis ſit coactio quæ cadat in conſtãtem uirũ, ca. cũ dilectus, qd met. cau. Sed & cõditionalis coactio impedit, c. prolatũ quod met. cauſ. niſi quis ex timore propter maleficiũ intraret religionẽ ut no. in c.1. d. qõ. 3. Sed contra uidetur, quia coacta voluntas volũtas eſt, c. merito, 15.q.1. l. ſi mulier, ff. quod met. cauſ. Reſpondeo ĩ hac materia dẽt eſſe ſpõtanea fac. no. in c. Abbates, quod met. cau. arg. contra in cap. maiores, §. itẽ quæritur, de bapt.

c Abbatis. Sine cuius licẽtia, nec literas quidẽ audebit a quoquã recipere ut per Ab. in c. cũ I. & A. de re iudic. & aliter faciens, vel delinquens, punietur ſolo Abbatis arbitrio ſine conſenſu capituli: Abb. in c. reprehenſibilis, de app. ſed latius per eundem, in c. Ioan. eo.

d Propriũ. De facto, & tanquã propriũ, ſed quãdo dicetur monachus propriũ hẽre Reſp. ſm Io And. & Abb. in c. cum ad monaſterium, de ſta. mon quñ non habet adminiſtrationem, & aliquid tenet illud cælando Abbati Vnde ſi hẽt adminiſtrationẽ vel eſt ĩ ſtudio cũ licẽtia ſuperioris, licite aliquid detinet, nec ob id dicitur habere propriũ ſi paratus ſit illud dimittere ad nutum ſuperioris. Facit, quia idem videmus in ſeruo, qui non dicitur habere aliquid proprium licet habeat peculium, l. quam Tuberonis, ff de pecul & per Abb. in c. Ioan eo.

ANTO. TIM. Diuitiæ uero in communi retẽtæ non ſunt contra profeſſionem paupertatis religionis ſeu monachalis, ſed propriæ, vnde habere aliquid proprium in communi, non derogat perfectioni religionis. S Th. 2.2.q.88.

e Contra eã Etiam ſi ſibi fuerit aliquid relictum quia non debet illud capere ſine licentia ſuperioris, cum tale relictum acquiratur monaſterio, ſecũdum Ab. in cap. cum ad monaſterium, eo. & latius in c.2. de ſta. mon. & de hoc vide Conci. Trid. ſeſſ. 25. in tit. de regularibus, c.2. & 3.

f Summus Pontifex. Aliqui dicunt, quod pontifex põt prius facere de monacho nõ monachũ, & eidẽ poſtea permittere, vt poſſit habere proprium.

g Priuandus. Niſi in puncto mortis oſtenderit contritionem, arg. c. a nobis, de ſent. excom.

Exhu-

humandus,[a] prout etiã B.Gregorius ſe feciſſe narrat.

Poteſt monachus tranſire ſolum in arctiorẽ religionem, h.d.

Sed nec temere[b] monachus de monaſterio in monaſteriũ [c] migrare permittendus eſt, niſi monaſteriũ ad quod trãſitũ facere cupit diſtrictius [d] exiſtat. Quo caſu nullo obſtãte priuilegio[e] prælatus monacho ſine difficultate debet indulgere, [f] ne videatur propoſitũ impediri diuinitus [g] inſpiratum.

Statur iudicio abbatis, quæ religio ſit arctior, hoc dicit.

Quod ſi forte probabiliter dubitat, vtrũ quis velit ad ordinem arctiorem trãſire, an ad laxiorẽ ex charitate, an ex temeritate, ſuperioris eſt iudicium requirendum, ne forte angelus Sathanæ in lucis [i] Angelũ ſe trãsformet.

Mendicantes ſolum in ordinem Carthuſienſẽ migrare poſſunt. h.d.

Mendicantibus vero approbatis, [k] q præ textu arctioris ducendæ vitæ ad monaſterium confugiunt, etiam ſi auctoritate Apoſtolica fuerint muniti, Clemens[l] quintus ſacro approbante Concilio interdixit, ne vocem aut locum in capitulo talis monaſterii habuerint, neue ad prioratus, adminiſtrationes, aut quæcunque officia aſſu-

a Exhumandus. Si poſſit fieri ſine ſcandalo, c. ſuper de ſtat. monach.

b Tenere Not. duo quæ requiruntur ad hoc, vt quis poſſit tranſire in aliam religionẽ. Primo, vt abſit temeritas, & leuitas. Secundo, ꝙ religio, in quam vult tranſire ſit ſtrictior, & fac. c Io &c ſuper eo. & c ſane, & c. licet eo. & 20 q 4. per totum.

c In monaſteriũ. Sed contra videtur, quod tranſire de vno monaſterio in aliud, non eſt apoſtatare c. ex parte de tẽp. ord. nec debet iſte trãſitus prohiberi, cum tam in primo quam in ſecundo tria ſubſtãtialia religionis obſeruẽtur. Sol. imo large eſt apoſtata. vt no. per Abb. in c. Io. ante fin. eo & licet hic in ſubſtãtialib. non ſit præuaricator, eſt tamen quoad obedientiam, quã dẽt prælato, ca. ſicut, de iureiu. Sed cui ex duob. monaſteriis applicabũtur bona iſtius tranſeuntis de vno in aliud, maxime ſi licite tranſeat? Reſp. vt per Ab. in c. quod a te, de cle. coniu. & in c. ne religioſi, de regu. & in c. cum olim, a de priu.

ANT. TIM. Quando aũt ſit licitum trãſire de vna religione in aliam dicit S. Th. & enumerat tres cauſas. Primo, zelo perfectionis religionis. Secundo, propter declinationẽ religionis a debita perfectione. Tertio propter infirmitatem, vel debilitatem, ita 2. 2. q 88 ar. 8 in primo caſu dẽt petere licentiã pp humilitatẽ, in ſcdo requiritur ſuperioris iudicium, in tertio eſt neceſſaria diſpenſatio, verũ quia hodie data ſunt multa priuilegia regularib. iõ non eſt facile ſine licẽtia papæ trãſire de religione in religionem, & non incidere in excõicationẽ p Bullã Matt. V. q̃ici pit viã ambitioſæ, & Six II incipiẽte Regimini.

d Diſtrictius. Quid dicemus de eo qui intrauit religionẽ vbi non ſeruabatur regula antiquitus inſt demum monaſteriũ reformatur, nunquid id qui fuit ingreſſus diſſolutionis tẽpore poſſit cõpelli ad obſeruantiam regulæ reformatæ? Reſp. vt per Abb. in ca. ſuper, eo. tit. item ſciendũ, quod per licitum tranſitum ad ſecundũ monaſterium tranſiẽs eſt penitus a primo ſeparatus, & intra probationis tempus, & antea quam profiteatur in ſecundo monaſterio, Abb in capitulo ex tranſmiſſa, de renunc. fac. no. per eundem in c. Abbate. de ver. ſing. Et forte non poterit amplius ad priorem religionem reuerti. De quo dic, ut p But. in c. intelleximus de ætate, & qualit

e Priuilegio Cõ. cor. ca. licet eo. Et ſic not. quod vbi priuilegiũ poſſet diuinæ inſpirationi præiudicare, de tum, aut nihil operatur.

f Indulgere. Etſi nõ indulgeatur ſi nihilominus poterit monachus exequi propoſitũ ſuũ fac. no. per Ab in c. admonet, de renun. vbi ampliat quod hic dicitur in clerico ſæculari volente tranſire ad regularem vitam. Sed quid ſi talem licentiam non petit, an per Abbatem reuocari poſſit; quidã ꝙ ſic. vt not in c. Itel leximus, de ætat. & qual. & in c. mã damus, 19 q. 3. Alii contra c. ſane, eo. Dic vt per Ab. in c. licite, eo.

g Diuinitus. Facit illud, quod monachus electus in Papã poſſit inuito Abbate acceptare, eum talis electio credi dẽat inſpirata diuinitus. de quo in c. quam ſit, 18. q. 3.

h Superioris. Non intelligas de Abbate, qui immediatus ſuperior eſt monachi, quia non debet eſſe iudex quodammodo in cauſa propria, ſed de eo ad quem religioſus appellaret, ſi grauaretur a ſuperiore immediato, vt per Abb. in c. licet, eod. ſimil. 11 quæſt. 1. cap. peruenit, & cap. nullus de iure patron. authen. de ſanct. Epiſcopis, § ſi a clero, col 9.

i Lucis. Capit. nec mirum, 26 quæſt 5. & 29. quæſtio. 1. §. 1.

K Approbatis Quales ſunt Prædicatores, Minores Eremitæ S. Auguſtini, Carmelitæ de quibus in c. vni. §. ſane, de reli. dom. in 6 vbi habetur, qui ſint mendicantes. & no. in cle. 1 eod in gl. in verbo quoslibet.

l Clemens, cle. 1. eodem.

Ma-

imi poſſent. Sed nouiſſime Martinus[a] Quartus omnino uetuit, Mendicantes ad aliquē monaſticum ordinē, excepto ordine Chartuſienſiū, ſine ſpecialis ſedis Apoſtolicæ cōceſſione tranſire, tam recipientib. quē receptis, ipſo facto, excommunicationis pænā incurſuris.

Abbates debent perquirere fugitiuos: & monachi non poſſunt praeſſe Eccleſiis parochialibus, licet ſecus ſi in regularibus. h.d.

Fugitiuos[b] vero debēt Abbates ſollicite p quirere,[c] & vt ad monaſterium, & frugē melioris vitę reuertant, opportunis remediis[d] prouidere, nec ordinarios[e], q eorū ſuppleāt negligentiam, expectare.

Summa totius § praecedentis, h.d.

Singuli quoque monachi per villas, & oppida non debent diſcurrere, nec per quaſcū que[f] parochiales Eccleſias diſponi. Quod in regularibus cum regulæ inſeruiant laxiori, ſpecialiter cautum non inuenitur, ideoque illis cū minori difficultate parochialib. Eccleſiis præeſſe permittitur.[g]

Quomodo, & qualis ſit eligendus in Abbatem, h.d.

Vt autem inuiolabiter monaſtica diſciplina cuſtodiatur, de congregatione monachorum[h] Abbates eligendus eſt, quem ordo vitæ, & meritum magis popoſcerit ordi

a Martinus. Vt in extrauagantibus communibus, in extrauag. quæ incipit, uiam ambitioſæ cupiditatis.

b Fugitiuos. Sed quis dicetur fugitiuos Reſpon. ſecundum Ioan. And. & Abb. in ca. fin. eod. ille qui moratur extra monaſterium, & celat ſe Abbati, facit capit quis ſit fugitiuus, ff. de ædil. edicto. Et eo ipſo, quod religioſus recedit de monaſterio, & non eſt ſub obedientia prælati, eſt apoſtata Inno. in capitulo fin. de renunc. Abb. in cap. fi. eo. Nouitius tamen, ſi ſine licentia ſuperioris recedat de monaſterio non poteſt fugitiuus appellari, vt per Abb in c. ſtatuimus, eod.

c Perquirere. Et vagabundum recipere, ne animæ incurrat detrimentū Sed contra. 27. q. 2. cap. ſi quas monachorum & capit. ſi quis rapuerit. Solut. illud ibi priora monaſteria redarguuntur de diſſolutione, ita no. inc. Ioan. eod.

d Remediis, Puta excommunicando, & faciendo excōicatum denunciari ab Eccleſiarum prælatis, vt per Abb in ca. fin. eod. & circa hanc materiam plura remedia opportuna inuenit & introduxit nouiſſime Conc. Trid. in ſeſſ. 25. ſub tit. de regularibus, c. 4. & 5. & c. 11 & 13.

e Ordinario Cap quanto, de offi. ord. & per Conci. Trid ſeſſ. 25. in ti. de regula, c. 14. Sed an monachus poſſit de licentia Ab. perpetuo extra clauſtrū morari? Reſp vt per Ab. poſt antiquos, c. ex reſcripto, de iureiur.

f Quaſcunque. Iſtam generalitatem declara & intellige vt late habetur per glo. Abba. & alios, in ca. 2. & in c. quod Dei timorem. de ſtat. monc vnde ſumitur, & vide per Ant. de Butr in capitu ſicut, de ſupr. negl. præl. Et videtur notabilis hæc determinatio, cum liceat monachum de monaſterio detrahere gratia dicendo, imo, (quod longe minus eſt) vt ſit Epiſcopi cubicularius, Abb. in c. clerici, 2. de vita & hon. cle.

g Permittitur. Vt late habetur in c. q Dei timorē, ſta. mo. & aliquid p. Ab in c. cū. ad noſtrā, de elec.

Vt autem. CASVS. Monachi Auguſtiniani contendebant inter ſe de ſuperioribus eligēdis, ſiquidem dicebant quidem, non eſſe ſuperiores eligendos, cum quilibet ſponte talem ſibi eligit viuendi Regulam, quidam vero alii volebant eos forte eſſe conſtituendos quia omnes æqualiter, ad eandem regulam tenentur, & propterea vnus non videbatur magis idoneus quam alius, qua de requiſitum fuit quid iuris. Solut. vt hic habet, ſi quidem fruſtra darentur regulæ niſi conſtituerentur aliqui quorum vigilantia eſſent exequendæ, vt dicebat Iureconſultus in le. 2. ff. de org. iur. ad hoc autem prudenter conſequendum non quilibet uidetur idoneu iuxta doctri. Apoſto. dicentis. Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & cæ. & c. conſtitutis. de appellat. Non obſtant obiecta, quia etſi aliquid pmittat in obſeruando tamē ſæpe eſt tranſgreſſor, qui ad obſeruantiam diſcrete & prudenter debet cogi. & idō non quilibet indifferenter eſt idoneus. Not. neminem ad aliquod Regimen eſſe promouēdum niſi peritus, & prudens exiſtat circa pertinentia ad tale officium, cum turpe ſit ignorare ius, in quo quis verſatur l. 2. ff. de orig. iur. Nota. 2. quod ſuperior, & ſubditi debent eſſe vnius, & eiuſd profeſſionis Not. 2. argumento ſummopere utile fore in quolibet regimine conſtituere uiſitatores, quorum opera ac etiam timore, iuſtitia longe melius cuſtoditur.

h Monachorum. Clericus ergo ſæcularis non eligetur in Abbatem, capi cum ad noſtram de elect & in ca. cum magiſtrum, eodem titu. imo non ſolum debet eſſe profeſſus, verum etiam expreſſe profeſſus, vt poſſit in Abbatem eligi, d. capitul. cum in magiſtrum, vbi Abb & nota. ſupra eod §. vtrum, & infr. §. Proxi. Imo dēt eſſe de eadem congregatione, cap. Abbate, 2. 18. q. 2. & per tot. Niſi forte in tali congregatione non reperiatur idoneus, quia tūc

ſumetur

nari vt vni[a] tantum præſit monaſterio, qui cautus[b] ſit in regimine, humilis, & diſcretus & cui monachi cum omni obedientia, & deuotione ſubiaceant.

Non profeſſus non poteſt eligi in Abbatem, ſed bene in Epiſcopum, h.d.

Et propterea cum in magiſtrum[c] aſſumi non debeat, qui formam diſcipuli non aſſũpſit, nec ſit præficiẽdus,[d] qui ſubeſſe nõ nouit. Religioſus, qui regularẽ ordinem ante nõ fuerit expreſſe[e] profeſſus, in Abbatẽ, vel ad aliam regularium prælaturam[f] eligi[g] nõ poterit, quamquam ad Epiſcopalem[h] dignitatem talis in ſæcularibus, vel regularib. Eccleſiis eligi minime prohibeatur.

Viſitatores creandi, & quid agere debeant hoc dicit.

Viſitatores quoque in capitu. creãdi ſunt ſecundum formam generalis Concilii,[i] q. viſitationis officiũ exequãtur[k] & omnia quæ Viennenſi Concilio[l] cõſtituta ſunt, fideliter obſeruari faciant, & de ſtatu monaſteriorũ & obſeruantiis regularibus diligẽter inqui

ſumetur de alio, ca. quam ſit, 18. q. 2. vbi not. & cap. officii, de electi. vel niſi monachi huic ſuori, ſ. de ſuo gremio eligendi Abbatem, renunciarent, vt per Abb. in d. c. officii, argu. no. in capit. cum inter canonicos, de elec. Electus tamen in Abbatem in alieno monaſterio nõ hẽbit amplius uocem in primo monaſterio, etiã ſi & conſenſu capituli ſibi hoc reſeruauerit, ut per Abba. in c. conſtitutus, de elect.

ANT. TIM. Dẽt autem Abba. annũ ſaltem 25. in cæpiſſe. Doct. in clem. generalem, de ætate, & qual. ordi. & eſſe presb. c. 1. eo.

a Vni tantum. Cõcord. 20. q. 4. ca. fin. & 21. q. 2. c. unum, Sed cõtra uidetur c. 1. de priu. in 6. & ca. cum ſingula de præb. eo. lib. Solu. hic loquitur in monaſteriis ſeparatis, & in contraria loquitur in cõnexis, & vnitis, vt per Ab. in c. fin. de reli. domi. fac. not. in ca. conſtitutus, de elect. Vel dic, q non poteſt præeſſe duobus monaſteriis, quod non negatur in contrariis ſimul. ca. de multa. de præb. & in cap. cum noſtris, & ca. litteras ſup. de cõceſ. præb.

b Cautus. Fac. ca. ſi quis, & c. Abbates, 18. q. 2.

ANT. TIM. Habent magnam auctoritatem in monachos ſuos, quos poteſt abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris, niſi ſpecialiter alteri de iure reſeruatis ſecundum Inno. in c. nuper, de ſen. ex com. & S. Tho. in 4. ſen. d. 18. q. 3. ar. 1. & Arch. Flor. par. 3. tit. 25. ca. 77.

c In magiſtrum. Ca. cum in magiſtrum, de electio. & c. ordinatos, d. 59. & c. miſerum, di. 61. & 16. q. 1. c. ſi clericatus.

d Præficiendus. Simil. capit. indecorum, de ætat. & qualit. & l. ſi. C. de legi. tut. & l. ſic euenret, ff. de adul. & l. filium habeo, ff. ad Macedo. & 2. q. 1. cap. eſtote.

e Expreſſe. Cap. nullus, & cap. indemnitatibus, de elect. in 6. Vnde cautela eſt, vt huiuſmodi profeſſio fiat in ſcriptis, vt electionis obſiſtentibus ſcriptura obuiet, ut 27. q. 1. c. omnes fœminæ, & 1. q. 7. c. ſaluberrimum, & no. in d. c. nullius.

f Prælaturam. Puta prioratum, Guardianatum, vel Magiſtratum, ſecundũ diuerſa nomina talium prælaturarum, qui religioſis præſunt, c. fundamenta, & c. quorundã, & c. nullius, & no. de elec. in 6.

g Eligi. Poſſet tamen iſte non expreſſe profeſſus poſtulari ſecundum Ioa. And. & Ab. in c. 2. de reſt. quia ius nouum, c. nullius, de elect. in 6. loquens de electione, cum ſit pœnale, non extẽditur ad poſtulationẽ. Item poterit hic eligere, ſi ſit ſaltem tacite profeſſus, not. in d. c. nullius.

h Regularib. Quaſi dicat interdum cathedralis Eccleſia ſæcularis eſt. Ideſt, ſecularium canonicorum, interdum regularis, & vtroque caſu tacite profeſſus, in epiſcopũ eligi poterit. Sed quæ ratio quod in cathedrali regulari eligitur nõ profeſſus in aliis nõ? Reſp. ſecũdum Laurẽ. Tãc. Goff. comp. ob excellentiam Epiſcopalis dignitatis, vt epiſcopus ẽt ſecularis immediate præſit monachis, vt not. in ca. nullius, de ele. in 6. vnde ſumitur i Concilii Ca. pe. ext. de ſtat. mon. & ad hoc vide quæ ſtatuit Cõc. Trid. in ſeſſ. 25. c. 20. ſub ti. de regu

k Exequantur. Sed quæri poteſt. An hi uiſitatores habent iuriſdictionem ordinariam, an vero delegatam. Quidam, vt Inno. & Goff. quod ordinariam, cum habeant a lege, iuxta no. in c. cum ab Eccleſiarum, de offi. dele. & in l. more maiorum, ff. de iuriſ. om. iud. & inf. de iud. ſ. eſt & alia. Alii qđ delegatam cum in ca. pen. de ſtat. mona. vnde hic ſ. ſumitur, dicat Ro. Pontif. Vice noſtra ſtudeant viſitare. Et hoc tenet Hoſt. quod & verius uidetur cum talia verba delegatam iuriſdictionem deſignent, vt no. in c. 1. de cler. ægrot. in 6. & cap. cum aliquibus de reſcr. eo. lib. & hanc videtur firmare Abb. in d. c. pen. in viſitatoribus, licet ſecus dicat in præſidentibus.

l Viennenſi Concilio. Quod habetur in Cl. 1. de ſtat. monach.

ANTO. TIM. Viſitatores, qui habent ordinariam iuriſdictionem ſunt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Archidiaconus, Decanus, Abbas, & Prælati religionũ, & Legati Sedis Apoſtol. & cardo aũt, quem

rant:[a] & tã in ſpiritualibur, quam in temporalib. corrigant: & reforment quæ viderint corrigenda, & omnia ſecundum Honorianæ conſtitutionis[b] tenorem proſequantur.

Non debet quis inuenire vel fundare nouam religionem, h.d.

Nouiſſime[c] ſciendum eſt generali Concilio ſemel, atque iterum[d] cautum eſſe, ne q̃s in poſterum nouam religionem[e] inueniat.[f] Sed quod quicunque ad religionem cõuerti voluerit, vnam de probatis aſſumat.[g]

Fundans nouam domum religioſam debet aſſumere regulam de approbatis, h.d.

Similiter ẽt de is, qui religioſam domum de nouo fundare voluerint, cautũ eſt, vt regulã, & institutionẽ de probatis aſſumant.[h]

quem debet tenere viſitando, eſt is, qui præſcribitur in c. Romana, de cenſ lib. 6. Scilicet primo proponant verbum Dei; deinde inquirant de uita & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſia, & de alijs quæ ſpectant ad officium. Religioſi vero ſua ſequuntur inſtituta, & conſuetudines.

a Inquirant. An aũt per hanc poteſtatem quæ reperitur data viſitatoribus, derogetur iuri Epi, vide qđ not. in c. penult. de ſtat. mon.

b Conſtitutionis Quã habemus in capitu. fin. de ſtat. mon.

Nouiſſime. CASVS Quidam fideles deuotione moti uolebant fundare nouã Religionẽ, cum antiquæ ſibi nõ placerent: fuit quæſitũ quid iuris, & cum nos habeamus cultũ Dei eſſe potius augendum cap. pen. de conſt. affirmatiue erat reſpondendum Solu tamen aliter hic facta fuit, quia ad ſedem tantum Apoſtol. ſpectat cognoſcere an expediat Eccleſiæ inuenire & conſtituere nouam Religionem, vnde hac ratione conſiderata ceſſat quoque obiectio in contrarium adducta: No grauiora non ampliãda vel minuenda niſi cum conſenſu, & cognitione legitimi Superioris Not ſecundo, nouos viuendi modos regulariter eſſe damnatos, ni temere recedatur ab eo quod diu bonum iudicatum fuit, l. ſecunda, ff. de conſti. princ.

c Nouiſſime. Vt ca. fi. de relig. dom. in antiquis.

d Iterum Vt cap. 1 de relig. dom. in 6. Adde & tertio, vt extrauag. Ioannes, 21. quæ incip ſancta Romana.

e Nouam religionem. Sed contra l. 1. ff de coll. illici Solu illud de iure ciuili: hoc de iure canonico cui in hoc ſtate debemus. Et intellige quod hic dicitur non habere locum, ſi quis inueniat nouum viuendi modum nõ facta profeſſione, ut ſunt Fratres S. Franciſ de tertio ordine, qui appellantur Fratres de pœnitentia, quia tales non dicunt inducere nouam religionem, nec ſunt proprie & ſtricte religioſi: No. in cle. 1 de relig. dom. Abb in ca. cauſam quæ de iudicio ubi & alij, Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. in prin.

f Inueniat. Sed quid ſi inuenerit quæ. quæ pœna erit contra inuentorem ſtatuenda? Reſp. primo nõ eſt tutus in foro poli, & apud Deum. Nam in errorum barathrum facile ruit qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponit, cap. ne nimia, de conſtit. Et apud homines forte ipſo facto incurrit excommunicationis ſententiam, per extraua. Ioã. 22. quæ incipit, ſancta Romana. Dico forte q̃a illa extraua. vſ loqui in caſu ſpeciali, unde poſſet aliquis dicere, quod tanq̃ pœnalis & odioſa ſit reſtringenda: generaliter tamẽ illam intelligit Abb. in c. fi. de relig. dom.

g Aſſumat. Sed quid ſi aſſumat quis religionẽ de nõ approbatis, & profeſſionem mittat an ſit huiuſmodi profeſſione ligatus? Et non vĩ ſui Hoſt in cap. is qui monaſterium. Tu de hoc uide quæ dicuntur per Doct. in c. quod verum, de uot. in 6

ANT. TIM. Regulæ approbatæ religionũ ſunt quatuor: Baſilij Benedicti, Auguſ & Franciſci: ſub quib. omnes religioſi militant, exceptis Cartuſienſibus, qui ſuas ordinationes pro regula habent An autem non tantum vna ſit religio an plures dicantur eſſe religiones, & variæ, leg. S. Tho 2 2. q 188 art. 1.

h Aſſumant. Sed nunquid Epš poſſit diſpenſare contra id, quod dicitur & in iurib. concor. Reſp. negatiue; cum epiſcopus non diſpenſet contra generale concilium, c. cum dilecti, de elect. imo forte talis Epiſcopus incurreret ſententiam excommunicationis per extrau. Ioã 22 quæ incipit ſancta Romana Eccl. Simile eſt quod nemini citra Papam licet ſanctum canonizare, capit. 1. & 2 de rel. & uene. & ſanct. & ſunt hæc contra eos qui cogitata ſua ſanctorum patrum conſtitutionibus anteponunt Sũt enim magiſtri eorum, quia veritatis diſcipuli eſſe noluerunt, c. quod autem iniquius, 24 q vlt.

ANT. TIM. Nota quod non ſolum prohibetur noua religio, ut d. cap. ne nimia, de relig do. Sed ẽt nouus ordo, ut in c religionũ, in 6. eo. tit & nouæ religionis habitus. Vide Cate in S. Thom loco cit. 2.2. q. 188 art ubi quid dicendum ſit de noua inſtitutione Tertianorum diſputat, & determinat.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM[a] DIVISIONE, atque earum administratione.

TIT. I.

Res eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut temporales, h.d.

SVperiore libro [b] de iure perſonarum [c] expoſuimus, modo videamus [d] de rebus Eccleſiaſticis illarumque tractatione. Summa rerum eccleſiaſticarum diuiſio [e] in duos articulos deducitur. Nam aut ſpirituales ſunt aut temporales. Spirituales ſunt [f] quæ ſpiritui deſeruiunt, atque animæ cauſa ſunt inſtitutæ, ut ſacramenta Eccleſiæ, altaris, & his ſimilia. Temporales ſunt, quæ non tam ſpiritus quam corporis [g] gratia pro Eccleſiaſticis miniſterijs, ſacrorumque miniſtrorum vſu ſunt comparatæ, vt ſunt prædia,

DE RERVM DIVISIONE, atque illarum adminiſtratione.

Continuatur hæc materia de reb. per rex. præſentis titu in princ. ſed not. quia ſe u du, ordinem d ſtrinæ conueniebat eam explicare primo in vniuerſali, iuxta n t ſup in rub. de iure p. propterea tit. iſte a princ. proponitur. qui in tres diuiditur partes, in 1 cum d no. ut dixi continuatio: in 2 ipſarum rerum diuiſio. in 3. quo ordine res iſtæ ſunt explicandæ proponitur, 2. ibi ſumma, 3. ibi. videamus.

a Rerum. Accipe verbum hoc largiſſime, ut comprehendat res temporales, & ſpirituales. corporales, & incorporales iuxta ea, quæ habentur in leg. res. ff. de verb. ſign. & in l. 2. ff ſi ce. t. pera & not. Abb. in c. 1 de reg. iur & not. in c. 1. de rebus eccleſ. non alienan. in 6 & paſſim.

S V[periori] libro. CASVS. H[ic] non figuratur not. tamen continuationem fieri ad remota, ut factum quoque fuit ab [I]mper. in princ. p. tituI. Inſt. de rer. diui. not. q non de rebus ſimpliciter in hoc lib. tractatur, ſed de rebus Eccl.

b Superiore libro. Imitatio princip[ij] libri ſecundi inſtitutionum iuris ciuilis, & eſt argum. q[uo]d etiam in principijs librorum facienda eſt continuatio

c De iure perſonarum Scilicet a titulo de iure perſ[o]narum vſque huc, licet in terſerti ſint al[i]q[u]i tituli, q[ui] licet principaliter non tractent de perſonis, habent tamen materiam annexam, & dependentem, vt eſt ille de præbendis cum aliquibus ſequentib. ut in d. tit. in princ. fac. l. cum de Lanionis, §. aſinam. ff de fide inſt. l. quæ religioſis, ff de rei uend. l. arbor, ff com diui. c. ſuper eod. de paroch. & per Abb in c. quando, in princ de iud.

d Videamus. Sicut promiſſimus ſupra de eccl con ſtitu. §. fi.

Summa Rerũ. CASVS hic non figuratur, not. tñ cauſam diuiſionis quia homo conſtat ex anima & hinc dantur res ſpirituales, cõſtat etiam ex corpore & hinc habentur res tẽporales, ſpiritualibus enim anima, temporalibus vero corpus conſeruatur.

e Diuiſio. Hæc diuiſio ſumpta fuit ex his, quæ ponũt Abb. & Doct. in c. cõſuluit, de ſimo. & in ca p. quando, de iudic. faciunt quæ ponit Ioã. de Sel. in tra. de beneficio p. 1. q. 11 7. numero 76. & numero 34. [...] Gram. mat. in tractat. de permu. beneficiorum, in pr. [...] nu. 75 & Rochus de Curte, in tract. de iure patr. in verbo ius. numero 2.

f Spirituales ſunt. Nota tamen quod li. et plures, & plures ſunt res ſpirituales: diuerſi mode tamen ſpirituales. Quædam enim ſecundum eſſentiam ut d[...] Deu[s], [...] 1. ubi not. 1 quæſt. prima. Item ſanct[...] 1 q. 1 [...]. Quædam propter ſtatum, ut e[...] rel[i]gio[...]. Quædam quæ dependent a poteſt. te ſpi[ri]tuali. Quædam ratione offi[ci]j. Quædam quia anneXa ſpiritualibus. De quibus omnibus per Abb in capitu conſuluit, de ſim ubi ponit, q[ui] s[u]nt effectus, an vno uel alio modo res ſit ſpiritualis

g Quam corporis. in conſequentiam tamen bene comparantur gratia ſpiritus, cum Spiritual[ia] a fine temporalibus ſubſiſtere non poſſint, 1 quæſt 3 capitu. ſi quis obiecerit & infra de reb. Eccleſ. non alien. in prin. Et propterea non dixit ſimpliciter huiuſ-

modi

modi res comparatus cauſa corporis & non ſpiritus, ſed non iam,&c. q d quod & ſpiritui deſeruiunt, licet principaliter & immediate corpori

a Domus. Intellige de domibus profanis, quæ tamen ſunt in dominio eccleſiæ, & forte alicui locatæ, non autem religioſis, quæ magis ſunt de membro ſpiritualium rerũ.

b Decimales. Fructus dicit non ius decimandi, quia illud ſpirituale eſt vt infra, de decim. in principio, ca. ad hæc, ext de decim. fac. no. per Abbat, in c. I. de iuramẽ. caſuum.

c Rurſus. Subdiuiſio.

d Virtutes, t. q. I. cap s.

e Conſiſtunt. Vt eſt ius eligẽdi, ius patronatus, ſecundum quoſdã, præbenda quatenus conſideratur tam quam ius, & alia ſimilia, de quibus ſparſim fuit dicẽduo tam ſupra, quam infra ſecundum opportunitatem materiæ, ut proxime immediate dicitur.

f Sacramenta. Immo contra, quod ſacramenta non ſunt corporalia: vt cap inter corporalia, de transla. Sol. accipe ibi corporalia, ideſt temporalia, & profana. Vel aliter ſacramentũ id eſt, gratia quæ cõfertur per ſuſceptionem ſacramẽ totũ eſt incorporalis, & ſic tollitur contrariũ. Sed adhuc cõtra, quia ſacramentum pœnitentiæ non poteſt dici corporale, cum nihil ibi ſit quod tangi poſſit. Reſp. licet in tali ſacramento nihil ſit quod tangi poſſit, tamẽ poteſt & debet ſenſu corporeo p rcipi, & explicari per enunciationem verborum, quæ faciunt ut hoc quoque ſacramentum poſſit dici corporale, ut per B. Tho. de Aqui in ſuis opuſ. in tract. da ſacramentis. fac. illud quære de rerum natura lib. I.

Nec voces cernere poſſumus.

Nec tamen omnia corporea conſtare neceſſe eſt Natura.

domus [a] & fructus decimales.[b]

Res ſpirituales ſunt aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in Sacramenta, in res ſacras, ſanctas, & religioſas, h.d.

Rurſus[c] ſpiritualium quędam ſunt: Incorporales, quædam vero corporales. incorporales ſunt, quæ neque tangi, neque ſenſu corporeo percipi poſſunt, quales ſunt uirtutes,[d] & dona Dei, aut quę in iure conſiſtũ:[e] Corporales ſunt, quæ tangi, & humanis ſenſib. percipi poſſunt. Harum autem quædam ſunt Sacramenta:[f] quædam ſacræ[g] ſunt & ſanctæ, quædam religioſæ.[h]

Subordinat ſequentia ad præcedentia, h.d.

Videamus igitur nunc de ſpiritualibus, & quidem incorporales, cũ de his tã ſupra opportunis locis loquuti fuerimus. quam etiã infra ſuo tempore dicturi ſimus, ſpecialem tractatum nimine exigunt.[k] Itaque tractemus iã de corporalibus, ac primũ de ſacramentis, de ſacris, ſanctis, & religioſis conſequẽter ẽt loquuturi: ac demum de reb. temporalibus, atq. illarum adminiſtratione.

DE SACRAMENTIS.
TIT. II.

Quid ſit ſacramentum, h.d.

Sacramentum,[l] eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,[m] ita quod eius ſimilitudinem gerens, & cauſa exiſtat.[n]

g Sacra. Ita quod non ſacramenta, nam & ſacramenta ſunt ſa. ſa.

h Religioſæ De quibus iof. de reb. ſacra. ſanct. & relig ut tit ſeq

i De ſpiritualibus. Tanquam dignioribus, fac ſ. al am Inſtitut. de bon. poſ l I. & l. 2. ff. de alb ſeu.

K Exigunt Argu. contra, le. ſi ſeruus ſeruum, ſ. inquit lex ff ad le. Aquil. & fac. l vnctio legum. ff de pœn. & l doli, ff de verbo. obli.

DE SACRAMENTIS

Cõtinuatio huius materiæ habeẽ in ſ h. ſup ti prox. ſed ſed in ordinem doctrinę, & ad imitationẽ theolo in pñti titu. tractatur de ſacramentis in cõi diuid tur aũt tit iſte in 2. par. in prima explicatur materia propoſita in 2. proponitur quid infra in declarandum, 2. ibi, his circa.

Sacramentum, hæc pars ſubdiuiditur in 3. partes ĩ prima habeẽ quid ſit ſacramentũ, in 2. quotuplex ſit, in 3 quæ ſint eius cauſæ 2. ibi, ſacramentorũ. 3. ibi cõſtat, quoad primum caſus nõ figuratur, no. tamen quod per corporalia recipimus ſpiritualia.

l Sacramentum eſt: Multæ danur ſacramenti definitiones, vt videre eſt p Hoſt. I ſumma ſuper ti. de ſacram. literam d. ſ. I. Sed quæ hic ponitur vr̃ eſſe receptior, ut per Nic. Flo. in trac. de ſacramentis in p̃ludijs, vbi uidẽdum pro declaratione. Item videndus eſt Beatus Anto. in ſua ſumma, in 3. par. in tit. 24 c. 12 & fac. c. ſacrificium. & q̃ ibi not per Doct. de conſec. d 2.

m Viſibilis forma. Ideſt ſenſibilis, ponit tamen de viſu. quia excellentior omni ſenſu.

n Exiſtat. Hæc poſtrema verba non ponuntur in canone ſacrificiorum, de conſec. diſt. 4. Sunt enim oppoſita ad deſignandam differentiam inter ſacramenta legis ueteris, quæ ſignificabant, quidem gratiam, ſed non conferebant, & ſacramenta nouæ legis

Sacramentorum quædam neceſſaria ſunt, quædam voluntaria, h.d.

Sacramentorum ſumma [a] diuiſio] hæc eſt, quod aut ſunt neceſſaria, aut voluntaria. Neceſſaria ſunt quæ ſine interitu ſalutis æternæ prætermitti [b], & contemni non poſſunt, vt ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, extrema Vnctio, quæ omnia ad particularem cuiuſque profectum ſunt principaliter [c] inſtituta. Voluntaria ſunt quæ ſine ſalutis diſpendio pro cuiuſque arbitrio recipi poſſunt, & refutari: qualia ſunt Ordo Sacer, & Matrimonium & ad hæc totius Eccleſiæ [d] profectum, & ſubſidium principaliter pertinent.

Neceſſariorum Sacramentorum quædam deſeruiunt ad ingreſſum Eccleſiæ, quædam ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia, hoc dicit.

Et rurſus [e] neceſſariorum quædam ad ingreſſum Eccleſiæ ſunt comparata, vt baptiſmus [f] quædam ad progreſſum in Eccleſia, vt Confirmatio [g], Pœnitentia [h], Euchariſtia; [i] quædam ad egreſſum ab eccleſia vt extrema Vnctio [k].

Secunda diſtinctio ſacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt, h.d.

Rurſus [l] ſacramentorum quædam characterem [m] imprimunt; quædã vero non. Quæ characterem imprimunt, iterari non poſſunt; vt baptiſmus [n] confirmatio, [o] ordo

gis, quæ & ſignificant, & conferunt, vt habetur in locis congeſtis in ſuperiori notula, & nouiſſimè per Concil. Trid. in 7 ſeſſ. ſub tit. de ſacramentis in genere, in cano. 2. & 6. & 7.

Sacramentorum. Cum auctor diuidẽdo procedat, ꝑpterea CASVS hic nõ figuratur. No. tamen cauſam diuiſionũ: ſi quidem ratione finis datᷓ meo iudicio prima diuiſio; ratione qualitatis indigẽtiæ vitæ humanæ datur ſecũdã; ratione deniq; reiterationis datᷓ tertia: hinc not. ꝙ ſi adhuc alijs reſpectib ſacramenta conſiderarentᷓ, alijs quoq; modis diuiderẽtur Not. q. res ob diuerſum reſpectũ diuerſam habere naturam. Hæc diuiſio ponitur in capitul. Veniens. per gloſſ. & Doct. de tranſact. Alij tamen aliter diuidunt, ſcilicet quod ſacramentorum, quædam ſũt neceſſitatis, quædã dignitatis, & dignitatis ſacramenta appellant Ordines, vt no. in d. loco, & per Hoſtien. in ſum. de ſacra. non iterand.

b Prætermitti, vel contẽni. Ideſt, prætermitti ex contẽptu, nam ſecus ſi ex neceſſitate, vt inf. tit. 1. §. ſed quã quam, & c. debitũ de bapt. & c. baptiſmus, de conſec. d. 4. & c. ſi de preſ. nõ baptiz. Et vide de neceſſitate ſacramentorum. Concil. Trident. ſeſſ. 7. in tit. de ſacramentis in genere, cap. 4. & ſub titu. de bapt. c. 5.

c Principaliter. Bene principaliter; quia in conſequentiam tendunt ad profectum totius etiam Eccleſiæ. Argu. auth. ut iud. ſine quoquo ſuff. poſt prin.

d Totius Eccleſiæ. Et propterea magis accuratè danda, vt 1 q 1. §. ecce, & c. præter, in ſi diſtin. 32. & magiſtraliter traditur hæc materia in Conc. Trid. ſeſſio. 7. & multis alijs locis, in quibus antiquæ, & modernæ hæreſes ſanctiſsimè damnãtur. Item traditur cõpendioſè hæc materia per Eug. Quartum in vnione Græcorum verſiculo quinto eccleſiaſti-

torum ſacramentorum veritatem.

e Et rurſus Subdiſtingui neceſſaria, & quæ principaliter tendunt ad cuiuſq; particularẽ profectũ

f Baptiſmus. Diſt 32. c. præter hoc, §. porro.

g Confirmatio. De conſec. d. 5. cap Spiritu Sancto;

h Pnĩa. Quę & adte datũ eſt comparata 26. q. 7 ca. his qui & de pœ. d. 3. c. 2. §. 2.

i Euchariſtia Quę propterea, & viaticum dicitur. 26 q. 6. c. qui recedunt. & c. de his

K Vnctio, 26 q. 7. c. ab infirmis.

l Rurſus. Hæc eſt ſecunda principalis diuiſio, quę cõplectitur oĩa ſeptẽ ſacramenta.

m Characterẽ imprimunt. Ideſt, ſignũ quoddã à cæteris diſtinctę aĩæ indelebiliter infigũt, ita exponitur in vnione Græcorũ, & Armen. ver. 5. Eccleſiaſticorum, & per Conc. Trid. ſeſ. 7 in ti. de ſacramentis in gñre, c. 9 & ſeſſ 23. c 4.

n Baptiſmus. 1. q. 1. c. ſacramenta, & c. manus.

o Confirmatio. 1. q 1. c. manus. Et licet tã in baptiſmate & cõfirmatione character æquè ĩprimatur: hoc tñ accidit diuerſimodè Nã per baptiſmum participat quis ſpiritualia & diſponitur anima ad facilius ſuſcipiendum gratiam Dei. Sed in ſacramento confirmationis efficitur fortior: & infunditur gratia contra diaboli inſidias. Ita Abb poſt S. Tho. in c. quanto, de conſuet. & in rub. de bapt. poſt Inn.

ANT. TIM. Dictũ Abbatis relatum hic à gl. qđ per baptiſmũ participat quis ſpiritualia, & diſponitur anima ad facilius ſuſcipiendum gratiã Dei, licet quoad vltimã particulã ſi ſimpliciter, & sm̃ proprietatẽ verborũ intelligatur, ſit falſum, quia per baptiſmũ non ſolũ aĩa diſponiť ad ſuſcipiẽdã gratiã, ſed realiter ſuſcipit, niſi ponat obicẽ, ut eſt cõmuniſsima ſententia omnium Theologorum. Et fides catholica tenet in Conc. Tri. ſeſſ. 7. cap. Si vero, per diſponitur, interpretamur efficaciter præparatur ad habendã gratiam, quam ſuſcipit in dicto

ſacer. [a] Cætera vero, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minime prohibentur,[b] ut Euchariſtia,[c] vnctio,[d] pœnitentia[e] matrimonium.[f]

Sacramenta conſtat elemento & verbo. h.d.

Conſtant [g] autem ſacramenta elemēto & verbo.[h] Elementū hic accipimus quidquid[i] ſub viſibili natura, inuiſibilem gratiā deſignat & cōtinet. Verba ſunt quæ formæ uiſibilis efficaciam exprimunt[k] ergo[l] accedēte verbo ad elementum ſacramentum fiet.[m]

Non Eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit ſacramenta, quæ tamen dicuntur Eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat, h.d.

Illud quoq ſcire nos oportet, quod nō Ec

Qo ſacramento cum eodemmet tempore, & diſponit & conferat gratiam quod recipit, id quod poſtea declarat per aliud verbum quod addit in materia: nam ſic etiam loquuntur Doctores Alex. de Ales, 1.p.q 11 memb.2 & S.Tho. in 4.d.1. qō.4. & 5. de bapt. vbi inquit quod, character eſt qualitas, quæ habilitat, ſeu diſponit animam ad ſuſcipiendam gratiam Dei, ex quo iudicauit ſe non accipere uerbum, diſponitur, in propria & ſtrictiori ſignificatione, ſed in latiori. Vel dicamus fortaſſe, non male ꝙ diſponitur ad gratiam id eſt, ad plenitudinem gratiæ, quam deinde recepturus eſt in ſacramento confirmationis, de quo ſacramento mox loquitur in eadem glo. in ſequentib. verbis.

a Ordo ſacer Ca. de homine & c de his, & cap dictum de conſ. d 5. & per Hoſt. in ſum. de ſacram non iterand. & quæ ſint iterand.

b Prohibentur: Quemadmodum tota die videmus iterari, & facit verius.

Fons, ordo chriſma non; cætera ſunt iterāda.

c Euchariſtia. De conſe. diſt. 2. ca. quotidie, & c. ſi non frequentius.

d Vnctio, Per ea, quæ allegat Hoſt. in ſumma de ſacramen. non iteran. §. & quæ ſint. Et not. ꝙ licet hoc ſacramentum ſupra dicatur neceſſitatis, hoc verum eſt reſpectu contemptus, alias ſecus ut per Ab. in c. quanto, de conſec.

e Pœnitentia. Sed contra c. in capite, cū ſeq. d. 50. & c. quamuis, de pœn. d 3. Sol. hic loquitur de pœnitentia priuata & non ſolenni, quæ nō modo iterari poteſt, verum ēt debet ca omnis, ext. de pœn. & remiſ contraria de ſolēni, quæ non debet iterari, Facit ſupra qui promo. non poſ §. pœnitens.

f Matrimonium; Capit. aperiant, 32 q. 1. & de ſecun. nupt. per tot.

Conſtant autem; CASVS ita figuratur; Cum videamus eccleſiam multa diſpoſuiſſe circa ſacramenta, ut nouiſſime habetur in Conc. Tric. plur. b. in locis, propterea fuit quæſitum, an ſint iuris humani; præterea ſi ſacramentum eſt forma ut in princ. huius tit non videtur poſſe habere formam rurſus ſi poſſunt adminiſtrari etiam a malis miniſtris, inde uidetur dicendum ipſos eſſe tanquam inſtrumentum inanimatum Sol. tamen ut hic legimus, cā autem ſolut ſatis illa vř. quod Ieſus Chriſtus Dn̄s noſter ita ordinauit, & ſic ceſſant obie. Not. in ſacramentis reperiri diuerſa ob diuerſum reſpectum, & hinc eſt quod in eorum adminiſtratione quadā requiruntur de neceſſitate ſacramenti; quędam de neceſſitate pcepti, ut recte Theologi animaduertunt, D. Tho. p. 3 ſuæ ſum q 64. ar. 2.

g Conſtant, Fac. 1 q. 1 c. detrahe.

h Et verbo: Vnde ſi aliquis proferat verba, & non immergat, non baptizat, quia nec ſola verba, nec ſolū elementum ſacramentum faciunt, cap. detrahe, 1 q. 1. Vnde falſa eſt Gādulphi opi. dicentis ſolū elementū conſtituere ſacramentum, arg. c ſacrificium, de conſec. d. 2. & ꝙ a in bibens illā aquā dicatur bibere ſacramentum ſicut de mure dicimus, c. qui bene non cuſtodiunt, de conſecra diſ 2. Nam ut quidam dicunt, aqua baptiſmatis in eodē inſtāti incipit ac deſinit eſſe ſacramentum; ſcilicet in ultima prolatione ipſius formæ; Ego te baptizo, & c. ut no. in c. 1. de conſec. d 4 & in d. c. detrahe, arg. l. quod autem, § fin ff. de don inter vi. & vx. l. debitrix. ff. ad Velleia.

ANTO. TIMO. Not illud quod dř in glo quod aqua baptiſmatis in eodem inſtanti incipit, & deſinit eſſe ſacramentum, id eſt materia ſacramenti ex mente quorundam in gl. in c 1. de conſe d. 4 de verb ſacramentum, vbi determinans, quod aqua tā tum in baptiſmate non eſt ſacramentum niſi adſint verba, quæ accedunt elemento tanquam forma, dicit quod aqua incipit & deſinit ſimul in ꝓlatione ultimæ ſyllabæ, quæ tunc ſignat completum eſſe ſacramentum, non autem ipſa aqua, aut ante, aut poſt, remanet ſacramentum, ſed res ſacra. Opus enim eſt, ut in ſacramento concurrant ſimul materia & forma, elementum, & verba ſecundum omnes Doctores. Iſta autem ſimultas intelligitur ſecundum Scotum modo humano, quia Euangeliſtæ loquuti ſunt hominibus.

i Quidquid; Vnde in hac materia appellatione elementi continetur non ſolum aqua, ſed etiam panis, vinum, oleum, & ſic de ſingulis.

k Exprimunt; Non ergo omnia verba, quæ in cōfectione ſacramentorum proferuntur, dicuntur conſtituere ſacramentum, ſed ea quæ ſunt formalia de quibus intelligit puta; Ego te baptizo, in nomine, &c Hoc eſt enim corpus, &c Sed per alias orationes, quæ primo fundantur ſuper aqua uel pane, & vino, non conſtituitur ſacramentum ut not. in c detrahe, 1 q 1.

l Ergo Reaſſumptiue ſtat non illatiue.

m Fiet. Sed quæritur, ſi in littore maris baptizetur quis, an tota aqua conſecretur, an non? Et vř quod illa ſolum quæ baptizandum tangit, argum. leg. 2. §. Celſus, ff. de relig. Vel poteſt dici, ꝙ & illa

qua iſtam tangit, arg.l.qui relig.ff.de rei uendit.

ANTO.TIMO Quoad hanc quæſtionem recte ſoluit primo modo; nam ſolum illa aqua creditur eſſe materia ſacramenti baptiſmi.in actu ipſo quę tangit, & abluit corpus baptizati, ideo ea ſola dicitur conſecrata.

ceſſe, & c.in grauibus, 3 q 7. Et quia ad exemplum bonæ actionis inſtituuntur, quia Epiſcopus, 5.q. 3.& 1.q 1.c.ſi qui Epiſcopi talem.

K Poterunt.1 q.1.cap.ſignificaſtis.& ca multi,&c. dedit,& traditur per Abb.& alios, in ca.veſtra,de cohab. mulie. & cleric. Quantum tñ ad receptionē ſacrorum ab hæreticis; diſtinguendum eſt, nū ſcienter quis recipiat quo caſu non confertur gratia, an ignoranter, quo caſu confertur, ut p Inn & Abb.in ca. fraternitatis,de hęre. Et hoc qđ hic dr reformatur nouiſſime per Concil.Trid ſeſſ. 7. in titul.de ſacram.in genere,c 12.& eadem ſeſſ.in tit. de baptiſ.c.4. & ſeſſ. 14.ſub rub. de miniſtro huius ſacramen. & abſolutione, c.6.

cleſia: ſed ipſo Domino [a] inſtituente ſacramentis vtimur: ſed tamen ideo Eccleſiæ ſacramenta nuncupamus: tum quod per ea ſāctificata, & cæleſti ſponſo matrimonii [b] fœdere coniuncta ſit; tum quòd illorū diſpenſatio [c] eius credita ſit miniſterio.

Etiam malus miniſter, et hæreticus poteſt miniſtrare ſacramenta, h d.

Ergo qui baptizat, [d] qui abſoluit, [e] & in ſingulis ſacramentis diuinitus operatur Dominus [f] eſt: miniſtri vero Eccleſiæ in conficiendis ſacris myſteriis, vel diſpēſandis, præter nudum miniſterium nihil ſibi vendicare valent, [g] cum non propriam, ſed eius, qui ſacramenta inſtituit, perſonam referant: [h] nec vlla ex ipſis ſanctificādi virtus emanet. Vnde quamquā eos inculpatos eſſe deceat, [i] ñ ſi mali ſint, vel a catholica cōione ſeiuncti, nihilominus & conficere ſacramenta, & diſpenſare poterunt: [k] velut [l] .n. per lapideos canales ad areolas aqua trāsfunditur: & Solis radii per loca fœtidiſſima tranſeuntes nulla contactus maculatione contaminantur, [m] ſic multo magis ſacramenta nulla miniſtri fœditate commaculantur.

Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione eccleſiæ, h.d.

Hoc tamē ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intentionē Eccleſiæ concordem [n] habeant. Cæterū ſi aliud agere intendāt; puta ſacris illudere myſteriis, vel aliud, q eccleſiæ non conſentiat, nihil agitur. [o] Sine fide [p] enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidē poteſt, ſine Eccleſiæ intentione non poteſt.

a Domino inſtituente. Vt & in Conc Trid ſeſſ 7. in tit.de ſacramētis ī genere, in c.j. vnde eccleſia numero ſacramentorū nec addere nec detrahere poteſt.

b Matrimonij fœdere: Vnde ſicut vxorē ſocietas uitæ rerum mariti quodā modo dominā facit le. 1 ff. re.am.ſi. & eccleſia, q̄ eſt quædam ſpiritualis uxor, poteſt dici dña ſacramentorum.

c Diſpenſatio Ratione ergo diſpenſationis dñr ſacramenta eccleſiæ. Sic & ius Papyrianum fuit appellatum ratione cōpilationis, licet Papyrius nihil de ſuo adiecerit: vt not.l.2. poſt prin. ff.de orig. iu. fac. q no.in l.2.C in quibus cauſ. coloni. conſi. &c. libert.

d Qui baptizat: Per uirtutem, non per miniſterium, c.aliud, de conſecra.d.4.

e Qui abſoluit. Per virtutem, cap. aliud, de conſecr. diſt.4.1.q 1.ca.interia ari.

f Dominus eſt 2 Cap.panis. de cōſec d 2.& cap baptiſmus, de conſe. d.4 & ca.verbum, de pęn d 1. & per Abb.in c.extitpandæ, 6.qui uero, de præb.in repet.

g Valent Nam neque qui plantat aliquid eſt, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, 1.q.1.cap. multi.

h Referant: Cap.baptiſmus, de conſe.diſt.4.

i Decet.cum lumen ſint mundi, capi ſacerdotes, diſt.93.& aliorum patres ac magiſtri, c quis dubiter, diſt.96 & quia neceſſe eſt, ut mūda ſit manus, quæ aliorum ſordes diluere curat, 1.quæſt.1.c.ne-

l Veluti, 1.q 1 ca. intra, cum pluribus ſeq.& c.ſecundum, di.19.& 1.q. 1. hanc regulam, in ſi.fac.15. q. vlt. c.ſi. & ca.nihil, in ſi d.83.

m Contaminantur. Immo contra d.49.c. ſacerdotes & 1.q.1.c.ſic populus, cum ſimi. Sol. nō polluitur ſacramentum fœditate miniſtri, niſi opinione vulgi, vel niſi quantū eſt in ipſo miniſtro, ut p Ab.ī c.veſtra, de cohabi. mulie. & cler. vel in ipſo ſuſcipiente: ut 1.q.1. c.multi, ſ ſinceergo: malorū tñ miniſtrorum orōnes potius nocēt quā proſunt, ut p Ab. in rub.de ui & honeſt.cler.fac.c ſi in ſi d.83

n Concordē; Vnde cōmendatur factum Alex.Epi Alexandriæ, de quo 1.q 1.c.Spūs Sanctus, & ca.ſic aūt, cum plurib.ſeq & quod hæc concors intentio requiratur, determinat nouiſſime Conc. Trident. ſeſſ. 7.in tit. de ſacramentis in genere, cap.1.& anathematizat tenentes contrarium.

o Agitur: Fac.c quod autem ait. 22.q 2.

p Sine fide, 1.quæſtio. 1. quod autem, cum mul-

ſis ſeq & alijs ſæpe per tot d q.
a Generaliter. Et bene, cum generalium cognitio debeat præcedere cognitionem particularium, §. his itaque, inſt de iuſt.& iur.
b Fundamentum. Cap. veniens, extra de presbyter. non baptizat.

nomine genitoris, & geniti, & procedẽtis ab vtroque, non ſit baptiſmus. Idem ſi dicatur In nomine Ieſu Chriſti; Vel in nomine Trinitatis V de late per Card. Alex. in ſuis inſtit. Theologicis. li. 2. cap. 12. & per Plo. in tract. de ſacramentis in 2. par. cap. 2.

quo fundamento deficiẽte ſuperædificari nõ poteſt, 1. q. 1. ca. cum Paulus. c. ſi. de presby. non baptiz.

DE BAPTISMO, & eius effectu.

Cõtinuatur titulus iſte per § ſi ſupra tit. proximo. Diuiditur autem in 6. partes; in prima habetur quid ſit baptiſmus; in ſecunda qualis ſit eius effectus; in tertia quis poſſit baptizare; in quarta qs debeat baptizari; in quinta, an hoc ſacramẽ. poſſit reiterari; in ſexta qd extrinſecus ſit in eo obſeruandum; ſecunda ibi, non tamen, tertia ibi, baptizandi, quarta ibi, non tamen quia, quinta ibi, quod ſi quis, ſexta ibi, poſtremo.

Baptiſmus CASVS hic non figuratur: ſed ont. quod anima abluitur ad ſimilitudinem corporis. Not. a. baptiſmum ſucceſſiſſe circumciſioni.

Cognitio ſpecierum debet ſubſequi cognitionem generis, h.d.

His circa ſacramenta generaliter [a] cognitis, exordiamur nunc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere, & quia baptiſmus fundamẽtum [b] eſt, & ianua cæterorum, merito ab eo principium ſumamus.

DE BAPTISMO, ET eius effectu.

TIT. III.

Baptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circumciſionis eſt inſtitutus, h.d.

BAptiſmus [c] eſt ablutio [d] corporis exterior, quæ adhibita certa verborũ forma [e], interiorem animæ ablutionem [f] deſignat & operat [g] veluti, n. circumciſio [h] in populo Dei, in fidei, iuſtitieq; ſignaculum inſtituta, ad ſignificationem [i] purgationis originalis, veteriſque peccati paruulis valebat: ſic & baptiſmus ad hominis innouationẽ, valere cœpit.

Licet in baptiſmo plena contingat peccato-

f Ablutionẽ Ineſt ergo in baptiſmate duplex ablutio exterior corporis, interior animæ, quæ fit per Spiritum ſanctum Nã aqua & uerba nil prodeſſent, niſi ſpiritua ſãctus baptizaret interius, ca. per aquam, de conſecta. diſt 4 Vnde & duplex paternitas & filiatio reperitur in baptiſmo. Vna exterior, in qua baptizans eſt pater alia interior in qua Spiritus ſanctus eſt pr & ideo oẽs Chriſtiani dicuntur filii Dei, & inter ſe ſũt fratres ſpirituales; q a habent eundem patrem ſpiritualẽ in iſta ſecunda natiuitate. Fac quod no. in c. ad mẽſam 12. qõn 3 & ponit Ab in c. debitum, ta vlt no. eo.

g Operatur. Ad hoc vide Cõc. Tri. ſeſ 6. in titu. de ſacramen. in genere cap. 2. & cap. 6. & cap. 8.

h Circumciſio. Simi. in c. ex quo, de conſecr. d. 4. facit c. maiores, extra, eod.

c BAptiſmus. Ita paucis immutatis uerbis definit Hoſt. in ſumm. eo. in prin. & Nico. Plo. in tractatu de ſacramentis, in prima parte, ca. 1. Dantur & aliæ plures deffinitiones, vt per Cardi. Alex. in lib. inſtit. Theologicarum, lib. 2. cap. 12. Et quinque ſunt de ſubſtantia baptiſmi; Baptizantis intentio ſiue generalis ſiue ſpecialis. Baptizandi fides, ſi ſit adultus, alias baptizari poterit in fide parentum. Et eccleſiæ expreſſio vocalis formæ à Chriſto inſtitutæ. Ablutio per elementum. Et quod ablutio & verborum prolatio ſint actus contemporanei, quæ latè proſequitur Nicol Plo. loco ſupra citato.

d Ablutio. Et ſic operatio tranſiens. Vnde baptiſmus, non eſt aqua, quia tunc eſſet res permanens.

e Forma quæ ſunt iſta. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quæ in tantum ſũt in forma, vt ſi dicatur. Ego te baptizo in

i Ad ſignificationem Alij ad ſanctificationem, vt c ex quo de conſecr d. 4. prima verior.

Non tamen. CASVS cum homo per eius conceptionem, & poſtea per proprias eius operationes in uarias incidiſſet calamitates, & imperfectiones. fuit propterea quæſitũ, an per baptiſmum poſſet ab eis liberari, & cum per ipſum dicatur renaſci ut omnia c õiter admittunt, videbatur propterea inde recuperare antiquã eius perfectionẽ, cæterum. Sol. aliter vt hic legimus. quia baptiſmus eſt inſtitutus in remedium animæ quæ Deo debat reconciliari, vnde non obſtat obiectio, ſi quidem per hãc regenerationem anima reſtituitur ſolũ in gratiam Dei, & remanet ei fomes concupiſcentiæ ad exercendas virtutes, vt Theolo. docent. Not. 2. in Chriſtiano poſt baptiſmum ſuſceptum remanere aliquid de antiquo homine, cum illa reuocatio operetur circa ſpualia Not & baptiſmum dici fundamentum quia per ipſum homo renouatur.

rum remiſſio, non tamen contingit plena nouitas. hoc dicit.

Non tamen [a] ex quo quiſque baptizatus, ſtatim etiam in eo omnis vetus infirmitas [b] abſumitur: ſed renouatio ad remiſſionem peccatorum incipit & ad intelligentiam, & operationem ſpiritualium: cætera vero ſunt in ſpe, donec recompleantur: quod erit in reſurrectionis tempore. Quamuis ergo in baptiſmate plena [c] fiat peccatorum remiſſio, non propterea plena nouitas [d], & mutatio contingit.

Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſſitatis quilibet poteſt baptizare, hoc dicit.

Baptizandi autem cura ad ſolos ſacerdotes [e] pertinet, eiuſque miniſterium, nec ipſis diaconibus explere permittitur abſque Epiſcopo, vel presbytero [f], niſi his procul abſentibus vltima languoris cogat neceſſitas [g], quo caſu, & laicis fidelibus, atque ipſis mulieribus baptizare permittitur [h].

Presbyter negligens in baptizando quomodo puniendus, h.d.

Presbyter vero, cuius negligentia cõmiſſum eſt, vt quis ſine baptiſmate ex humanis

a Non tamen. Pro intelligentia iſtius litteræ, vide Concil. Trid. in 5. ſeſſ. in 1. decreto de peccato originali in fin. & per totum illud decretum, & fac. c. non ex quo, de conſecr. diſt. 4. vnde ſumitur.

Ioã Bapt. b Vetus infirmitas. Ideſt, originale peccatum, qđ contrahitur in ipſa infuſione animæ: quia tunc tres vires principales animæ debilitantur, de quo in cap. quæris, de conſec. diſt. 4. & in c. non ex quo, diſt. 4. remiſſiuè.

ANTO. TIM. Quod dicitur hic in textu, quod per baptiſmũ omnis vetus infirmitas non ſtatim abſumit, ſi per veterẽ infirmitatẽ peccatum originale interpretemur ſumẽdo peccatum originale pro culpa, quæ in infuſione aĩæ cõtrahitur, ſic ſimpliciter nõ eſt intelligẽdum. Eſſet n. hæretica poſitio contra Cõci. Trid. determinationẽ ſeſ. 5. cap. 5. Nã baptiſmus illud q̃ propriã & verã rõnem peccati hẽt, totũ tollit, per quod ſacrm. incorporamur paſſioni. & morti Chriſti, ita D. Hieronymus ad Oceanũ, & D. Chryſoſtomus in Ioann. Hom. 24. late Origenes, Homil. 5. ſuper Io. Sed id ita intelligendum, quod remanet peccatum ideſt, infirmitas contracta per peccatum, & fomes, vt inquit D. Auguſ. lib. 1. & in alijs locis cum qua remanent cæteræ pęnalitates. Vide rationes apud S. Th. 3 p. q. 69. art. 1. & 2 & D. Bon. in 4. ſen diſt. 4 p. 1 ar. 1. q. 2

c Plena. Quo ad reatum mortis æternæ, & omnem pœnam originalis peccati, vide per Abb. in ca. 1. §. vna vero. de ſum. Tri. & fide catho.

ANT. TIM. Dicitur hic in glo. quod baptiſmus tollit omnem pęnam originalis peccati. Pro cuius rei intelligentia nota quod dicit D. Bonauen. in 4. ſenten diſt 4 par. 1. art. 1. q. 2. Nam diſtinguendum eſt de pœnis, cum quædam ſint æternales, quędam temporales. Temporales rurſus quædam imponũtur, quædam aſſumuntur, quædam contrahuntur. Baptiſmus igitur abſoluit ab omni pœna peccati originalis, & æternali, & temporali, ſatisfactione aſſumpta, ſeu impoſita, ſed non ab omni contracta vt à fame, ſiti, infirmitate, fomite, & ſimilibus, vide rationem apud eum.

d Nouitas. Nam relinquitur originale peccatum ad pugnandum dum ſumus in via, ſed debilitatũ & ſuperatum, & ad mortem æternam, non imputabile, c. per baptiſmum, de conſecr. diſt. 4.

ANT. TIM. Quod dicitur in gloſſ. relinqui peccatũ originale ad pugnãdum, intellige fomitem, qui eſt pœnalitas relicta nobis ad exercitiũ, & ad pugnãdum, vt glorioſius coronari mereamur. Vide S. Bonauent. & S. Tho. locis citatis. Ioã. Bapt.

Baptizãdi aũt. CASVS. Videmus baptiſmum cõferri modo à ſacerdotib. modo à viris maximè improbis & infidelibus, modo etiã à ſemetipſo, vnde dubitatũ fuit de eius miniſtro: cum enim diuinitus in eo operetur dominus, §. ergo q baptizat ſup. titu. proximo nõ oportebat aſſignari certũ miniſtrũ, eoque minus quo datur baptiſmus flaminis, §. qđ quidem, infra eo. Sol. tamen aliter, hic facta fuit tñ ratione cõgruẽtiæ, tũ quia in regeneratione eſt imitãda generatio naturalis, & ideo argumenta in cõtrarium adducta non obſtant. Not. primo, ẽt congruentiam eſſe fundamentum iuris, & ideo quædam dicuntur legitima vigore congruentiæ. Not. 2. baptiſmum ab hæreticis collatum & aliquando omnino tenere. No. 3. ob diuerſum baptiſmum dictum Euangelij: niſi qui renatus fuerit, eſſe ita intelligendum, vt verificetur aliquando actu, & aliquando intentione.

e Sacerdotes. Cap. conſtat de conſec. diſ. 4. vnde ſumitur, & nouiſſimè per Conc. Tri. ſeſſ. 7. in titu. de ſacramentis in genere, c. 10 Sed contra, c. ſanctum, de conſec. d. 4. Rñ ibi in caſu neceſſitatis, vt hic ẽt ſtatim dicitur, fac. c. in neceſſitate, d. diſt. 4.

f Presbytero. Ideſt, licentia presbyteri. Sed contrà cap. diacones, & cap. diaconi, diſt. 93. Reſp. vt ibidem not.

g Neceſſitas, quæ legem non habet, fac. de conſecratio. diſtinctio. 4. capitu. ſanctum, & capitulo in neceſſitate.

h Permittitur. Capitu. diacones, diſtinction. 93. Sed quid ſi diaconus, vel etiam laicus baptizat non inſtante neceſſitate? Reſpõ. valet baptiſmus. ſed

excesſerit, deponendus erit.[a]

Baptizati ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis vel alias facinoroſis, non ſunt denuo rebaptizan di, h.d.

Sed & ſi qui ab hæreticis,[b] ſiue ſchiſmaticis, vel etiam a paganis,[c] aut alias facinoroſis baptizati fuerint, quaſi baptizati nõ fuerint, iterum baptizari [d] non debent. Antiqua [e] tamen patrum induxit inſtitutio, vt qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad ſanctam Eccleſiam redierint, aut unctione chriſmatis, [f] aut impoſitione manus, [g] aut ſola profeſſione [h] fidei ad ſinum matris eccleſiæ reuocentur.

Nemo ſeipſum baptizare poteſt, h.d.

Sed quamquam [i] baptiſmus, ab hæreticis, ſchiſmaticis, vel paganis ſuſceptus valeat: ipſum tamen ſe baptizare nemo poterit. ſicut enim carnali generatione[k] ſua proles ex uiro, & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, alius, qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua, & ſpiritu ſancto reducitur, alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur.[l]

Fides ſacramenti ſupplet ſacramentum fidei. h c dicit.

Vñ de Iudęo q̃ i mortis[m] articulo cõſtitutus

ſed vt vſurpatores alieni muneris puniendi erunt vt per Ab in c. quanto, de conſuet.

a Deponendus erit 1.q 5 c neq. & capi. ſi quis per ignorantiam, & de conſe.d.4 c quicunque.

b Hæreticis. Concor.c. Eue, c.a quodam, cap. Romanus, cap. hi qui ca de Arrianis, de conſecra.d.4 cum plurimis ſimi. & nouiſſime idẽ firmatur per Conci. Trid ſeſſ.7. ſub ti. & rubr. de baptiſ. cap.3.

c A paganis Sed contra ca. quos paganis de conſe d. 4. Solu. ibi non in forma eccleſię fuerat traditus baptiſmus. Item contra d 62 c nulla rõ, & 1.q.1.c.1. & l. tradi tiõ. ff. de acq rer do mi. & de conſ. d 4. ca quõ. Quõ ergo paganus baptiſmum tradere dr̃, quẽ nõ hẽt? Reſp. fit hoc auctoritate legis; ſic & creditor 1 caſu dñiũ rei ſibi obligatæ I aliũ transfert qd' tñ non habet, inſti tu. quibus alie. lic. uel non. §.1. Item hoc caſuale, cõtra riũ regulare, 1.q. 7. ca Daibertum, & not. in c. Roman⁹, de conſe.d.4. Paganus tamen leuare non poſſet, ut declaratur in Conc. Maguntin.

d Iterum baptizari. Capitul. rebaptizari, de conſec. diſt. 4 & nouiſſime per Concil. Trid. ſeſſ 7. de baptiſmo, c 11.

e Antiqua tamen. Vt in ca. ab antiqua, de conſecr. diſt 4. c. hi qui, 1. q 1. A qua antiquitate non eſt recedendum, niſi euidens error oſtendatur, fac. c. vnique, diſt. 19. & per Abb. & poſt gl. in capit. quanto, de transl.

f Chriſmatis. Cap. ab antiqua, de conſec. diſt. 4. & c. hi qui q 1.

g Impoſitione manus. Reconciliatio ſic fiet. Imponetur eis man⁹ ab Epõ. & dicetur: Accipite Spiritũ S. Sicut in Actib Apoſt. factum eſſe legitur baptizatis a Ioanne, cum ipſi dicerent Apoſt. Neque ſi Spiritus S. ſit audiuimus. Manus eis Apoſtoli imponebant dicentes: Accipite Spiritumſanctum: & ſi non erant chriſmati chriſmabantur, ut no in c. ot hi, de quib de conſe diſt 4.

ANTO. TIMO Modus hic reconciliationis deſumptus eſt ad verbum ex glo. in uerb. impoſitione, d. c. hi de quibus, de conſe. diſt. 4.

g Sola profeſſione. Si manus erat eis impoſita & aliàs ſuppleretur, 1 q 1 ca ecce, & tunc dicitur ficta profeſſio, cum interrogantur, ut ſciamus, an ipſi recte credant.

l Sed quamquam, &c. Ratio eſt dubitandi ad deciſionem ſeq

K Carnali generatione. Not. ergo ꝙ ſpũalis generatio limitari debet naturalem in quãtum poteſt: ſicut etiam legitima. Et ex hoc Abb in c debitum, eod. tenet, ꝙ nemo poſſit aliũ baptizare vel de ſacro fonte leuare, ſi idem nõ põt eſſe ſuus pater carnalis etſi pręcedat baptizandum I plena pubertate. Simile in § minorum, Inſt de adoptio. An baranus tñ putat ſuffi. etſi 14 annis baptizans præcedat baptizãdũ. Idẽ forte in leuãte ſm Ab. cuius tamen interuentus non vr̃ de ſubſtantia baptiſmi, ſm eundem, in d c. debitum.

l Qui generet Concor c. p tuas, alias per noſtias, de iu. patr & §. interdũ, ſup. eod. ti. & c fin. de inſ & l. a. ff. de ſtip. ſer. Et nemo dẽr ontra ſemetipſo, ca dicimus, 24. q 1. arg. contra in l ſi conſ ff de ado.

m Mortis art Et ſic not. ꝙ ubi aliqua requiruntur ad ſubſtantiã, & pro forma actus, niſi formalia illa, & ſubſtantialia interueniant; non tenet actus, et ſi ex neceſſitate ſobſtantialis, & formalis ſolẽnitas obſeruari non poſſit: neceſſitas ergo non facit deſinere ſolẽnitatem ſubſtantialem. Sed contra c. ſanctũ, & ca. 10 neceſſitate, de conſ d. 4 & ſup. eod. §. baptizãdi, Sol. ſacerdotium in miniſtro non eſt de ſubſtantia baptiſmi, ſicut & alia q̃dã de quib. in § pe inſ Sed adhuc contra. inſ de pœn. 6. ꝙ ãt, & §. ſeq vbi qualitas in miniſtro ſacramenti pœnitentiæ ſed de ſubſtantia tali ſa it & per Con il. Triden ſeſſ 14 c.6 vbi ag tu de miniſtro talis ſacramenti Sol aliud in ſacramento baptiſmi, aliud in ſacramento pœnitentiæ Sed adhuc cõtra: quia vbicunque obligatio dirigitur in Deum, defectus formæ non uitiat actum, not in cap ſacro, de ſentent. ex omm & per Abb in c porrectum, ante fi. de regul ſolat. illud apud eccleſiam triumphantem, hic militantem, quod ſatis innuit hæc littera.

Digitized by Google

a Immergendo. Quid ſi aliquis immergat ſeipſum, alio tamen dicen e: Ego te ba tizo, &c. nunquid ſatisfiat formæ? Reſp. negatiue, niſi n. ipſe q uerba illa profert, immergat, non poteſt vere dicere, ego te baptizo, &c. ſecundũ Ab. in c. debitũ, eo.

licam, de presb. non bapt.

l Sanguinis. Ca. martyrij, &c. baptiſmi uicem, cum ſimul de conſec diſt. 4.

m Continetur. Cap. verus, de conſec. diſt 4.

n Aliud, Cap. aliud, de conſe. diſt 4.

tutus in aquã ſeipſum immergendo [a] dixerat: Ego me baptizo in nomine Patris, & filij & Spiritusſancti, reſponſum [b] eſt, denuo [c] ab alio illum baptizandũ [d] eſſe, vt oſtendatur, quod alius eſt qui baptizatur, alius qui baptizat; quamuis ſi talis continuo deceſſiſſet, protinus ad patriam euolaſſet, [e] nõ propter fidei ſacramentum, ſed propter ſacramenti fidem.

Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis, h. d.

Quod quidẽ & de illo recte creditur, qui v[...] ſtoliter non baptizatus martyr [f] [...] ſacramentum Baptiſmus enim inuiſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis ſed terminus neceſſitatis [g] excludit. Vnde & teſtimonia quibuſdam [h] reperitur, baptiſmum alium eſſe fluminis, [i] alium flaminis, [k] alium vero ſanguinis. [l] Cum baptiſmi virtus, & efficacia non tam ablutione corporis quam fide cordis cõtineatur, [m] & aliud ſit per miniſterium baptizare quod ſacerdos exequitur, aliud per poteſtatem, quam Dominus non vſque adeo ſacramentis adiunxit vt ſine illis eorundem gratiam tribuere non poſſit. [o]

Paruul. baptizantur in fide parentum, & Eccleſiæ, & non debet minor eſſe virtus baptiſmi, quam circumciſionis, h. d.

b Reſponſum eſt. Vt in c. debitum, eod.

c Denuo. Non tñ illico; ſed debet aliquo tẽpore differri, vt appareat an habeat reſtitutionẽ & diſcretio, quia eſt baptiſmus ſaltem per quadraginta dies ut in cap. ne quod abſit d diſt 4. licet nulli hoc nõ ſeruet. Vñ ſeſtinanter baptizati, qui ſicut ea ote promittunt deuotionem, ſæpe a ſ erroris nomine [...] pe A [...] a de [...] & com [...] quod cecid [...] ſ[...] & in uacuum exaruit et in Euangelio.

Baptiſm⁹ Flaminis Flaminis Sãguinis.

d Baptizandum. Primo tamẽ reſtituere debet ex toto per viſuratiam prauitatẽ, & illicite, cum iuxta vbi nota, de conſ diſt 4. Alij uero licite q̃ ſita nõ tenetur relinquere, ſicut multi ſimplices credunt pro hoc c. ſicut Iudæi, de Iud. ſe [...] Abb in c. d [...]tum, eod.

e Euolaſſet Cap. de b [...]tum, eo. & de pœnit d [...] fin. ver nullus expectet, c Apoſtolicam, & ca fin. de presby non bap. 2.

f Martyrij Cap. baptiſmi u[...]em ea cathecumenũ, cap. non dubito, de conſe diſt 4.

g Neceſſitatis, Cap. [...] de presby non baptiz & ca [...] nus, de conſec diſt 4. facit illud August in [...] 103 Coronat Deus intus uoluntatem cum non inuenit facultatem: affectum enim Deus pẽſat, non effectum.

h [...] q[...] dum Vt per Auguſt. lib 4 de baptiſmo contra donatiſtas, cap 2 & p [...] H[...] ſt in Sum eo. ver. quot ſint eius, & iam ab omnibus hoc dictum [...]

i F[...] nis I [...] quæ cum verbo 2 q 3 c. detra. k [...] eo.

k Flaminis. Id eſt, Spiritus Sancti, capitul. Apoſto

o Non poſſit. Ex hoc reuincitur praua quædã opin. q̃ temporibus Bernardi inualuerat, neminem, ſ. ſine actuali baptiſmo ſaluari poſſe, cuius errorem idem confutauit epiſto la 77. ad Hugonẽ ſcribẽs, & de hoc etiam uide Magiſtrum Sententiarum, lib. 4 diſt 4. Nõ tõ CASVS in tota hac parte ita figuratur, homines indigentes baptiſmo indiuerſo ſtatu reperiuntur nã quidã ſunt pueri, quidã adulti, & iſtorum quidã dementes, quidam dormientes, quidã quaſi coacti de quibuſdam dubitatur, & alii ſimil. vñ quæſitũ fuit, an oẽs indifferenter debeant baptizari, & quã uis affirmatiue reſponderi poſſit ea rõne, quia ijs, q̃ ſunt commodi & utilitatis quilibet in dubio dr̃ conſentire, iux vulga. regul. a doct. adno in l. cum quid ff ſi cert pet ac ẽt quĩa Deus vult omnes homines ſaluos fieri, tamen Solut. eſt tenenda iuxta id, quod in hac parte habetur, quia ad hoc ſacramentum decipiendum ſatis eſt, vt rec piens non opponat obicem. Non obſtant autem argumẽta, quia obex in recipientibus aliquando reperitur & aliquando ſ[...] eius atque fides requiſita modo actu, & aliquando habitu eſt neceſſaria, vnde nota primo ad hoc ſacramentum recipiendum non neceſſariam uoluntatem actualem, cum aliquando ſufficiat habitualis, ut dixi. Nota ſecundo voluntatem ſecundum quid coactam eſſe nihilominus uoluntatem. Nota tertio ſuſceptionem baptiſmi obligare ſuſcipientem ad obſeruandum, quæ ſunt religionis chriſtianæ. Nota quarto non dicitur aliquid eſſe factum ſi de eo probabiliter dubitetur, quia quoad Eccleſiam quæ de occultis nõ iudicat, ſicut, cum ſeq. de ſimo. idem eſt non eſſe, & non apparere.

Non

Non tamen [a], quia fide cordis baptiſmatis virtus continetur, ideo minus paruulos, [b] qui credere ob ætatem non poſſunt, vnda ſalutaris abluit, cum & ij non per vſum, ſed habitum [c] fidei quem ſuſcipiunt baptiſmate, credere non malè credantur, & in fide parentum & Eccleſiæ, alio profitente, baptizati ob fidei [d] ſacramentum rectè fideles [e] dici poſſunt, & cum circumciſio [f] tam adultis, quam paruulis ex præcepto Domini conferatur, ne baptiſmus qui ſucceſſit in locum ipſius & generalior tamen exiſtit, cum tam viri, quam fœminæ [g] baptizantur, minor ſ videatur effectus, tam adultis, quam paruulis eſt conferendus [h].

Tam mater, quam filius in ipſo articulo parturiendi, poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus, h.d.

Is quoque, cuius mater, vel prægnans, vel in ipſa hora, qua parturit mortis vrgente periculo [i], baptiſmatis gratiā receperit, baptizari poterit [k], nec propterea bis baptizatus reputabitur. Cum vtiq; ad maternū corpus cum eſſet in vtero pertineret [l], nec ibi regeneratio reperiri poſſit, vbi generatio non præceſſerit, nec in hoc infanti, qui naſcitur, aliq̃d mater participat, cū vniuſcuiuſq; propria voluntas [m] confeſſione ſit attendenda.

Muti, ſurdi, & ægrotantes baptizari poſſunt, hoc dicit.

Muti quoque & ſurdi, item ægrotantes [n],

a Non tamen. Ratio eſt dubitandi eius quod hic continetur. Et de hoc vide oouſſimè per Concil. Trid in 5. ſeſſ. in decreto de peccato originali, qđ eſt primom, ver. ſi quis hoc Adæ.

b Paruolos Concord. cap. maiores, eod. cap. paruuli, cum plùribus ſequent. & c quæris, diſt 4.

c Habitum. Ideſt aptitudioem, & ſic illa verba, qui nō crediderit, &c. referuntur ad aptitudioem, ſicut etiā cum dicimus, matrimoniū eſt maris, & fœminæ cooiunctio iodiuiduam vitæ conſuetudinem retinēs, 27 q. 2. §. 1 inſtitutio de patria poteſta. io princip. Nam verbum retinens intelligendum eſt quoad aptitudinem. ſic etiam conſueuit dici de iuſtitia, quateous eſt in creatura, l. iuſtitiæ, ff. de iuſt. & iure.

ANTO. TIM.

Valde impropriè videtur hoc in loco explicare, gloſ. habitum, ideſt, aptitudioem, neq; eoim ſolum aptitudioem, ideſt, potentiam habet ad agendum, qui habet habitum infuſum, ſed habet virtutē ipſam realiter, licet pro tunc oon exeat in actum. Quod ſi per aptitudinem intelligas facultatem producendi ad actum ex habitu, recta erit interpretatio, licet aliqualiter dura. Qui enim habet fidem in habitu, licet ſemper non operetur actus fidei, plus tamen habet quam aptitudinem ad credendum, & ad fidem.

d Ob fidei. Baptiſmus ſacramentum fidei dicitur, quia in fide Chriſti conſecratur. & in fide eccleſiæ cooferatur, vel quia in nomine Triuitatis confeatur, quam offerentes, & oblati tenētur credere & confiteri, vel etiam alia ratione prout no. in c. nihil, de conſec. diſt 4.

e Fideles. Sic in cap paruuli fideles, de conſec. diſtin. 4.

f Circumciſio. Argum. à maiori, & concord. cap. maiores, eodem.

g Fœminæ, quæ licet non circumciderentur, offerebantur tamen vigeſimo octauo die in templū & ibi nomen impooebatur, baptiſmus igitur generalior.

h Conferendus. Sed an cum adoleuerint paruuli, & noliut baptiſmū ratō habere, ſint eorum arbitrio relinquendi, uel cohendi ad chriſtianam o.tam. Et quidam hoc ſunt auſi affirmare, quorū tamen opinio damnata & anathematizata fuit per Concil. Trid. in 7 ſeſſio. ſub titul de baptiſmo, cap. 14.

i Periculo. Concord cap baptizari, de conſecra. diſtin 5

K Poterit. Licet contra teneret Iulianus hæreticus. Sed contra, quia ſi mater minuitur, & partus cēſetur mantmiſſus, l. oſt. de 10 gen. §. 2. Itē partus eſt pars viſcerum matris l. 1 ff. de vent. inſpi. Scin. vt nota in cap. ſi ad matris, de conſecr. diſtin. 4.

l Pertineret. Facit c. ſi ad matris, cum ſequent. de conſec. diſtinct. 4. & l. 1. ff. de vent. inſpic.

m Propria uoluntas. Intellige propriā vere ſi baptizatus adultus, & iotelligens, alias dicetur propria iuris & diuinæ legis interpretatione, ſi baptizādus ſit paruulus, vel non intelligens alio profitente, vt in f. eo. § prox. & c. paruuli, cum ſeq de conſecr. diſtin 4.

n Aegrotantes. Nota quod infantes, muti, ſurdi, ægrotantes, æquiparantur, quos ſatis conuenieus eſt ignorantes quodam modo, & per alios liberari, eum, & ignorantes. & per alios fuctior obligari, vt de conſecrat. diſtinctio 4. cap quæris, facit quod & pro ignorante fideiubere poſſum, vt l. ſi fideiubere, ff. de fideiu & ignoranti etiam actio acquiritur, l ſi à furioſe, ff. ſi cer pet. & concord. cum hoc, c. paruuli, & c ægrotantes, de conſecrat. diſt. 4.

qui pro ſe reſpondere non poſſunt: alijs pro ſe profitentibus rectè baptizari poterunt.

Dormiens & amens ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt, h.d.

De dormientibus, & amentibus quæſitum eſt, & planè ſi prius quam dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propoſitum haberent, quia in eis eadem perdurare [a] voluntas intelligatur, ſi ſic immerſi fuerint, characterem ſacramenti non ſuſcipiunt [b]: ſecus autem ſi prius cathecumini extitiſſent, & baptizandi propoſitum habuiſſent, tales enim in neceſſitatis articulo baptizare conſueuit eccleſia. Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit ſubſiſtentem [c].

Inuitus baptizatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruationem fidei: ſecus ſi penitus ſit coactus, h.d.

Sed & ſi quis non ſponte, dum tamen nõ omnino coactus [d] baptiſmatis ſuſceperit ſacramentũ, Chriſtianitatis characterẽ ſuſcipit, vt puta cũ quis terrorib. atq; ſupplicijs ad vndam ſalutarem trahitur, & ob id tanquã [e] cõditionaliter [f] volens, licet abſolutè non velit, eſt ad fidei Chriſtianæ cogendus obſeruantiam [g]. Ille vero, qui nunquam cõſentit, ſed penitus cõtradicit, nec rẽ, nec characterẽ [h] ſacramenti ſuſcipit. Plus [i] eſt enim

a Perdurare. Simile de ſentent. excommunic. capitu. à nobis, nam ſemper perdurare præſumitur voluntas, niſi probetur mutata, vt capit. perlatum, de his, quæ vi, metuſue cau. fi. & l. eum qui, ff. de probat. & l. Lucius, ff. de leg. 3. in fin. Sed quid ſi quis ab infantia fuit amens numquid prodeſt ei ſi baptizatur? Argumentum quod ſic, ff. de legat. 2. l. cum pater. §. fundo ga [illegible] perinde habetur, ac ſi tunc ſit infans, quis nullo peccato grauatur niſi originali, 3. quæſ. 9. capitul. indicas, & not. in c. maiores, §. ſi eod.

b Non ſuſcipiũt. Sed quid ſi excitati a ſomno iſtum habeant? Reſpon. non prodeſt, quia nihil recipit, & ideo non eſt quod ratum habeat. ſed iterum erit baptizandus, ut not. in cap. maiores, in fi. eadem.

c Obſiſtentem. Si [illegible] de conſec. diſtin. 4. capit. quæris à me, & ff. ad Macedonianum, l. [illegible] filius, & ff. de acquirenda hæredit. leg. ſecunda, §. ſi is.

d Omnino coactus. Vt puta ſi ligatis pedibus, ac manibus baptizaretur, facit quid teſtamento, §. fin. ff. de teſtam.

e Tanquam. Veritatem denotat hæc dictio, non ſimilitudinẽ, ſic in cap. ex parte, vbi Abb. not. de ſponſali. Vnde ſi dicatur, Titius ab omnibus vitetur tanquam excommunicatus, dicetur verè excommunicatus, argumentum not. per Abbatem in capitu finali, ne cler. uel monach. in princip. Natura tamen ſui ſimilitudinem denotat.

f Conditionaliter volens. Et ſic coacta uoluntas, voluntas eſt, vt c. l. mulier, § [illegible] ff. quod met. cau. & 15. q. 1 c. merito quæritur. Idem eſt in ſacramento [illegible] non [illegible] quæſt. 4. capitu. inter cæteros; & [illegible] de ſponſalibus. Videtur tamen impedire matrimonium ſpirituale, capitul. perlatum, de his quæ vi, metuſue cauſ. ſed ibi fuit iuſtus metus mortis, qui cadere in conſtantem virum, ſed datis terminis paribus idem eſſet in vtraque. Item hæc coactio conditionalis, non impedit ſacramentum ordinis, diſt. 74. cap. vbi iſta, & nota in cap. maiores, §. fin. eod. Sed nunquid ille, qui conditionali coactione recipit ordinẽ, tenebitur cõtinere? Reſpond. vt nota in dict. §. fin.

g Obſeruantiam. Vt cap. de Iudeis, diſtinct. 45. & ca. maiores, § fin. eo. multo magis igitur ſponte baptizatus eſt, capitulo quidam, de apoſtatis.

h Characterem. Sed quare amens, vel dormiens, vel abſolutè coactus baptiſmi ſacramẽtũ non recipit, cũ in baptiſmo non requiratur intentio baptizati, ſed baptizãtis 1. q. 1. c. ſicut ficti, & de conſecr. diſt. 4. ca. ſolet. Hæc quæſtio ſoluitur per literã ſuperioris, § & per § fin. c. a maiores, eo. Quia amens, & dormiẽs qui ante cathecumeni fuerunt, recipiunt bene ſacramentum, qui vero ſẽper inuiti fuerunt & cõtradixerũt, non recipiunt, quia adhuc præſumuntur inuiti & nemo inuitus ad fidẽ cõpellitur. Ne. ob dicta. ſicut & cap. ſolet, quia ficto ore exprimunt, licet corde diſſentiant. ideo ſacramentum recipiunt, quia eccleſia dare intendit, ſed tale ſacramentum non [illegible] ad remiſſionem peccatorum, niſi cum fictio receſſerit, c. tunc valet, de conſec. diſt. 4. & per Abb. c. ſi eo. [illegible] dicta procedunt in foro poli.

i Plus eſt enim. S [illegible] ſicut, de ſimon. & c. Petrus, de homicid. & quæſt. 4. capit. 1. quis præſulatus [illegible] allegatus in capitu. maiores, § fin. de baptiſm.

Con-

expreſſe contradicere,[a] quam minime conſentire.

Is de quo non eſt præſumptio, quod ſit baptizatus debet ſine metu iterationis baptiZari. h.d.

Illud in dubium venire non debet,[b] quoties nulla extãt indicia[c] inter propinquos, & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſſit, eoſdem baptizari minime prohibẽdos eſſe. Quod.n. factum eſſe neſcitur, nulla ratio ſinit, vt iteratum[d] videatur: nec temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.

Suſpicio uehemens pro ueritate habetur. h.d.

De eo tamen, qui Chriſtianis parentib. natus, inter Chriſtianos eſt fideliter cõuerſatus, tã violenter præſumitur, quod baptizatus fuerit, vt hæc præſumptio pro veritate ſit habenda, donec euidentiſſimis argumentis contrarium probatum[e] fuerit.

Iterum ſcienter baptiZatus debet ſeueriſſimè puniri: ignoranter uero bis baptizatus nõ poteſt ordinari niſi ex neceſſitate. h.d.

Quod ſi quis ſciens & prudẽs iterum baptizari ſuſtinuerit; arctiſſimæ pænitẽtiæ[f] ſubiiciendus erit: quod ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pænitentia: ſed in-

a Contradicere. Argumen. quod ad fidem, nullus debeat compelli inuitus: ſed ſicut libera voluntate periit, ita libero arbitrio conuertatur: vt cap. de Iudæis, & ca. qui ſincera, diſtin 45. & 23. qu. 5. c. ad fidem. Arg. contra, 23. q. 6. c. 1. ubi habetur quod Paulus coactus venit ad fidem. Sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad conſequentiam trahi non debẽt. Vel dic, ut no. in c. maiores. §. fin. eodem.

b Non debet. Vt in capit. paruulos, cum quattuor ſeq. de conſecr. diſt 4. ca. fi. de presb. non bapt.

c Indicia. Bene dicit indicia: quia nõ requiritur plena ꝓbatio immo ſufficeret vnus teſtis, ueluti in conſecratione eccleſiæ; ſecus tamen in ordine, cap. Atros, diſt. 90. de ratione diuerſi ſatis dicitur prima qu. 1. §. ecce. Sed ꝙ ſi probet quis ſe ordinatum, & contra eum excipiatur illum non fuiſſe baptizatum, nũquid tunc crederetur vnius teſtimonio quo ad baptiſmũ? quidam quod nõ, vbi fieret alteri præiudiciũ. Vnde non ſufficeret vnicus teſtis ad probãdũ baptiſmum, ſi ſub ea conditione eſſet relictum legatum, ſi eſſet baptizatus, quia heredi præiudicium fieret, ut not in c. placuit de conſecratio. diſt. 4. Cum autem ſufficit unus teſtis, is debet eſſe Chriſtianus, non Iudæus, vel Paganus nota in capitulo. cum itaque, de conſecrat. diſtin. 4.

d Iteratum videatur Concor. capit. cum itaque, & cap ſi nulla, & c. fi. de presby. non baptiz. ubi infert Abbas, quod qui non recordatur, utrum dixerit aliquam horam puta tertiam, vel ſextam. tenetur iterare Item ſi non apparet quod eccleſia fuerit conſecrata, quod debet conſecrari. Et generaliter ubi actus ex neceſſitate debet explicari, ſi de eo ambigitur. debet iterari, licet proprie non poſſit dici iteratus & facit ratio quæ immediate ſequitur. Qua autem forma ſit baptiſmus conferẽdus ſi probabiliter dubitetur, an quis ſit baptizatus, vide tex. & quæ ibi Doc. in 2. eo.

e Probatum fuerit Nota primum, quod violenta præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, fac. ca. vt noſtrum, vt ec. leſ. bene. Item quod violenta præſumptio admittit probationẽ in contrarium, 35. q. 3. c. extraordinarii. & 27 q 1. c. nec aliqua, capit. propoſuiſti, & c. cauſam matrimonii, de prob. & per gl. in c. ferrum, diſt. 40. & p Abb. in ca. is qui, de ſpon Debet tamen probatio talis eſſe euidẽtiſſima, ut hic & c. fin. de presbyter. non baptiza. & ca. qui veriſimile, de præſump. & l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cauſ.

Quod ſi quia. CASVS. Præſupponitur quoſdam eſſe baptizatos, ſed poſtea iſtorum quidam uolebant rebaptizari, quidã vero de facto fuerũt rebaptizati, unde quæſitum fuit quid iuris, quamuis aũt rebaptizatio videatur permittẽda ad ſimilitudinem aliquorũ ſacramentorum, quæ poſſunt reiterari, & præſertim ob maiorem deuotionem, & ut ille nequeat excuſari ab obligatione fidei Sol. tamen aliter hic facta fuit, tũ ob characterem iã impreſſum, tũm etiã quoniam cum baptiſmus ſit ianua ingrediendi religionem, qui per eam eſt ingreſſus, amplius non oportet ingredi, ſi quidem per peccatum exeat habet remedium pænitentiæ reingrediendi. Non obſtant obiecta, primo ob diſſimilitudinem inter hoc ſacramentum & alia, ſecundo quia in receptione iſtius ſacramenti, ſatis eſt habere deuotionem congruam, & in neceſſariis ad ſalutem nulla admittitur excuſatio iuxta not. per doct. in c. 1. de conſt. cum vulg. quæ in caſu noſtro non erat neceſſaria cum ſufficienter ſemel per baptiſmum conferatur Not. primo reiterationem alicuius actus non eſſe faciendam, quando inde ſequeretur aliquod inconueniens No. ſecundo, aliquem puniri aliquando ob culpam, & aliquando ob cauſam iuxta c. ſine culpa, de reg. iur. in 6. Nota tertio non tantum voluntatem, ſed etiam ſcientiam requiri ad hoc, ut aliquis dicatur eſſe in culpa alicuius mali.

f Pænitentię Quam habes in capitu, qui bis ignoranter, de conſecr diſtinct. 4. & uide de non rebaptizandis paruulis, Conc Trid. ſeſſ. 7. in tit de baptiſ. c. 13.

Non

ſi magna cogat neceſſitas, ordinari non po terit.[a]

Iterantes baptiſmum ſunt deponendi ab officio & beneficio. h. d.

Illi quoque qui auſu temerario in homi ne iam baptizato cęleſte lauacrum iterare auſi fuerint, excommunicationis mucrone pcrcuſſi ab omni officio, & beneficio Eccle ſiaſtico deponentur.[b]

Multa fiunt in baptiſmo, quæ non ſunt de eius ſubſtantia. h. d.

Poſtremo ſciẽdum eſt, quod licet verbo tantum, & elemẽto baptiſmatis ſubſtantia contineatur & forma;[c] multa tamen a ſanctis patrib.[d] ad eius decorem fuerunt ſolẽniter conſtituta, ut immerſionis numerus, exorciſmi,[e] clericorum exſufflationes,[f] ſalis[g] benedicti exhibitio, ſaliuæ cõtactus,[h] inunctio:[i] que ſi ex neglectu prætermiſſa fuerint, omiſſio culpæ reos arguet.

Baptiſmus non debet conferri in priuatis domibus, niſi ex neceſſitate, uel ob magnam nobilitatem h. d.

Illud etiam nouiſſime Viennenſi Concilio[k] conſtitutũ eſt, ne quis in priuatis domibus,[l] ſed dumtaxat ĩ Eccleſiis ĩ quib. ſũt ad hoc fõtes ſpecialiter deputati,[m] aliquos au deat baptizare, niſi Regũ,[n] vel prĩcipiũ[o] libe

a Non pꝰterit. Erit ergo in poteſtate cuiuſq. mihi, ordines auferre, quia poterit me dormientem rebaptizare, quod uĩ durum: Ideo quidem dicebant quod hic intelligitur de ignorantia iuris, quæ non excuſat: Tu intellige prout littera iacet, et indiſtincte, & hic eſt vnus caſus, in quo alicui ſit ſine ſua culpa præiudiciũ; arg. 1. q. 5. cap. 1. ſa. l. proſpexit, ff qui & a quibus; Sed contra 1 q 4. capit. placuit, uide Abb. in cap. ex litterarũ, de apoſtã.

Scire in præiit.

b Deponentur C. fi. eod & per Abb. in ca. ex tuarum. de apoſt.

Filij quoq. nati ex matrimonio, qđ publicæ honeſtatis iuſtitia impediente cõtractũ fuit, cũ nec eccleſiæ permiſſionem, [c] nec patris allegaré poſſint ignorãtiã [d], ad ſucceſſionẽ bonorũ paternorũ minime admittẽtur.

DE TRIPLICI COGNATIONE. Tit. XIII.

Cognatio eſt triplex ſpiritualis, legalis, & naturalis, & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendũ, & contractum dirimit. h.d.

MVlto magis [e] cognatio matrimonio interdum eſt impedimento. Eſt autem cognatio triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis [f] cognatio eſt attinentia quædam proueniens ex Sacramenti [g] collatione, vel ad ſacramentum detentione.

Quas perſonas impediat matrimonium contrahere ſpiritualis cognatio. h.d.

Non ſolũ igitur inter baptizantẽ, & illũ qui eũ ex baptiſmo ſuſcepit [h], item inter ba

a Idem fecit. Quia contraxit per verba de futuro ſed ſi contraxit cum prima per verba de futuro poſtea cum ſecunda primæ cõſanguinea, eodem modo in gradu prohibito contraxit, & ſecundam cognouit, nec primam habere poterit ob affinitatem ſuperuenientem, quæ ſoluit ſponſalia de futuro c. veniens primo de co qui cogno. conſan. uxo. ſuæ. & c. ex litteris, eod. tit. ſecundam habere non poteſt: quia publicæ honeſtatis iuſtitia impedit, ut hic & c. 1. de ſponſ. in 6. & ibi no.

b Obligatus. Secus ſi cum alia non ipſius conſanguinea cõtraheret per verba de præſenti c. ſi inter. de ſponſa. Et ex hoc quod hic dicitur, nota, ꝙ licet ſuperueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de futuro, tamen iuſtitia publicæ honeſtatis ipſa non diſſoluit, & merito, Secunda enim ſponſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiam expri mis inductam, nõ ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas, quę tollat primam, ſimile, cap ſi quis. d 57.

c Permiſſionem. i. diſpẽſationem. poteſt n. Papa diſpenſare ſuper impedimento publicę honeſtatis. Nã illud impedimentum non eſt a iure diuino, ſed humano, circa quod Papa poteſt diſpẽſare, ca. propoſuit, de conceſ. præb. & diſpenſando Papa ſuper matrimonio, in conſequentiam diſpenſat ſuper legitimitate filiorum, et reſpectu hæreditatum, & ſucceſſionum, de quo in cap peruenet, & in c. referente qui fil. ſint legit. & i c quia circa, de conſan. & affin d, 35 q 8 ca. 1. Et ex hoc, quod hic dicitur ampliatur diſpoſitio c. ſponſan de ſponſal.

d Ignorantiam. Not ꝙ ignorantia prodeſt, & interdum validat actum. l. & liberi. & l. liberi, ff de contrah. empt. conc. 1. c. 2. & c. referente, & cap. ex tenore qui fil. ſint legit. Sed an quælibet ignorantia excuſet? Et certe ignorantia facti probabilis excuſabit, fortius ignorantia iuris, & facti. Quid autem de ignorantia iuris tantum? Reſpond. ut not. per Abbatem in d. cap. referente. Hodie tamẽ paterna ignorantia non excuſat filios ob omiſſam ſolennitatem, cap. cum inhibitio, de clandeſt.

Et hæc impedimenta matrimonij quæ colligũtur, tam ex ſupradictis, quam ex his quæ hẽntur infra, & ſparſim per alia loca, concluduntur his uerſib.

Error, conditio, uotum, cognatio crimen.
Cultus diſparitas uis. ordo ligamẽ. honeſtas.
Si ſis affinis, uel ſi coire nequibis.
Hæc ſocianda uetant connubia iuncta retractant.

Quorum verſuũ declaratio, & ſenſus patet ex his, q̃ ſupra, & infra dicuntur, & perioſe declarantur per Ioan. And. in ſumma quarti libri Decretalium.

DE TRIPLICI cognatione.

e Multo magis. Bene multo magis, cum cognationis vinculum fortius ſit, quam iuſtitia publicæ honeſtatis.

f Spiritualis. Hãc definitionem, ſiue deſcriptionem ponit gl. in c. 1. de cogn. ſpir. in 6 Abb. in rub. eod. eãdem ponit, ſed latioribus verbis ut ibi per eum, & ſua deſcriptio eſt quædam declaratio, ſiue paraphraſis eius quæ hic ponitur.

g Sacramenti. Non cuiuslibet, ſed baptiſmi tñ, & chriſmatis ut infra dicitur quod ideo eſt ſecundũ Abbatem in rub. eo. quia hæc ſpiritualis cognatio imitatur naturalem in quantum poteſt. Vnde ſicut cognatio naturalis oritur per natiuitatem carnis, ſi. ſpiritualis per natiuitatem, quæ conſiſtit in ſpiritu, & in ſacramento baptiſmi dicitur quis renaſci, ideſt iterum naſci: quia iam quis natus eſt ſemel carnaliter. Vnde illud Euangel. j Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare regnum Dei; ex confirmatione autem oritur hæc cognatio, quatenus habet connexitatem cum baptiſmo

h Suſcepit. Nota quod patrinus dicitur baptizatum ſuſcipere, de ſacro fonte, alibi quod eum tenẽt c. contracto, de cogn. ſpir. & alibi quod teneat. c. veniens, eod. tit. quandoque quod proprijs manibus

Spiritualis cognatio.

Ignorantia prodeſt

An ꝑ procuratorē contrahatur ſpūalis cognatio.

An per vniuerſitatē ſpūalis cognatio contrahatur.

ptizatū [a] & ſuſcipientis filios, & vxorem [b] ante ſuſceptionem, a ſuſcipiente carnaliter cognitam, [c] verū ēt inter ſuſcipientem [d] parenteſq. baptizati cognatio ſpiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſtea contractū.

Dicta de ſuſcipiente habent locum in baptizante, h.d.

Et quæ de ſuſcipiente dicta ſunt, eadem etiam de baptizante ſunt intelligenda.

Excepto baptiſmate, & confirmatione, nō oritur ex ſacramentis cognatio impeditiua matrimonii, h.d.

Eiſdē modis [e] ex confirmatione ſpūalis cognatio cōtrahitur, matrimonia ſimiliter īpediēs cōtrahenda, & poſtea cōtracta dirimens. Et ex datione vero aliorum ſacramētorum [f] cognatio ſpūalis nequaquā oritur, quæ matrimonium impediat, vel diſſoluat.

Cognatio ſpiritualis per Catechiſmum contracta impedit matrimonium contrahēdum, ſed non dirimit contractum, h.d.

Per Catechiſmum [g] an ſpiritualis cognatio contrahatur, dubitatum eſt, & conſtitutum eſt contrahi quidem illam, ſed non tantum: licet enim ea contrahendum matrimonium impediatur, poſt eam tamen contractum minime diſſoluetur. [h]

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum, h.d.

Diximus autē hmōi cognationem matrimonia cōtracta dirimere non ſimpliciter, [i]

nibus ſuſtinet, vel tenet. 30.q.1.c.de his, & c.ad limina. Quæ loquendi formulæ cum denotent actū proprium & perſonalem fac. pro ea opi. quod non poſſit hæc cognatio contrahi per procuratorem, quam multi tenuerunt, ut per Abb. & alios in c. veniens, eodem. & per Legiſtas in le. Gallus, §. forſitan. ff. de lib. & poſth. Cōſuetudo tamē præcipue in magnis uiris contrarium approbauit, vt Peruſin. in capi. vni de cogna. ſpir. in 6. Abb. ante factum putat negatiuam tenendā, poſt factum affirmatiuam. Sed nunquid per vniuerſitatem poſſit hæc cognatio contrahi? Et non putat Federi. de Sen. cū uniuerſitas non ſit baptizata, cap. baptiſmate de conſecr. d.4. ca. Romana. §. vniuerſitatem, & ca. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6. Abb. contrarium tenet ſi per ſyndicū contrahat: quia deſpō. concepta in vniuerſitatem reſoluitur ut concernat perſonas ſingulares de vniuerſitate, ſi actus non cadit in vniuerſitatem, ne res effectu careat, d.c. ſi ſentētia. facit quod not. in d. §. in vniuerſitatem, & ca. nouerit, & ca. graue, de ſent. excom. prima videtur receptior in d. §. forſitan Hodie cum uno tantum patrino poteſt hæc cognatio contrahi, ita diſponente Concil. Trid. ſeſſ. 24. in decretis reformationum matrimonij ca. 2.

a Baptizatum. De perſonis quas innectit hæc ſpiritualis cognatio, dic ut nouiſſime per Conc. Triden. ſeſſ. 23. in decretis reformationum matrimonij. ca. 2. & contrahitur, videlicet inter patrinum, ac baptizatum, & illius patrem, ac matrem; nec nō inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem, & non inter alios. Vnde ſublatæ ſunt multæ; diſputationes inter filios patrinorum, & alias perſonas, de quibus per doct. in capit. Martinus, eod

b Vxorem. Idem videtur, & de concubina, c. contracto, de ſpir. cogn. comm. contra, ut habetur in c.1. & ca Martinus, eo. Nec enim conuenit, ut ſpiritualis cognatio extendatur ad coitum illicitum. vt ergo, & coniunx ſibi cōicant actiones ſpirituales 30.q 4. ſi quis unus, & d c. Martinus. Licet non paſſiones, vnde ſi filius alterius tātum leuetur de ſacro fonte, leuans alteri, cuius filius non eſt, compater non eſt, d.c. 1. & d. c. Martinus.

c Cognitā. Secus, ſi poſt fiat uxor, vel etiam ſi prius erat uxor ſed non cognita: quia per unionem carnis ſequentem, non pōt tranſire in vnionē ſpiritus præcedentem. 30 q. 3. c. poſt vxoris, & latius ꝑ Abb. in c. Martin. eo. poſt gl. ibi.

d Suſcipientem Supple. & uxorem, eius prius carnaliter cognitam, vt hic, & c. Martin. c. 30. q. 4. ca. ſi unus.

e Eiſdem modis, i. inter eaſdē perſonas, ut no. ſup. proxi. in princ. & in c. 1 § 1. de cogn. ſpirit. in 6. Ex quibus elicitur, ꝙ compaternitas ſpiritualis pertinet ad paternitatem, & filiationem, & fraternitatem ſm̄ iura Decretalium, auos vero, vel nepotes ſpirituales non habemus, ut no. in d. c.1. §. 1. immo hodie ſecundum Cōcil. Tridē nec fratres habemus ſpirituales, ut in locis ſupra annot.

f Sacramentū. De rōne no. in prin in verbo ſacramenti.

g Per Catechiſmum. Catechiſmus eſt illa inſtructio, quæ fit ante baptiſmum. Nam catechizare dicitur eſſe idem, quod inſtruere, & habet locum maxime in adultis, & capacibus, de conſec. d 4. c. ante vigeſimum, hodie fit ante fores eccleſiæ, & in infantibus anteqtam baptizarentur, ut per Abb. in rubr. de cogn. ſpir.

h Diſſoluetur. Vt in c. contracto, de cogn. ſpir. & c.2 eo. tit. in 6.

i Simpliciter. i. non pure, & ſine aliqua diſtinctione, cum enim cum diſtinctione, uel aliquo addito quid affirmatur, non dr̄ ſimpliciter affirmari, ut ꝑ Anto. de But. in cap. 1 de ſeru. in ord. & de hoc uerbo uide Imo. & Doct. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, & per Bar. & Legiſtas in l. 1. in princ. ff de uulg. & pup. & in alijs ſexcentis locis.

Igno-

ſed poſtea cõtracta: nā ſi vir, vel mulier ex ignorātia,[a] vel dolo propriũ filiũ[b] de ſacro fonte ſuſceperit: propter hoc ſeparari non debēt, nec alter alteri debitũ ſubtrahere,[c] niſi ad continētiā ſeruandā poſſint induci; quia ſi ex ignorantia[d] id factũ eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis proprius dolus patrocinari[e] non debet. Quinimo pro tali auſu matrimõ in ſua firmitate durante, pænitentia[f] imponenda erit.

Filij per quorum neutrum ventum eſt ad cõpaternitatẽ copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat. h.d.

De filiis[g] quoque per quorũ neutrũ ad compaternitatem uẽtũ eſt, an copulari poſſint, quæſitum eſt. Et ſane niſi cõſuetudo[h] eccleſiæ, vbi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum[i] vicinarũ aliter ſe habeat, tali coniugio minime obſiſtendum[k] erit.

Licet plures non debeant eſſe patrini, ſi plures tamẽ fuerint, cum omnibus ſpirituali cognatio contrahitur. h.d.

De eo quoque[l] admonendi ſumus, ꝙ licet nõ plures quam vnus[m] vir, vel vna mulier[n] ad ſuſcipiendũ de ſacro fonte infante accedere debeant, ſi tamen plures acceſſerint, ſpũalis cognatio ęque quo ad oẽs īde cõtrahit,[o] tã mrimonia cõtrahẽda īpediẽs q̃ ẽt poſtea cõtracta diſſoluẽs. Circa quod

a Ignorantia. Not. igitur, quod quo ad compaternitatem requiritur animus, & certa ſcientia. Argu. quod ſi quis credens tenere filium unius, tenẽt filiũ alterius, non efficitur pater ſpiritualis baptizari ſaltem ad dirimendũ matrimoniũ poſtea contractatum. De quo uide per Abba. in c. 2. & in ca ueniens. de ſpiri. cognat.

b Proprium filiũ. Nota hic, quod parentes non debent proprios filios de ſacro fonte leuare. Alius enim eſſe debet pater ſpiritualis, alius carnalis, inſtante neceſſitate licite baptizant proprios filios. 30. q. 1. cap. ad limina, nec oritur inter eos aliquod impedimẽtũ. Abb. in c. 2. de cog. ſpir.

c Subtrahere. Sed nunquid poſſit exigere? Rñ. ut late no. in c 2. de cogi. ſpir.

d Ex ignorantia. Scilicet probabili: alias non excuſaretur a peccato ca. 1. in fin. de eo qui rem epiſcopa. & c. Apoſtolicæ. de cleri. excommuni. ca. 1. de cog. ſpir.

e Patrocinari. ca. 1. de eo qui duxit in matr. & c. audiuimus de colluſ. & 30. qu. 1. c. dictum. & c ſedes, de reſcr. c. 2. de cog. ſpiri.

f Pænitẽtia. Facit c. contracto, de cog. ſpi. & no. hic, q̃ pænitentiā imponitur ob ſolā delinquẽdi affectionem, licet intentio non habuerit effectũ, fac. c. ſi cui, & c. ſi propterea, de pæni diſtin. 1. l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſco. & cler.

g De filiis. Eſt hodie huiuſmodi dubitatio ſuperflua: cum inter filios indiſtincte huiuſmodi cognatio non contrahatur, vt per Conci. Trid. Seſſ. 24. in decretis reformationum matrimonii ca. 1. habetur tamen de hoc in c. ſuper eo, de cog. ſpir. & in ca. ex litteris, & utrobique per Ab. in d. tit.

h Conſuetudo. Conſuetudo ergo perſonas alioqui legitimas ad contrahendum reddit illegitimas. cap. 1. & ca. ſuper eo. de cogn. ſpiri. c. cum olim de cler. coniug. & intelligo de tali conſuetudine quæ non obſeruata ſcandalum generaret: vt dicitur in dd. locis & facit, quia cum ex prohibitione talis matrimonii nullum reſultet peccatum, ergo ſi ſcandalum eſt, quod huiuſmodi perſonæ coniungantur, propter ſcandalum ſunt prohibendi. Et vt rationabilis iſta conſuetudo ex quadam affinitate contracta, ex compaternitate unius filiorum: ut ẽt aliis cõiungi non poſſit, uel ex nouiſſima diſpoſitione Conc. Tride. eo affinitate contracta ca. parentibus atq. d. c. 1. & 30. q. 3. cap. poſt ſuſceptum, Vnde forte ſimili modo poſſet dici, ſi ĩ aliquo loco eſſe magnum ſcandalum, ſi quis cõtraheret in quinto gradu, nõ n. deberet cõtrahi, non obſtāte eo ꝙ diſponitur, in c non debet de conſang. & affi. Quia ob ſcādalum multa alioqui permiſſa omittuntur, vt no. in d. cap. ſuper c. quod multum commendat. ibi Abb.

i Vel aliarũ; Not. ergo q̃ conſuetudo unius loci poteſt extẽdi ad alia loca. q̃ qñ. & quo modo ꝓcedat. late per Anton. de But. in capi. ſi. de offic. Archid.

K Obſiſtendum. erit. Si ergo cõſuetudo obſiſtat aliud dicendum erit, vt ſupra proxim. not. quod quidem quo ad matrimonium contrahendum nõ habet magnũ dubium. Sed an matrimonium contractum contra conſuetudinẽ teneat, & non uidetur, ca. ſi de cõſue. Tu dic, ut latiſſime ꝑ Ab. in c. ſuꝑ eo. de cog ſpir.

l De eo quoque, & cæ. Quod hic dicitur eſt hodie correctum per Concil. Triden. Seſſ. 24 in decretis reformationum matrimonii, cap. 2. vbi ſtatuitur, quod huiuſmodi cognatio non contrahitur, niſi quoad vnum, & ad ſummum vnam.

m Vnus. Ca non plures, de conſecr. diſt. 4. Sed an unus poſſit eſſe patrinus in Catechiſmo, baptiſmo, & confirmatione? Reſp. poteſt, ſi neceſſitas vrgeat, ut no. in c fin. de cogna. ſpir. Sed conſuetudo Romana hoc non recipit.

n Mulier. Ex hoc nota unam differentiam inter cognationem ſpiritualem, & legalẽ, quia ſpiritualem poteſt fæmina contrahere, ut hic, & c. fin de cogn. ſpir. & per Conc. Triden. in loco allegato in ſupra ſcriptis notulis; legalem autem non poteſt fæminę, Inſti. de adopt. De ratione diuerſitatis, vide per Abb in c. ueniens, de ſpirit. cogn.

o Contrahitur. Scilicet cum omnibus iure Decretalium. quia multa impediuntur & c. quemadmodũ de iureiu. l. patre. ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. iur

Item

idem[a] ſtatuitur,& de confirmatione.

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentũ matrimonii, modo perpetuum.h.d.

Legali cognatio.

Legalis[b] cognatio eſt proximitas p adoptionem proueniẽs:[c] eius autem duæ ſunt ſpecies. Vna quæ temporalem impediendi matrimonii cauſam cõtinet. Alia, quæ perpetuam. Temporalem cauſam impedimenti continet ea, quæ inter te & eã, quæ tibi adoptionẽ ſoror eſſe cæperit, ĩtercedit. Nã per adoptionem quæſita fraternitas, eo vſque nuptias impedit, donec[d] manet.

Quæ adoptio continuat perpetuam prohibitionis cauſam, h.d.

Perpetuam prohibitionis cã continet, vt puta quæ inter adoptantem, & adoptatũ vxoremque adoptati, & inter adoptatũ, vxoremquem adoptantis[e] intercedit. Nã & per emancipationem diſſoluta adoptione matrimonium impeditur.

Naturalis cognatio. Conſanguinitas.

Quid ſit naturalis cognatio, quid conſanguinitas, h.d.

Naturalis[f] cognatio eſt, quæ medio cõſanguinitatis, vel affinitatis cõtracta reperitur. Eſt autẽ cõſanguinitas[g] attinentia pſonarum ex eo proueniens, qđ vna deſcendit ab altera. Vel ambo ab eadem. Vel cõſãguinitas eſt vinculum perſonarũ ab eadem ſtipite deſcendentiũ carnali ꝓpagatione contractum. Et diciturconſanguinitas, quaſi ſãguinis, vnitas, quia, ſ. conſanguinei de cõmuni ſanguine deſcendunt.

Affinitas.

Quid ſit affinitas.h.d.

Affinitas[h] eſt quædã perſonatũ proximitas ex coitu prouenies ex eo dicta;[i] quaſi duorũ ſit ad vnum finem vnitas. Cũ.n. duæ cognationes diuerſæ per aliquorũ copulã coniungũtur, alter ad alteris cognationis quaſi quoſdam fines accedere videtur.

Affinitas, & conſanguinitas contrahitus etiam ex damnato coitu.h.d.

Nec intererit quo ad cõſãguinitatẽ, vel affinitatẽ cõtrahẽdã, ex iuſtis nuptiis aliq, an ea danato coitu[k] iuicẽ copulari fuerit.

a Idem. Scilicet ut plures in confirmatione teneare non debeant tamen ſi teneant omnes ſint compatres. & compatrini iure Decretalium.

b Legalis Hic eſt ſcđa pars principalis huius ti.

c Proueniẽs. Hæc definitio, ſiue deſcriptio eſt Hoſti. in tit. de lega. cogna. Sed in rub. eiuſdem tituli dicit, ꝙ eſt quædam propinquitas a lege inducta p quã efficitur qs filius vel nepos, vel deinceps, ſeu frater, vel affinis, qui nõ eſt naturã imitãs allegat l adoptio. ff. de adop. Et no. ſecundum eũdem ibi, ꝙ lex ciuilis ex qua emanauit hæc cognatio, qñque inducit impedimentum habile ad uetandũ & dirimendum matrimonium. Sed tñ uerius, id non procedit in virtute diſpõnis iuris ciuilis, ſed ex approbatione legis canonicæ expreſſe. Vnde licet ius ciuile ꝓhibeat matrimonium inter tutores, & pupillã, rectorem prouinciæ & ſubditam, nihilominus ĩter iſtos coniugiũ teneret, cum lex canonica ſpecifice has diſpoſitiones nõ apꝓbet. fa. no. 30. q. 3. c. 1. & per Abb. & alios, in d. rub.

d Donec manet. Sic ca. vnic. de leg. cogn. & c. per adoptionem, & ca. ita diligere. 30 q. 3. & l per adoptionem ff. de rit nu. ceſſãte ergo cã ceſſat effectus. c. poſt trãslationẽ de renun. Sed numquid adoptiui poſſint inter ſe contrahere? Quidã quod ſic, ut no. in d. ca. unic. Item numquid diſſoluatur matrimoniũ ob impedimentum legalis cognationis? Quidam quod non, cum ſit impedimentum temporale, ut hic. Alii contra, ꝙ uidetur uerius, vt per Abb. in d. ca vbi Et intellige hæc omnia de adoptione ſolenniter facta, & in forma, vt per Abb. in d. c. uni.

e Vxoremq. adoptantis. Ex eo quod hic inculcat de vxore, vſ innui, ꝙ ſacerdotes non poſſint adoptare. arg. no. per Iac. Butr. in l. mancipia, C de ſeru. fug. pro quo uĩ § illud. inſ. de adopti. Cõiter contra, vt per Abb. in ca. vnic. de lega. cogna. & traditur in l. ſi quis poſthu. ff. de lib. & poſth. fac. l. ſi pr. ff. de adopt. Sacerdos an poſſit adoptare.

f Naturalis. Tertia pars principali t. ti.

g Cõſanguinitas De hac definitione vide quæ no. 35. q. 5 per. gl. in arbore affinitatis, & per Hoſt. in ſumm de conſang. & affin.

h Affinitas. Hanc deſcriptionẽ ponit Hoſt. in ſum de affinit. Sed addit hæc verba, omni carẽs parentela. Et dicit ſimpliciter ex coitu, non ex matrimonio, vel nuptiis: q a hic ponitur deſcriptio non modo legitimę affinitatis uerum et illegitimæ, & verbum coitus eſt aptum comprehendere utrãq. ſpeciẽ affinitatis, licet q. dã dicerent ex iniuſto coitu non contrahi affinitatẽ, ſed publicæ honeſtatis iuſtitiã, vt p Hoſti loco ſup. citat.

i Ex eo d. l nõ. facile. §. affines. ff. de grad affi & p. Ab. in c. ꝙ ſu p de conſang & affin.

K Ex damnato coitu, Cap. 1. & cã. diſcretionem, de eo qui cogno. conſang. uxor. ſuæ, etiam ſi ignoranter fuerit talis coitus habitus, d. c. 1. Eſt tamen nouiſſime

Hodie matrimonia vſque ad quartum gradum incluſiue ſunt prohibita, h.d.

Conſtitutũ igitur erat olim,[a] vt quicũque, vel ſeptimo cõſãguinitatis, ſiue affinitatis gradu ſeſe inuicẽ contingerẽt, legitimas nuptias cõtrahere non poſſent: quod ipſũ non ſolũ in primo, verũ ẽt ĩ ſecũdo, & tertio affinitatis genere [b] ſibi locũ vendicabat: nec ſoboles ex ſecũdo mr̃imonio ſuſcepta, cognitioni præmortui viri copulari poterat. Sed cũ hmõi prohibitiones difficultatẽ frequenter inducerẽt, & aliqñ periculũ parerent animarum, euidenti vtilitate ſuadente, huiuſmodi conſtitutiones abrogatæ fuerunt; ſancitumque, vt prohibitio copulæ coniugalis quartũ [c] cõſanguinitatis gradũ primi dũtaxat generis nõ excedat.

De facto contracta matrimonia temporis curſu non validantur, h.d.

Vir igitur, qui a ſtipite quarto gradu, & mulier quæ alio latere diſtat quinto, licite coniungi poterant: Alias ſi propriore gradu ſeſe inuicem contingant, temere contractum matrimonium adeo erit irritum, quod nullo poterit annorum numero [d] defendi.

Infideles intra quartum gradum coniuncti ſi conuertantur, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima.

Si tamẽ infideles, qui ſm̃ veteris, vel ꝓpriæ legis inſtituta, circa gradus cõſanguinitatis,

... hoc affinitatis ex illicito coitu prouenientis impedimentum contractum, nec .n. excedit ſm gradum: vt per Concil. Trid. ſeſſ. 24. in decretis ſuper reformationibus matrimonij, c. 4.

a Olim. Vt c. 1. & c. nullum, & per totum, 35 q. 2.

b Genere. Vt melius intelligatur hæc littera, videndum eſt quod ſit primum genus affinitatis, quod ſecundum, quod tertiũ. De quibus ſecundum Ioan. And. in c. non debet, de conſan. & affin. dic ſic, & ſume hanc regulã: Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus attinẽtiæ & non gradũ v. g. Ego & frater meus ſumus conſanguinei in primo gradu conſanguinitatis, frater meus ducit vxorẽ, illa eſt perſona addita perſonæ per carnis copulam, illa mutat genus atinẽtiæ .i. alio genere attinentiæ attinet mihi quã frater meus? quia ille eſt mihi conſanguineus, & illa eſt affinis, ſed nõ mutat gradũ, quia ſicut frater eſt mihi conſanguineus ĩ primo gradu, & ſic illa mediante fratre meo eſt mihi affinis in primo gradu primæ affinitatis. Ergo ſi vis hẽre primũ genꝰ affinitatis, adde per carnis copulam alicui de tua conſanguinitate aliq̃ perſonam, & illa perſona eſt affinis omnibus conſanguineis viri ſui in primo gñe affinitatis, & ſolum hoc genus hodie prohibitionem hẽt, ut hic & c. non dẽt, de conſan. & affin. Vnde mortuo viro illius mulieris, illa non poteſt hẽre aliquẽ de conſanguineis uiri ſui. Ergo patet ꝙ oẽs cõſanguinei & conſanguineæ vxoris meę ſunt mihi affines primo gñe affinitatis, & econtra. Si vis hẽre, ſecundũ genus affinitatis, adde perſonam per carnis copulam primo generi hoc modo. Vxor fratris mei eſt mihi in primo genere affin. mortuo fratre meo, adde illi alium virum & ille erit mihi affinis in ſecũdo genere affini. & ille ſecundũ antiqua iura mortua illa non poterat accipere aliquam de conſanguinitate, prioris mariti vſq ad quartum gradum. Et de iſto ſecundo genere habes 35. q. 4. ca. de propinquis. Sed hodie non prohibetur, vt hic dicitur, & in d. c. non debet. Si uis habere tertium genus, adde perſonam perſonæ, per carnis copulam ſecundo generi, & ſic habebis tertium genus. Verbi gratia. Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta, maritus eius, qui eſt tibi in ſecũdo genere accepit aliam, illa eſt tibi ĩ tertio genere, & illa olim mortuo viro ſuo nõ poterat copulari alicui de conſanguinitate tua cũ illa eſſet tibi, & conſanguineis fratris tui in tertio genere vſque ad ſm̃ gradum. De hoc gñe hẽs. 35. q. 3. ca. porro. Et primũ genus contrahitur tm̃ ex vna parte: ſecũdum, & tertium genus quãdoque ex vna parte, vt ĩ p̃dictis exẽplis; quãdoq; ex vtraque parte, vt in vxorib. duorum fratrũ, quæ ſunt inter ſe in ſecundo genere ex vtraque parte appoſito, altero fratre mortuo ſi illa copulaĩ alteri, illa erit in tertio gñe vxore alterius fratris. Primũ genꝰ dr̃, quia primo emanat de conſang. vel quia vna perſona mediante contrahitur. Secũdum dr̃, quia ſecundo loco emanat poſt primum, vel quia duabus perſonis mediantib. contrahitur. Tertium, quia in tertio loco, vel quia tribus perſonis mediantibus emanat.

c Quartum. Vt c. non debet & c. ſi. de conſang. & affin. Videtur ergo ꝙ adſcendentes poſt quartum gradum, poſſint contrahere cum deſcendentibus & econtra, quod admittit Goff. ob generalitatem d. c. non debet. Tene contrarium cu Io. And. Hoſt. & Abb. d. loco, & de hoc eſt tex. in l. nuptiæ, ff. de rit. nupt. vbi no. ꝙ ſi Adã hodie viueret, non reperiret vxorem: quæ lex cum non reperiatur correcta ſpecialiter, non debemus per generalem iuris Canonici diſpoſitionem dicere contrarium: argu. ca. de deſpon. impuber. hoc tamen propter breuem hominum vitam vix poſſet in facto contingere.

d Numero. Et ita nulla præſcriptio currit contra matrimoniũ quẽadmodum nec contra votum. c. ꝙ Deo. 33. q. 5 & c. ſicut nobis. de reg. imno diuturnitas temporis auget peccatum. c. quanto, & ca. ſi. de conſuetu. & cap. non ſatis, & c. ſequenti. de ſim.

M No-

vel affinitatis a canonib. notatos,[a] cõiuncti ſũt dño inſpirãte conuerſi fuerint, mrimoniũ ante cõtrectũ non erit poſt baptiſmi lauacrũ irritandũ. Cũ per ſacramentum baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittãtur.[b] Vnde & proles inde nata legitima[c] cẽſebitur.

Propinquitas viri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur viri, h. d.

Admonendi ẽt ſumus perinde virũ a cõſanguineis & propinquis vxoris abſtinere debere, & vxorẽ a propinquis viri, atq. a proprijs.[d] Huius ãt rei manifeſta[e] ratio illa eſt, quia ſi ſecundũ diuinam ſnĩam: Ego & vxor mea vna caro ſumus, profecto mihi & illi, mea ſuaque cognatio vna propinquitas efficiuntur. Quocirca ego & ſoror meæ vxoris in vno, & primo gradu erimus: filius vero eius in ſecundo gradu erit a me: nepos tertio, & ſic deinceps.

Vxor cuiuſque eius gradus eſt reputanda, cuius eſt maritus, h. d.

Vxorem vero propinqui cuiuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere; quemadmodum eiuſdem gradus fæmina propriæ propinquitatis exiſtat: quod nimirum, & vxor mea de propinquitate mea, in cũctis cognationis gradibus conuenit obſeruare.

Coniuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis uiri, h. d.

Quamquam aũt omnes conſanguinei viri, vxoris ſint affines; inter conſanguineos tamẽ vxoris, & viri nulla intelligitur eſſe affinitas contracta, propter quam inter eos matrimoniũ debeat impediri.[f] Pater igitur, & filius cũ matre, & filia, item duo cognati cum duabus cognatis licite contrahere poterunt.

Qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur, & uxoris ſuperſtes carebit ſpe coniugii. h. d.

Si quis autem[g] contracto matrimonio, cõſanguineã vxoris ſuæ cognouerit,[h] vt puta ſi vitricus priuignam, vel maritus ſororem propriæ vxoris adulterauerit, matrimoniũ quidem antea contractũ non dirimitur: ſed qui ſe ita cõtra leges alteri commiſcuit,[i] a coniu-

a Notatos. Vt 35. q. 1. ca. contradicimus; cum alijs & q 5. c. ad ſedem, & c. non debet, & c fin. de conſangui. & affinit. Et nota, quod circa ſacramenta & ſpiritualia animam concernentia Iudæi non aſtringuntur lege canonica, vnde licite contrahunt matrimonia in caſibus humana tantum lege prohibitis. facit ca. gaudemus, de diuort. & late per Doct. in c. Iudæi. 2 de Iudæis.

b Dimittuntur. 11. d c deinde, & ca. gaudemus, de diuort ẽt quo ad pœnã, ita quod ſi baptizatus ſtatim moreretur, non ſentiret aliquam pęnã Purgatorij ſecũdum Aug. in ca fin. de pœn diſ. 7. & per Ab. in d. c. gaudemus.

c Legitima. Ca. ſi qui fil. ſint leg.

d Proprijs. Vt c. 1. de cõſan. & aff. & 35. q. 2. ca. æqualiter, cumſeq.

d Manifeſta ratio. Vt 35. q. 5. ca. porro, c. debitum, de bigamis.

f Impediri. Vt ca. quod ſuper de conſang. & affin. & quemadmodũ non oritur affinitas inter conſanguineos viri & cõſanguineos vxoris ita nec inter maritum, & uxorẽ, ſũt n. ipſi affinitatis cauſa & vna caro: ideo que vir cõmunicat cõſãguineos ſuos uxori & vxor cõicat uiro ſuo. Et facit hoc ad q̃ſt. an ſi ſtatutum faciat mentionem de affinibus cõprehendat virũ & vxorẽ, de quo p Doct. in l. non iõ. C. de her. inſt. & in l. affinitatis. C. commu. de ſucc. & in l. 1. Cod vnde vir. & uxor.

g Si quis aũt. Viſum eſt hucuſque qualiter ſpiritualis, & legalis cognatio impediat matrimoniũ. Item etiam carnalis, & qualiter impediat affinitas legitima, nunc qualiter illegitima, quæ in ſumma hoc tantum poteſt, quod dirimit ſponſalia de futuro vſq. ad quartum gradum iure Decretalium, vſq. ad ſecũdum per Concil. Trid. ſeſſ. 24. in decretis reformationũ matrimonij, ca. 4. non autẽ de præſenti. Item priuat facultate amplius mrimoniũ contrahendi, & poteſtate debitũ exigendi; vt hic apparet, & per totum titulum de eo, qui cogn. conſangui. vxo. ſuæ.

h Cognouerit. Scilicet ſcienter. capit 1 de eo qui cogno. conſangui. Ignorantia tamen non impedit quin oriatur affinitas vt in ca. diſcretionem eo. tit. Sed operatur quod ignorans non priuaretur iure exigendi debitum nec inhabilitaretur ad cõtrahendum ſi ſuperuiueret uxori, ut per Abbatẽ in d. c. 1.

i Commiſcuit: Nota verbũ, quia aliud eſſet ſi ſe non commiſcuiſſet, ſed tãtum cognouiſſet mulierẽ circa fæmora, & naturalia non intrãdo clauſtra pudoris: quia tũc non oriretur affinitas, licet emiſſio ſeminis interueniſſet, facit ca. diuinæ conſtitutionis. 27 q. 2 & c. extraordinaria pollutio cum ibi not 35. q. 3. Immo Innocentius tenet requiri emiſſionem ſeminis viri ſq. & cõmiſtionem intra clau-

ge nunquam debitum petere poterit [a], nec cũ aliqua legitimas vnquam nuptias cõtrahere,[b] licet propriæ vxori ſuperuixerit.

Vxor cuius conſanguinea à proprio uiro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda ad cõtinẽtiã, h.d.

Vxor quoque cuius conſanguinea à prodrio marito fuerit cognita, diligẽter eſt cõmouenda, vt à commixtione viri abſtineat, & incontinentia maneat, donec vir viã vniuerſæ carnis ingreſſus fuerit.

Non debet quis alieno delicto prægrauari. h.d.

Quod ſi fortè monitionib. parere recuſãs talis fuerit vt de lapſu ipſius probabiliter timeri poſſit, vir eius & poterit & dẽbit debitũ ſibi ſoluere [c] cõiugale, cum affinitas poſt matrim̃ iniquè contracta, illi nocere nõ debeat [d], quæ iniquitas particeps non exiſtit.

Subſequens affinitas non dirimit matrimonium, ſed præcedens legitimè probat, h. h.

Ergo præcedens affinitas non ſubſequens dirimit [e] matrimonium. Sed nec id quidem indiſtinctè obtinet: nam etſi vtriuſque cõiugum conſtet aſſertione [f], acclamante ẽt vicinia, quod coniugatus ante contractũ matrimonium vxoris ſuæ conſanguineam cognouerit, propterea cõiuges ſeparari nõ debẽt, nec.n. talis confeſſio mométum hr̃e debet; [g] cũ alioqui facile fieri poſſit, vt quicũq; inter ſe contra matrim̃ velint colludere ad cõfeſſionẽ inceſtus facilè proſiliãt, ſi ſuæ aſſertioni Eccleſiæ iudicium neceſſariũ credant.

Rumor autem viciniæ non eſt adeo iudicandus validus [h], vt niſi fide dignæ probationes accedant, poſſit ritè contractum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA [i] DESPONſatione. Tit. XIIII.

Prohibentur matrimonia contrahi clandeſtinè: ne poſtea oporteat illa diſſoluere, h.d.

NEc ñ poſt ſecutã copulam, & ſuſceptam prolẽ detectis quibuſdam impedimẽtis

clauſtra pudoris, nec vnius tantum ſufficere. Communiter tamen tenetur ſuffi.ere vnius, vt per Ab in c fraternitati, de eo qu: cogn conſan. vxo. ſuæ.

a Petere poterit. Sed nunquid hoc erit verum, ſi alter coniugum dederit cauſã huic illicito coitu, & ſi ægrotus mãdet vxori, vt patiaẽ ſe cognoſci à medico ſuo conſanguineo, vel carceratus mandet, vt ſe patiatur cognoſci à iudice? R̃n̄. vt not. in c. diſcretionem de eo qui cogn. cõſang vxor ſuæ.

b Contrahere. Poterit tñ cũ hoc Papa diſpẽſare, cum hoc ſit impedimẽtum iuris poſitiui, c. propoſuit, de conceſ. præb. Immo interdum, & Ep̃s, ut no. per Ab. in c.1 & c.2. de eo qui cog. conſang. vxo ſuæ.

c Soluere. Sed nõ exigere, c.1. & c. fi. de eo, qui cogno. conſang. vxo. ſuæ, c. inquiſitioni, de ſen. excom.

d Nõ dẽat. No. ꝙ affinitas ſuperueniens inter uirũ, & vxorẽ priuat ſolũ culpabilẽ iure exigendi debitũ.

e Dirimit. Quia nõ ſolum vxor, & maritus efficiũtur vna caro per copulã, ſed ẽt fornicarius, & fornicaria c. de illo, de eo qui cogn. conſan vxo. ſuæ, vbi Ab & clarus, 32. qu. 4. per totum.

f Aſſertione No. ergo, ꝙ ad confeſſionem cõiugum non debet fieri ſeparatio: quia matrimonium habet dependentiã non ab hoĩe, ſed ab ipſo Deo recipit indiſſolubilitatem, 33. q. 2. quos De⁹, & 35. q 10 c. 1.

g Habere dẽt. Immo vr̃, ꝙ debeat; cũ confeſſus habebatur pro iudicato, l. 1. fi. & C. de confeſ. Sed dic, ꝙ in caſu iſto nõ ſtatur cõfeſſioni, contra matrimoniũ propter rationẽ, quæ hic ſubijcitur, & quia non poteſt quis pro ſe teſtificari, vt 14. quæſt 3 §. 1. & ff. de interrog. act. l. de ætate, §. 1. & in caſu noſtro conſiderata ratione text. quilibet diceretur teſtificari, vel confiteri pro ſe, & non contra, cum vterque appetat diſſolutionem, & ſic iure communi nõ prodeſt ei talis cõfeſſio. De hoc tamen late Abb. & reliquos in cap 1. & in ca. ſuper eo. de eo qui cogn. conſan. vxor. ſuæ, & ca. per tuas qui fil. ſint legit.

h Validus. Imò contra ca illud, & c. 3. loco de præſũptio. Sol. ibi de cõtrahẽdo matrimonio, hic de contracto, facit capit. ſuper eo de conſan. & affin. Vel ibi fama, hic rumor, qu minor eſt quã fama, ut per Doc. in cap qualiter, & quando de accuſ. & in ca. ſuper eo. de eo qui cog. conſanguin. vxo. ſuæ, & per Archi 33. quæſt. 5. capitu. ſi duo Legiſtæ, in l. de minore, §. plurimum, ff. de q & in l. 3. §. eiſdem, ff. de teſtib & in l. fi. ff de her. inſtit. Alcia. in Parergis li. 1. c. 6.

DE CLANDEſtina deſponſatione.

i DE clandeſtina. Clandeſtinũ dr̃ trib modis. Primo, cũ non habentur teſtes, iuxta tenorem ca. 2. eo. Secundo, cũ non ſit cum ſolẽnitate c aliter, 30. q. 5. Tertio, quod ſit contra tenorẽ, c. fi. eo. vnde ſumitur hic tit qui nouiſſimè per Concil Tri. corrigitur, ſeſſ. 24. in decretis reformationum matrimonii cap. 1.

non ſine graui ſcandalo contracta matrimonia retractari [a] oporteat, neve ſi alter coniugũ, qui clam contraxerint, coniugium negauerit legitimis probationibus deficiẽtibus, indicis ſentẽtia tirẽ fuerit abſolutus, vterq; alijs nubẽdo reatũ incurrat [b] adulterii, conſultiſſimè conſtitutũ eſt, vt nullus fidelium occultè nuptias [c] contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint, per presbyterũ proponãtur [d] publicè competenti termino præfinito, intra quẽ qui voluerit [e], & valuerit legitimũ impedimentũ opponat, & vt ipſe, quoq; presbyter p ſe inueſtiget, vtrũ aliqd futuro matrim. obſiſtat impedimentum.

Suſpenditur contractus matrimonii, donec extat præſumptio quod non poſſit contrahi, h. d.

Cuius ſi apparuerit probabilis [f] cõiectura cõtractus expreſſe interdicetur, donec quid fieri debeat, manifeſtis cõſtiterit documẽtis.

Nati ex clandeſtinis, & interdictis matrimoniis, non ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ, ante ſententiam diuortii ſint legitimi, niſi vterque coniugum nouerit impedimentum, h. d.

Quicunque vero huiuſmõdi clandeſtina, [g] & interdicta [h] cõiugia inire auſus fuerit, ét ignoranter, proles ex huiuſmodi coniũctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſebit, nec de parentum ignorantia vllum eſt habitura ſubſidium: cum ſic contrahentes, vel nõ expertes ſcientiæ, vel ſaltẽ affectatores [i] ignorantiæ videãtur: licet alioqui ſi ignorãtes in faciem Eccleſiæ contraxerint ante latam ſententiam diuortij nati, & legitimi habeantur [k], & in bona paterna hæreditario iure ſuccedant. Idem iuris [l] erit, ſiue in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint, ſed impedimentum ambo [m] nouerint.

Sacerdos contemnẽs conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia ſi publicentur, recipit Eccleſia, h. d.

Sane ſi parochialis ſacerdos ta-

a Retractari. Facit ſupra qui promo. non poſſ. in prin cum ibi allegatis.

b Incurrat. Vt c fin. 30 q 5. Et eſſet adulterium ſi quia cum alia contraheret, quia hmõi matrimoniũ valet coram Deo, & militante eccleſia in re Decretalium, quanquã peccent clandeſtinè contrahentes, c. aliter 30 q. 5 vbi no Hoc tñ eſt nouiſſimè immutatũ in Conc. Trid. ſeſſ. 24. in decretis reformationũ matrimonii, ca. 1. vbi ſtatuitur, matrimonia contracta ſine ſolẽnitatibus poſitis hic, & in c. fi. eo. vnde ſumit, & in d. c. 1. ſeſſ 24. eſſe irrita, & inania. Sed loquẽdo de iure Decretaliũ ſimile eſt in clandeſtina collatione quæ quãquã non careat ſuſpicione, tenet tñ ſi de ea quoquomõ fides fieri poteſt, c. vni. vt eccl. benef. &c. Licet ſecus ſit in electione, q̃ facta clam non valet, vt traditur in c. quia p p de elect. & in c. fi. eo. tit. in 6. & per Ab. in c 1. eo.

c Nuptias. Et ſic loquitur de matrimonio. Sed nunquid qđ hic dr̃ habeat locum etiam in ſponſal. b de futuro? Cõiter tenẽt hẽre locũ propter idẽtitatem rõnis. fac. l. oratio. ff. de ſpon. Vide Ab. in c. fi. eo. no. q contrahentes clãdeſtina ſponſalia peccant, & iudex põt illa interdicere.

d Proponantur. Sed cum in multis locis quod hic dr̃, non ſeruetur, quæri poteſt, nunquid ex hoc matrimoniũ dicatur clandeſtinum? Et per Abb. in c. fin. eo. poſt alios antiquos determinatur, non eſſe matrimonium clandeſtinum, dummodo illud ſit contractum corã ſidelium collectione, quæ eccleſia appellari poteſt, c. eccle. de conſecr. diſt. 1. quod forte hodie non procederet ſtante Conci Triden. quod expreſſe irritat huiuſmodi matrimonia.

e Voluerit. Cum ergo quilibet admittatur, quaſi publicum crimen ſit, immo quilibet tenetur ſaltem denunciare, c tua, de cog. ſpo. & ca. cũ in tua, de ſponſ. Sed quid ſi vnus agit contra hmõi matrimoniũ, & ſuccubuit, an alius dẽat audiri p̃ponẽs idẽ impedimẽtũ? Quidã q non, quia actio popularis conſumit vno agente, l. eũ qui. §. in popularib. ff de iureiũ. Tu dic melius, vt no. p Ab. i. c ſi eo.

f Probabilis. No. ergo q probabilis cã impedit matrimoniũ contrahendũ, facit c. p̃ter, de ſponſ. & c. cum in tua, & c. ſuper eo. de conſan. & affi.

g Clandeſtina, ſ. non præmiſſa denunciatione.

h Interdicta. Poſt probabile cãm allegatã nec finitã.

i Affectatores ignorãtiæ. Quia p̃ſumitur male agere, qui clãdeſtinè contrahẽdo fugit lucem. Et facit, quia paria sũt ſcire impedimentũ, & ſcire poſſe i. l. a. lia. ff. ad Maced.

k Legitimi. Habeantur, c. cum inter, vbi etiam not. qui fil. ſint legit. Immo, & ſi vnus tantũ ignorat, ca. ex tenore, eo. tit.

l Idem iuris, ſ. q proles erit illegitima.

m Ambo. Et ideo nõ prod eſt opi. in eccleſia, ſi ambo parentes ſciãt impedimentũ quia filij ſint illegitimi. Sed quid ſi vnus ſcit, & alter neſciat? Dñt Bart. & Laur. q quantum ad ſciẽtem ſunt illegitimi, quantum ad ignorantem legitimi, arg. C. de inceſt. nup. l. q. cõtra. Tu dic, q ſunt abſolute

iure legitimi,vt in cap.ex tenore, qui fil. ſint legit. Monſtrum autem eſſet ſi quis eſſet partim legitimus, & partim illegitimus, ſicut ſi aliquis eſſet partim ſeruus,& partim liber.leg ſi duobus, ff. de ſtatu homi.& ita not.in cap. eod. ingenuis.Sed nunquid ſaltem admittuntur ad denunciandum? Videtur quod ſictum iuramentum ei non obſtaret, e quemadmodum,de iureiu.& in c.tua,de cogn.ſpir Dicas quod non eſt admittendus,cum ſit ſuſpectus,ut in c ſi eo & ſuſpectæ perſonę remoueātur a denunciatione, ſicut ab accuſatione,ca.cū dilectus filius.infr de accu & c.cū intuat de ſimon. E cui vna uia aliquid prohibetur,& ca.cum quid.de reg. in 6 & ca tuæ.de procura cū conc. ibi allegat & ita no.in d.ca.ſi

les [a] coniunctiones prohibere cōtēpſerit,per triēniū ab officio ſuſpēdēdus erit, grauius ēt puniēdus,ſi culpæ qualitas poſtulauerit, [b] verū(vt ſupra indicauimus) ſi cōtrahētes clādeſtina matrimonia publicare voluerint,niſi alia cā [c] impediat,ab eccleſia recipiēda ſunt tanq̄ a principio [d] in eccleſiæ cōſpectu contracta.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſint,vel contra illud teſtificari. [e] *Tit xv.*

Non admittitur ad accuſandum matrimoniū, qui tempore denunciationis ſiluit, niſi iuret de calumnia; & quod poſt denunciationem nouit, quæ obiecturus eſt: & negligentia auctoris mei non intelligitur eſſe mea,h.d.

NOn in q̄cunque, aut indiſtincte oēs ad matrimoniū impugnandū admittendi erunt. Nam ſi quis tpe [f] factæ à ſacerdote denūciationis in ipſa diæceſi conſtitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidē mox coniunctos impetere minime concedendū [g], erit niſi proprio firmauerit iuramento [h], quod eaq̄ obiecturus eſt, poſtea didicerit, quodque ad accuſandum,dolo non proſiliat,quo caſu etiamſi, quod obiecturus eſt,ab illis didiciſſet,qui denunciationis tpe ſiluerūt claudi non dēt ei accuſandi aditus [i], quoniam etſi ab impetitione hmōi, culpa ex tali ſilentio contracta, auctores excludat, iſte tamen qui culpa caret amoueri non debet.

Ex cauſa etiam poſt denunciationem poteſt quis matrimonium accuſare,h.d.

Idē iuris [k] erit,ſi tempore denunciationis

a Tales. Scilicet poſt allegatū impedimentum.

b Poſtulauerit,c. ſi ſ.ſi.eo.unde ſumitur.

c Cauſa Puta cōſāguinitas, 32.q.3.horrēd⁹, & 35.q.2 c.contradicim⁹ uel affinitas, uel aliud,c ſuper eo de eo q cog.cōſa.vx.ſuę facit,c.2 eo unde ſumitur.

d A pricipio.arg. quod id, quod à principio non valebat, tractu tēpis conualeſcit, c q ſicut,ſ ſi aūt de elec arg cōtra. de elect.c. dudū ſ. vbi de hoc no & c.ſciētes de cenſi. Sed ī caſu noſtro iure Decretalium matrimoniū,ēt a pricipio ualebat quo ad Deū licet nō q ꝛo ad eccleſiam ſed ſolū cū primū declaratr, ſic de frig & maleſi ca fraternitatis,i ſi.& ff ſi ſer. vēdicet l.ſi.ſicut, ſ ſed ſi quæ ratur, & ff. de a.q rer. dom.l adeo,ſ. cū quis in ff. Hodie āt pōt hēre dubitationē q hic dr, per ea, quæ ſtatuit Con.Trid.in ſeſſ.24.in Decretis reformationū matrimon j.ca.1.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſint,vel contra illud teſtificari.

e TEſtificari. Quoniam denunciationibus. de quib in titulo præcedenti, interdum comparent qui matrimoniū accuſant,& teſtes qui contra matrimonium teſtificantur,ideo poſt titulum præcedentem congrue ponitur hic tit.

f Tempore. Et ita qui intra tempus conſtitutum non proponit ius ſuum,poſtea repellitur,& ab accuſatione,& a teſtimonio,arg.a ſi de clandeſt.deſponſ & ca p.licet,de probat & l.diffamari, C. de ingenuis.

g Concedendum erit Nam exiſtēs in diæceſi,præſumitur hrē notitiā eorum, quæ pūlā ſunt in ciuitate, fac c qd' dicitis, d.15 & 12 q 2 c. qui & d.uni, & diſt 83 ca. propoſuiſti. Et nota q ualet citatio generalis p edicta, qñ neſcitur quis ſpāliter ſit citandus,l.2 cū aut q̄ ſequitur.C ſi minor ab hre ſi alij. Quod facit p cōſuetudine ſcholarium, uolentiū a ſtudio diſcedere,qui faciunt fieri edicta, & pala mota ī ſtudijs donquiu de per Ab. in c ſi eo.

h Iuramento Sic de teſt.ca præſentium, & c.paſtoralis de except.& c fin eod. Ex quo nota, qu d plus ualet iuramentū unius quam præſumptio iuris quia per illius iuramentu eliditur præſumptio iuris,35 q.3 c.extraordinarii,& nc.in d c.ſi.

i Aditus. Hic habes quod aliquis admittitur ad accuſandum,cuius auctor repellitur; ſecus eſt in teſtib.c.licet de teſtib.cap fraternitatis,de h er. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Reſp. ad dictum accuſatoris nulla ſit condemnatio, niſi adſint legitimi teſtis; ſed ad dictum teſtes quis condemnatur, & ideo debent eſſe tales auctores, ut ipſorum dicta ſufficiant ad hoc,ut illi admittantur, quia habent cauſam ab eis,arg.l uitia,C de a.q. poſſ

K Idem iuris. Nota tres caſus in quibus præſumitur ignorantia eorum, quæ fiunt in ciuitate.

vel extra diæceſim cõmorabatur [a], vel alias denũciatio ad eius notitiã peruenire non potuit: vt puta non nimiæ infirmitatis feruore [b] laborans mẽtis non erat cõpos, vel in annis tam teneris [c] conſtitutus erat, vt ad talium rerum perceptionem, eius ætas ſufficere nõ valeret, ſiue alia legitima cã [d] fuerit impeditus.

Ad accuſandum matrimonium nõ ex cauſa delicti ſoli coniuges admittuntur.

Sed nec omnes ad accuſationem, teſtimoniumve dicendũ admitti debent; nam ſi de tali [e] impedimento agendũ ſit, quòd neque coniugũ in ſe delictum contineat, nec ob id matrimoniũ diſſolui cuiuſquam interſit, præterquam ipſorũ coniugum, vt puta ſi erratũ in conditionem ſtatus [f] fuerit; vel ſi mulier ita ſit arcta, vt cognoſci non poſſit; vel vir ita frigidus, vt coire nequeat, ſoli ipſi coniuges admittentur.

Ad accuſandum matrimoniũ ex cauſa delicti, oẽs admittuntur, ſed potiſſimum coniunctiores.

Quod ſi delictum contineat; vt quia aliqui gradu vetito, vel contraxiſſe, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet quidem [g] ad accuſandum recipitur, ſed omnũ maximè parentes [h], & ſi inde, ſint proximiores, id eſt, ſoror, frater patruus, auũculus, amita, matertera, eorumque deſcendentes.

Antiquiores præponuntur, & honeſtiores in teſtificando, h.d.

Quod ſi progenies tota defecerit, ab antiquiorib. & honeſtioribus, quib. eadẽ propinquitas nota veriſimiliter eſſe debeat accuſatio [k] teſtimoniumve [l] recipi poterit.

Ex præſumptione ſcientia acquiritur fides, h.d.

Ideo aũt oĩum maximè parẽtes, & coniunctiores admittuntur, quoniam vnuſquiſque ſuam genealogiam [m], cum teſtibus, & chartis tum vero ex recitatione maiorũ ſcire laborat

a Commorabatur. Facit quod ſtatutorum pœna non comprehendat abſentes.

b Feruore 15 q. 1. ca. ille & 17. q. 1. c. Gonſaldus, & c. ſicut tenor de reg.

c Tam teneris. Sed quæ erit talis ætas? Quidam vt Innocẽ. quod qñ quis eſt doli capax Ab. quod iudicantis id relinquẽdum eſt arbitrio, quid iſcernet ætatem & diſcretionem pueri, an ſufficiat ad comprehendendum hoc factum.

d Cã. Vt, ſi pe denunciationis factæ erat excommunicatus, & ſic non poterit matrimonium contrahendum denunciare ſecũdum vtrumque Abb facit ca. quia diuerſitatẽ de conceſſ. præb.

e Nam ſi de tali. Diſtinctio, quæ hic ponit an impedimentum matrimonij concernat delictum vel non, verificatur ex his, quæ poſt Innoc. not. Abb. ſup. eod. & Hoſt. in ſum. Quis admittatur ad accuſationem matrimonij, vbi videndum.

f Status. Vt puta: quia credebat aliter coniugum liberũ, cũ nõ eſſet ſeruus, & fac. ſup. de ſponſ. §. illud. & §. ſi quis ſtr. & iu. q̃ matri. imped. poſſ. in prin.

g Quilibet quidem. Vt ſup. ti. 1. in princ. vbi not. in verbo voluerit

h Parentes 35 q. 6 c. videtur & c. vi d. t. eo. Et ex hac littera no. regulã, quod i cauſa matrimoniali ſunt idonei teſtes & parentes, & cæteri coniuncti, ſi agatur de cõiungendo, vel ſeparando matrimonio ratione de qua hic. Videndi tñ ſunt de hoc Doct. in d. c. videtur vbi Abb. in fi. dicit, q in hac materia non poteſt dari certa regula.

i Antiquioribus. Nota teſtes ſeniores præferri iunioribus, de quo in l. vnum, ff. ſi cert. petat. fac. l. ſi chorus, ff. de leg. 3. & per Ab. in c. quoties, de teſt.

K Accuſatio impropriè ſecundum quoſdam, arg. l. parentibus, ff. de inoffi. teſtam. vbi accuſare ponitur pro agere. Matrimonialis enim cauſa nec criminalis eſt nec ciuilis, ſed mixta, ca. tuæ, de procur. & no. 35. q. 6. c. cõſanguineos, vnde ſumitur & per Ab. in e. a. vt lite pendente.

l Teſtimoniumve. Ex hac littera, & ex cap. conſanguineos, 35. q. 6. vnde ſumitur, videtur ſumi poſſe argument. quod idem poſſit eſſe teſtis & accuſator in cauſa matrimoniali, quod quidã admittunt, dicentes eſſe hoc ſpeciale in cã matrimonij, in qua aũt etiam alia ſpecialia, cum non iuretur de calumnia, c. litteras, de iuramen. calum. admittuntur cõſanguinei, ut hic: nõ ſeruatur ordo iudiciarius per omnia, c. ad hoc De⁹. ut lit non conteſta. valet teſtimonium de auditu. 35. q. 6. c. de parentela inducuntur teſtes poſt publicationẽ ca. ſeries, & ca. licet de teſt. & not. in d. c. cõſanguineos, & hoc tenuit Inno. & Ioan. And. Sed Specul. quem refert Abb. in rubr. eo. dicit ſe nõ poſſe cõcipere quod accuſator, qui tenetur ſaltem ad expenſas ſi ſuccubuit, ſit idoneus teſtis, ſed ipſe Ab. in d. rub. & in c. curauit de p bat ſaluat Innoc. duobus caſibus. Primo qñ officialis publicus denunciauit vel accuſauit ca. præterea, de teſtib. cog. Secundo qñ quis ductus conſcientia denunciauit impedimentum iudici, & iudex ipſe ex officio inquirit, quod no.

m Genealogiam, cap. videtur, eo. & c. videtur, 35. quæſt. 9.

q.6.& ex hac præſumptione infert Abb. in d c.videtur, quod allegans ignorantiam conſanguinitatis non eſt de facili audiendus.

a Sciunt. Scilicet ipſam conſanguinitatem. Nam de conſenſu ita bene poſſet teſtificari extraneus, ſicut ſuus, ut not. in c.uidetur,eo.

h Nullo modo Licet verbum hoc ſit valde præciſum, debet tamen intelligi cum temperamento. Nam Doct. in ca.ſuper eo,de teſti. vnde hic ſumitur, dicunt, hanc rem multum pendere ab arbitrio iudicis, vt per Abb. in d .c.inſuper eo. ſuper gloſ. r.

Nulli igitur decernimus admitti debent, quam qui melius ſciunt [a].

Speciale eſt in cauſa matrimonij, quod pater admittitur in cauſa filii & econtrario, h d.

Quod aũt legitur, [b] pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus ſibi locum vendicat, in matrimonio vero coniungendo [c], & impediendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt, congruè admittuntur.

Teſtimonium parentum non admittitur vbi inter coniungendos eſt diſparitas, h.d.

Vbi tñ alter coniugum diuitijs, [d] honore [e], nobilitate [f], & potẽtia [g] ſuperior eſſet, teſtimonium illius, qui parens eſſet inferioris, adeo ſuſpectum redditur, vt illud nullo modo [h] ſit admittendum. Cum parentes filiorum [i] incrementum & honorem affectare procuľdubio comperiantur.

Quot, & quales debeant eſſe teſtes ſuper conſanguinitate, h.d.

Quoties ergo aliqui propter cognationẽ propinquitatis [k] ſeparari petũtur, duobus [l] vel tribus eiuſdẽ conſanguinitatis teſtibus adhibitis, vel totidẽ ſenioribus & melioribus eiuſdem loci id debet legitimè cõprobari.

Qualiter teſtes ſuper conſanguinitate iurare debeant, h.d.

Teſtium autem examinatio in hac cauſa duplicis [m] interuẽtu iuramenti fieri debet. Vt iurent ſcilicet, & ſe non priuato odio, [n] neque amicitia, nec alicuius proprij cõmo-

b Legitur, l. teſtis idoneus, ff. de teſt. & 4.q.3.§ item teſtis idoneus, fac.c. videtur, eo.

c Coniungendo. Ex hoc uſ, ꝙ ad probãdum matrimonium eſſe contractum, admittantur parentes, & ad hoc plurib. allegãtur, ca. ſuper eo de teſti. vnde hic ſumitur. Contra tñ no in cap. videtur, eo. vbi Bern. intelligit illũ tex quãdo ageretur de cõſanguinitate. Hoſti. tamen & Abb. & magis commu. tenẽt, quod ſuper omni articulo, & indiſtinctè poſſint eſſe teſtes cũ moderamine tamen, ꝙ ſtatim hic ſequitur, & de quo per Doct. in d...videtur & in d.c. inſuper, eo. & p Anton. de But. in c. ſi de fil. presb.

Diuitiæ exaltant hominẽ.

d Diuitiis. No. & diuitiæ exaltant hominem, quæſitæ tamen bonis artib. fac. cap. in hoc ſcripſimus, di. 30. & c. habebant. 12. q.1. & not. in cap. clericus eadem cã & q. ſi tñ affluat & non eſt cor apponendum eis, ſm Salomonem. Et an requirantur ad eſſentiam nobilitatis? argu. hic quod non, cum ponantur tanquam diuerſa, dic tamen, vt per Bar. in l.1.C.de dignit. lib. 12.

Doctoratus pōt dici dignitas. C. Nobilitas.

e Honore. puta ꝙ ſit doctor. Nã doctoratus eſt honor, & pōt dici dignitas, Barto in l. C de iud. & in l.1.C.de no. cõp. & per Ab in c.quanto, de magiſt.

f Nobilitate. Nobilitas ergo etiam ſecundũ canones eſſe debet in conſideratione, fac. ca. de multa: & c.pen de præb. & c. quæ contra pacem. & quod ibi no. 28 queſ. 1. Eſt tñ nobilitas multiplex, ut per Bartol. in l.1 C. de dign. lib 12. & contra nobilitatem generis pro nobilitate virtutum, vide text. in c. nunquam, d 56. & in c. quoniam uetus. 24.q.1.

g Potentia. Puta amicorum copia, vt c. conſtitutus 2. & quod ibi not. de appel. facit c. officii, de elect.

i Filiorũ. Et propter magnã cõiõnem uiri, & uxoris, id ꝙ eſt vnius, cenſetur quodam modo eſſe alter iᵒ, facit l fi. C. de incolis, li 10. l. fœmina, ff. de ſenat. c. licet, §. mulier, de ſepul in 6 Et quod hic dicitur de matrimonio, habet multo magis locum in ſponſalibus, ſ. quod circa ea idoneum ſit parentum teſtimoniũ, vt per Abb. in ca. ſuper eo. de teſtib. Sed an ſuper matrimonio ſpirituali? Reſp. ut no. per Ab. in c. ſuper eo.

K Propinquitatis. Accipe in tranſitiuè, i. propter cognationẽ, quæ eſt propinquitas, 35. q 3.c.1 & c.2.

l Duobus Not. ꝙ ẽt in actibus, qui ſunt grauiſſimi p̃iudicij, duo teſtes faciunt plenam fidem, & probationem. Separatio n. matrimonii eſt res grauiſſima, cap. licet ex quadam, in fi. de teſti. cap. debitũ de bigamis. Idem etiã numerus ſufficit contra Papam, ut not. in c. præſul. 2.q 4. quod reputat ualde no. Abb. in cap. quoties, & c. ſuper eo, de teſti. & in rep. ca. cũ eſſet, de teſt. Nec ſecũdum eundem intererit, utrum iſti duo teſtes ſint mares, aut fœminæ, nam d c. ſuper eo. videtur probare de fœminis, immo quod plus eſt, ſufficit quod deponant de auditu. debent tamen eſſe rogati, no. 20.q.1.c. paſtoralis.

m Duplicis. Ideſt, in tali iuramento duo articuli continentur.

n Priuato odio. Ergo non omne odium repellit, ſed priuatum tantum; nam publicum, puta ſi quis aliquem proſequeretur odio tanquam peccatorem, hoc non eleuaret dictum teſtificantis, ſecundum Ab. in c. quoties, de teſti. facit c. odia, diſ. 85. & 24. q 4. c. duo iſta nomina, & idem dic. poteſt de amicitia, ut late per Abb. in d.c. quoties.

di intuitu, ad hoc iurandum inductos, & ſicut ipſi dicunt, rei veritatem à maioribus, accepiſſe, & ſe credere,[a] ita eſſe.

Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari. h.d.

Præſtitis aũt iuramentis, & impedimento matrimonii legitimè probato, ſi quis cõtra præcedentẽ probationem, partib. publicatã quaſi matrimonium impediri iure non valeat probare velit, audiendus non erit[b], ſed priori ſtandum erit probationi.

DE DIVORTIIS.[c] Tit. XVI.

Diuortium eſt diſſolutio matrimonij, & ſeparatio tori poteſt appellari diuortium. h.d.

Diuortium eſt diſſolutio matrimonij, quæ utroque viuente[d] coniuge contingit[e]. Sed & ſimplicem tori ſeparationem diuortium non male[f] appellamus.

Matrimoniũ regulariter diſſolui non põt. h.d.

Sciendum eſt igitur, legitimè contractum matrimonium diſſolui non poſſe: quippe Deo coniuncti, ab homine ſeparari nec debent, nec ualent[g].

Matrimonium ſoluitur per religionis ingreſſum non ſecuta copula. h.d.

Si tñ alter coniugum, qui per verba contraxit de pręſenti copula non ſecuta[h], ſeſe ad obſeruantiã regularem uoluerit aſtringere poterit id, altero etiã inconſulto, efficere; & ei, qui in ſæculo remanere voluerit, alteri ſe iungere permittendum erit.

a Credere. Nota caſum, in quo valet teſtimonium de credulitate, facit c. licet, de teſtib. & c. litteris, de præſumpt. De quo an, & quando, & qũo procedat latiſſimè per Ab. in c. quoties, de teſtib.

b Audiendus non erit, cap. iurauit, de proba. vnde ſumitur. Sed contra vſ ca. ſeries, de teſtib. Docto. tamen in d. capit. iurauit quam in contrario multum pro ſolutione laborant, & varias conciliationes afferũt. Ea vero v ſ eſſe præcipua, q contrarium loquatur, qñ impedimentum eſt probatum ad ſeparandum matrimoniũ iam contractum: tunc enim in fauorem matrimonii, etiam poſt publicationem, admittuntur teſtes ad probãdum contrarium ob maximum periculum, quod eſt in ſeparando matrimonio legitimè contracto, cap. licet ex quadam, in fin. ff. de teſtib. hic uero & in capi. iurauit, loquitur probato impedimento circa ſponſalia de futuro quo caſu nullum ſubeſt periculum ſi non contrahant ideo debet ſeruari regula ordinaria de non examinando poſt publicationem. Sed hæc non omnino placet Hoſt. & Abb. qui in d. c. iurauit, deducit, eandem interdum eſſe in ſponſalibus rationem quæ eſt in matrimonio, vnde inquit, quod vbicunque in cauſa matrimoniali, ſiue agatur occaſione ſpõſalium, ſiue matrimonij, ſñia tranſit in rem iudicatam, ibi obſtabit publicatio atteſtationũ Si vero talis ſñia non tranſit in rem iudicatam, tunc nec publicatio atteſtationum impediet nouas prohibitiones; Sed quando eſt, quod ſententia in cauſa matrimoniali tranſit in rem iudicatam? Reſpon. vbicunque vitium ſententiæ eſt per partes, contra quas fertur remiſſibile: vbicunque vero tale vitium non eſt per partes remiſſibile, tunc non tranſit: id autem accidit, vbicunque ueritate non manifeſta imminet peccatum. Hoc igitur caſu nunquam afficit publicatio, nec habebit locum quod hic dicitur, & in d. cap. iurauit vbi Abb. clare exemplificat omnia ſupradicta. In caſibus tamen, in quibus non obſtabit huiuſmodi publicatio examini faciendo ſuper iiſdem, uel directo contrarij, non dẽt iudex admittere nouas probationes, niſi cũ aliqua cauſa cognitione. Ad euitandã igitur teſtium ſubornationẽ examinabit, quare prius nõ produxit teſtes quos intendit nũc producere & quales ſint, & ſi viderit legitimam cauſam, admittet, & nõ alias, & ita ẽt accidit in d. ca. ſeries, vbi ſub erat legitima cauſa producendi de nouo, & ita Ab. in d. c. iurauit.

c DE DIVORTIIS. De diuortijs, quæ ex accuſatione matrimoniorum deueniunt ad diuortia, & repudia, congrue poſt titulum præcedentem & in calce huius tractatus ponitur de diuortiis, & ſic de materia quæ concernit nouiſſima matrimonii, excepta morte.

d Viuẽte. Quia ſi per mortem diſſoluatur matrimonium, non eſt diuortiũ. Et differt diuortium à repudio, quod hoc reſpectu matrimonij iã contracti, illud reſpectu ſpõſaliũ, ff. de verb. ſign. l. inter ſtuprum, § diuortium, ſed tamen ſæpe his vocabulis promiſcuè vtimur, vt not 32 q. 7. c. 1.

e Contingit. Vt perpetuo duret, cap. diuortium, de pœni. diſt. 1.

f Non malè. Vt 32. q. 7 capit. interueniente, & per Abb. in rubr. eo. Et ſeparatio tori alia eſt perpetua alia temporalis: vt not in d. c. interueniente.

g Nec valenti. Cap. quos Deus 33. q. 2. & l. eius, & l. nihil. ff. de reg. iur.

h Non ſecuta. Nã ſi copula ſecuta fuiſſet, ẽt de cõſenſu vxoris non poſſet ingredi, ca. ex parte prima, de conuer. cõiug. De quo tñ dic, vt in c. cum ſit, & in c. ad Apoſtolicã, & c. vxoratus, eo. ti. de cõuer. cõiu.

Falſa cauſa non uitiat ingreſſum religionis.

Nec uitiari poterit religionis ingreſſus, ſe falſa [a] ad id cauſa inductum, puta quod coniugẽ lepra percuſſam crediderit, & ob id eius abominatus complexus fuerit, cum & ſine [b] cauſa, id ipſum facere potuerit.

Dicenti ſe velle ingredi religionem eſt certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat, h.d.

Ei autem; qui ſe ad religionem tranſire velle dictitat, certum eſt præfigendum tempus, [c] intra quod [d] legitime caueat, [e] quod aut ad religionem ſe transferet, [f] vel redibit ad coniugem.

Reddit rationem, cur nõ ſecuta copula per religionis ingreſſum matrimoniũ diſſoluatur, h.d.

Neq; mirum [g] videri debet, quod poſt legitimum de præſenti præſtitũ conſenſum, carnis non ſecuta commiſtione, alter cõiugũ, etiam altero inuito, ad vitam regularẽ tranſitum faceret, quia cum nõdum vna caro [h] effecti ſint ſatis ꝓbabiliter, vno ad Deũ trãſeũte, alter in ſæculo remanere [i] poterit.

Per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſoluitur matrimonium, etiam non conſummatum, h.d.

Diuerſũ [k] ſtatuitur ſi q̃s poſt habito cano

a Falſa, &c. Sic dicimus falſam cauſam non uitiare legatum, l. 2. C. de fal. cauſa adi. & l. falſa, ff de condit & demon. Facit quod mendaciũ ſe obligãtis obligationẽ non impedit. c. veniens, de cõuerſ. coniug. l. 2 & l. ſi rem alienam, ff de pig ac. Item non vici t diſpenſationem. ca. quia circa, & ibi Abbas de conſangui. & aſſinit. & facit pro hac littera, l. vnica, in princi. C de rei vxor. actione. Sed contra, ca. ex parte Aſtenſis, de conceſ. præb. Nam vt cumque quis poteſt agere actũ vno iure, ſi explicet alio iure incõpetenti, non valet actus, cum in pẽdentib. a voluntate magis conſideretur opinio, quam ueritas, d. c. ex parte. Reſp. quidam quod falſa cauſa non vitiat in ſpiritualibus, ſicut nec dolus. Sed hæc non eſt bona, cum ſit contra, d. c. ex parte. Vnde al. ĩ melius & falſa cã non fuit expreſſa, ſed ſi mente retenta, facit l. ſi repetẽdi, C. de condit. ob cauſa. Vel dic tertio quod hic, & in d. c. ex parte, d. cõuer. coniug. Vnde ſumitur, cauſa f. l. ſa erat potius impulſiua, quam finalis, finalis .n. credi debet, ut quis ſeruiat Deo, ideoque ingrediatur religionem, ceſſante igitur cauſa impulſiua nõ ceſſat uotum & diſpoſitio. facit l. 1. §. ſexum. de poſtul. & §. affinitatis, inſt de nupt. & quæ no. Inn. in c. in præſentia, de renuncia.

b Cũ & ſine. F. c. l. unica, in princ. C. de rei ux. act.

c Tempus. Quod a iure taxatur duorum menſiũ c. ex publico, unde ſumitur, de conuer. coniug. Sed dicas quod illud remittendum eſt arbitrio iudicis vt ibidem late per gl. & Ab. licet iudex a dicto termino non debeat temere & ſine cauſa recedere.

d Intra quod. Videtur ergo, quod lapſo tempore nõ poſſit is, cui eſt præfixum tẽpus, amplius intrare religionem. Sed contrarium eſt verius, quia ſemper licebit ingredi ante ſecutam copulam; ut not. in c. ex publico, de conuer. coniug. & iſte terminus datur non ſolum ad ingrediendum monaſterium ſed ẽt ad profitendum, ut ibidem per Ab. alias nõ eſſet ſufficienter proui ſum ſponſo, u[?] non poſſit ad ſecundas nuptias trãſire niſi altero profitente.

e Caueat. Datis pignoribus, & fideiuſſoribus, ſic enim intelligitur legitima cautio l. mandato, §. ſi. ff. mand. Vel hoc quoque iudicis arbitrio relinquetur, adeo ꝙ ſi quis non poſſet præſtare aliam quam iuratoriam cautiooem, deberet iudex eſſe contentus, c. per tuas, de don. inter vir. & vxo. auth. generaliter, C. de epiſc. & cleri. Abb. in ca. ex publico, de conuerſ. coniug. facit c. quanquam, d. 25.

f Transferet. An autem ſit audiendus alter coniugũ ſi dicat ſe velle ſeruare religionẽ ſed remanere in propria domo, habetur, in d. c. ex publico, de conuerſ. coniug. & caſu quo tranſeat, fiet hinc inde reſtitutio acceptorum, d. ca. ex publico.

g Neque mirum. c. s. unde ſumitur, de conuer. coniug.

h Vna caro. Nota vnum effectum ſecutæ copulæ, quia ſcilicet præcludit facultatem monaſterium ingrediendi. Alios plures effectus põnit Abb. in capit. a. de conuerſ. coniug. Sed quid ſi hæc copula fuit violẽta, puta ſponſus violenter cognouit ſponſam, an poſſit ingredi monaſteriũ inuito ſponſo, & quidam, ut Barth. Brix. hoc tenuerũt, ne delinquens ſit melioris conditionis, quam ſapiens, arg. c. cum qui de præb. in 6. Itẽ quæ inuita fuit cognita, non videtur communicaſſe corpus ſuum. 32. q. 5. §. 1. cum e. ſeq. Alij contra. Vide per Ioã. An. in cap. ea quæ contra, de reg. iur. in 6. in Mercu. per Bal. & Moder. in c. pen. de probat. & per Abb. remiſſiue in d. c. a.

i Remanere. Et cum alia contrahere, capitulo ex publico, de conuerſ. inſi. Et dicunt quidam quod nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij, ſed prorſus ineffi cax propter ingreſſum. Alij quod penitus ſoluitur per matrimoniũ & hoc eſt receptius vt plene not. in c. a. de conuerſ. coniug.

K Diuerſum, &c. Sumitur hic §. ex extrauag. Ioan. xxii quæ incipit. Antiquo vbi copioſe ſcribitur per Gloſſatores ſuper ratione diuerſitatis. Licet aũt matrimonium non ſoluatur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, tamen matrimonium nõ impedit, quominus character imprimatur, ſed ſolum ordinis executio, ut in d. extrauag. Antiquæ. & ſic eſt caſus in quo ſacerdos, etiam apud Latinos põt habere vxorem, quod procederet ẽt ſi matrimonium eſſet conſummatum, quia nihilominus imprimeretur character. fac. not. per Inno & Abba. in cap. placet, de conuerſ. coniug. & in cap. a. eod. tit.

Diximus

nico religionis ingreſſu, poſt aliq̃ per verba de pręſenti deſponſatam, ſacros ordines ſuſceperit: quamquam enim votũ per ſacri ſuſceptionẽ ordinis firmatũ, ad impediẽdũ matrimoniũ futurum, ac dirimendum poſtea contractũ, habeatur efficax, ad diſſoluẽdũ tamen prius contractum etiam non cõſummatũ, inualidũ cenſetur. Ideoq; talium ordinũ non obſtãte ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci nõ valeat, & ſponſa eius inſtiterit contractum matrimonium conſummare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

Cultus diſparitas, & creatoris cõtumelia, ſũt iuſta cauſa dirimendi: & quod facit Papa, Deus cenſetur facere. h.d.

Sed & ſi inter infideles matrimonio contracto ſequuta copula fuerit, ſi alter, q̃ i in fidelitate permãſerit, velit a fideli diſiũgi, aut non niſi cum contumelia creatoris, cũ altero cõmorari, licebit Chriſtiano nõ modo matrimoniũ diſſoluere, ſed ẽt (vt ſupra diximus[a]) alteri ſe matrimonio iũgere. Quibus caſib. [b]cũ auctoritate, ſedis Apoſtolicę, et Romani Põtificis, [c]matrimoniũ diſtrahatur, non iam humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium diſſolutum intelligitur.

Ob coeundi impotentiam, diſſoluitur matrimonium, h.d.

Itẽ ſi qs ignorãs[d] virginẽ in vxorẽ duxerit, q̃ adeo arcta ſit, vt mulier fieri[e] nõ poſſit vel ſimile vitiũ a natura [f]cõtraxerit, vt ope medicorũ[g] nõ poſſit adiuuari: Aut mulier vitũ acceperit, q̃ adeo frigidæ ſit naturæ, vt ei dẽ carnaliter commiſceri non poſſit; poterũt innicẽ ſeparari,[h] & q̃ matrimonio aptus erit ad ſecũdas nuptias liberè trãſitũ facere

Putatiua impotentia coeundi non diſſoluit cõiugium, h.d.

Si quis tamẽ coeundi impotentiam cauſatus poſt ſeparationem aliã acceperit, aut ea, quã arcta putabat, aliquem inuenerit, quæ ibi ſeras reſeraret, vtroq; caſu poſt pactã pænitentiã, ad priora coniugia redire[i]

a diximus §. pen. de ſponſal. §. ſi tñ. ſup. de tripl. cogn. §. itẽ ſi alter, ſupra quæ matrim. imped. poſſ.

b Quibus caſibus. Reſpondet tacitæ obiectioni quæ poterat fieri d. c. quos Deus. 33. q. 2.

c Pontificis. Et ſic not. quod dr̃ fieri auctoritate Dei, quod fit auctoritate papæ, q̃ eſt verum ſi iuſta cauſa faciat 24 q. 1. c. quodcumque, & q. 3. c. ſi quis nõ recto indicio, & facit ca. inter corporalia. de translat. Sed cũ diuerſum ſit de eo, qui cum ſit Chriſtianus labitur in hæreſim, uel in alium errorem gentilitatis: quia tunc non diſſoluitur matrimonium, nec poteſt remanens in fide alteri nubere, cap. quanto, & ca. gaudemus, eo. & §. inter ſi alter ſupra, quæ matrim. imped. poſſ. quæritur an Papa, & eccleſia poſſit hodie, conſtituere, ut altero fidelium in hæreſim labente, poſſit fidelis ad alia uota tranſire? Hoſt. quod ſic, exemplo infidelium, inter quos etiam eſt verum matrimoniũ, ea de infidelibus. de conſang. & affinit. eodem modo videtur quod poſſit ſtatuere inter fideles; Nam ratificatio matrimonii, quæ eſt inter fideles, cauſatur ex ſacramento baptiſmi, dicto cap. quanto, ergo poteſt eccleſia aliter ſtatuere? Sed de hoc ualde dubitat Abbas, in capit. ex parte ſecundo, de conuerſi. coniug. & uide ibi per eum

d Ignorans. Videtur ergo innuere hæc litera, quod impedimentum dirimens matrimonium debeat ſubeſſe tempore contracti matrimonii. Sed ſi tale impedimentum accideret poſt contractum matrimonium, licet nondũ cõſummatum, non tribueret facultatem dirimendi: putat tñ Abb. in c. ex literis, de frig. & malefi. quod eſſet cã legitima, ob quã Papa poſſet illud ſeparare, ſi multum timeãt de incõtinẽtia ſani.

e Mulier fieri. i. cognoſci: nam virgo prędicatur de fœmina non cognita, mulier de cognita, licet interdũ virginis appellatione intelligamus de ea, quæ nõ eſt nupta, licet ſit impudica, inſtitu. de publi. iud. §. itẽ lex Iulia, iuncta gl. in verbo uidua & Poeta.

Ah virgo infælix quæ te dementia cepit.

f A natura Idem ſi ab accidẽti, dũm modo matrimoniũ præcedat c. conſultationi, & c. ex literis, vbi no. per gl. et Doct. de frigid. et malefic.

g Ope medicorũ. De hoc dic vt ſupra quæ mat imped. gl. §. item frigiditas, & in ca. ex literis. de frig. & malefic.

h Separari. Et poteſt ſeparationem petere etiam is, a quo impedimentum prouenit, ut per Doc in c. 1. de frig. & malefi. Sed intra, quantũ tempors ſeparat ſi peti poterit? Reſpon. ut no. per Abb. in c. 1 & ca. laudabile. de frigid. & malefi

i Redite. Capitu. fraternitatis, de frigid. et malefic. & intellige hoc aliquando eſſę primo cognoſcibilis. Nam ſi primus eſſet adeo mentuloſus, & in ſtru-

compellendi[a] erunt.

Quamquis duxit uel retinuit ſciens copula non idoneam, habebit ut ſororem, ſi non poteſt habere velut vxorem. h.d.

Plane ſi ſcienter quis cum ea, quæ maribus impotens eſt cõmiſceri, matrimonium cõtraxerit, vel alterius cõperta poſtmodum impotẽtia, ſimul morari conſenſerit, his caſib. Eccleſia[b] iudicare conſueuit, ut quas viri tãquã vxores hẽre non poſſunt, habeãt ut ſorores.[c]

Ob fornicationem carnalem, uel ſpiritualem nõ ſoluitur matrimonium, ſed ſit ſeparatio tori, h.d.

Sæpius[d] tamen accidit, vt matrimonii remanente ſacramento, tori tantum[e] fiat ſeparatio,[f] ut puta ſi alter coniugum carnaliter[g], vel ſpiritualiter fornicatus fuerit, quibus caſibus matrimonium minime aboletur, ſed ſibi ſunt inuicem coniuges,[h] etiam ſeparati.

Pendente iudicio ſuper adulterio, non habet locum ſeparatio, tori. h.d.

Sed & ſeparatio, non inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, faciẽda erit ſed ꝓbata pacta. Interim.n. pendẽte iudicio, cõiugum alteruter, iure, ꝙ hẽt ĩ altero priuari nõpoterit.

Facta ſeparatio thori ob fornicationem carnalẽ poſt emendationem non compelluntur coniuges ſe, reſumere. ſecus ſi ob ſpiritualem, niſi alteruter velit monaſterium ingredi. h.d.

inſtrumentum genitale haberet ita groſſum, quod nunquam poſſet deflorare mulierem ſine periculo mortis, ſecundus ob ſuam gracilitatem poſſet eam cognoſcere, tunc non eſſet reſtituenda primo, licet per frequentem uſum cum ſecundo habitum ſit apta redditu primo, Ita utrumque Ab. in c. fraternitatis. de frig. & maleſic.

a Compellẽdi erunt. Quia cognita ab uno pſumitur cognoſcibilis ab alio, ſecundũ Docto in c. fraternitatis, de fri. & maleſic.

b Eccleſia Ergo & nos ſic iudicare debemus, vt c. in cauſis de re iudi. de quo d. c. ut habetur in c. conſultationi, de fri. & maleſi. Vnde ſumitur.

c Vt ſorores. Id eſt, ſecum caſte viuent uelut cũ ſororibus. Nam ſicut ueri coniuges poſſunt promittere continẽtiam ſimul morando 34 q. 5. ca. quod Deo. Ita & iſti morari ſimul poterunt in cõtinentia. fac. t capitulo omnino, 31 diſtin. ubi coniuges, cũ q̃bus Apoſtoli non exercebant carnale cõmercium, appellãtur ſorores. Et not. ꝙ cũ huiuſmodi impotẽtib. non poteſt conſiſtere verum matrimonium. Nam deſinunt cauſæ inſtitutionis matrimonii, nam nec ob ſpem ſobolis, nec ut uitetur fornicatio, poteſt tale matrimonium prodeſſe. Vnde ſi is, qui contraxit cum impotente, cum alia poſt contrahat, tenet matrimonium cum ſecunda. Simile in eo qui contraxit cum minore, cam licet ſit obligatus ad expectandum, capitulo de illis de ſponſ. tamen ſi cum alia contrahat, tenet matrimonium, teneretur tamen primæ tribuere alimenta, & alia neceſſaria, ut per Ab in c. conſultationi, de frig. & maleſi. facit c. laudabilem, eo. ti. & c. 2. eo.

d Sæpius. Cum dupliciter ſumatur diuortium, vt ſupra eo in prin. Huc uſque dixit de diuort. iuxta primam acceptionem, id eſt, quatenus eſt ſeparatio matrimonii; nunc iuxta ſecundam, id eſt, quatenus eſt tori ſeparatio, & concord. cum hoc capitulo c. ex litteris. eo. & c. interueniente, 32. q. 6. & q̃ ibi no.

e Tori tantum. Contra eos, qui dicebant inno-

centem non eſſe ſolutũ ab obligatione reddendi debitum; ut no. Abb. in c. 2. eo.

f Separatio. Quæ interdum eſt perpetua, interdũ temporalis, ut no. in c. interueniente, 32. q. 7.

g Carnaliter. Sed an ob uitiũ Sodomiticum poſſit fieri talis ſeparatio? Reſp. utilatẽ per In. & Ab. in c. 1. & in c. maritus de adult. & not. in c. omnes. 32. q. 7.

h Coiuges. Quia uinculum coniugii ſemel contractum, & habitũ numquã amittit uiuentibus cõiugibus 32 q. ca. 2. & c. 3. Sicut nec baptiſmũ, nec ordo 1. q. 1. ca. quod quidam verſi. cũ videamus. & facit hoc ad quæſ. an Lazarus, & alii reſuſcitati recuperẽt uxores & liberos, d̃ quo p Ab in c. fraternitatis de frig. & maleſi. & in locis ibi p eũ, & alios allegati.

i Separari. Not. tamen, quod ſlata ſententia alter coniugum q eſt innocẽs non poſſet continere, deberet matrimonium redintegrari ſecundum plurium opi. ut not. 32. quæſt. 7. capi. Apoſtolus. & p Abba. & alios, in cap. ex litteris. eod. licet quidam contra.

K Peracta. Id eſt finita per condemnationem rei. Mod. in l. tranſact. ff. de uerb. ſig. Et ſic nota, quod non ſufficeret probatio. ſententia non lata quod tenet Ala. Ioan. And & Ab in c a. ut lit. pet. unde ſumitur. Ant. de Butr. & Sicul. tenent, quod & poſt concluſionem in cauſa cum tunc inducatur notorium quod ſnīæ æquiparatur, facit c. cum olim, de verb. ſig. fac no. in c. ſignificauerunt, de teſt. & per Inn. in c. paſtoralis, de cauſſ. poſſ. & prop. & no. in c. cum dilectus, de fid. inſtr. dic ut in d. c. a.

l Non poterit. Sed contra c. tenor, de re iu. & cap. veniens. de reg. ubi lite pendente interdicitur, carnale commercium. Sol. in contrariis contractum fuit matrimoniũ lite pendẽte. Et ſic poſſeſſio non erat iure approbata, hic lis reperit coniuges in quieta poſſeſſione. ita per Abb. in c. 2. lit. pend. Item cõtra d. c. libertas, de reſt. ſpol. & in c. inquiſitioni, de ſent. exc. Sol. hic in iudice in cõtrarius in parte, ut per Abb. in d. c. a.

Intereſſ.

Multum autem intereſt[a] vtrū ob carnalem, an vero ob ſpiritualem fornicationē tori ſit facta ſeparatio. Primo n. caſu maritus adulterā uxorē, et emendatā, niſi[b] & ipſe ſimili fornicatione pollutus fuerit, recipere non compellitur[c], ſed fornicatrix in clauſtris cū religioſis mulierib. ad perpetuam agendā pænitētiā erit collocāda. Secundo uerò, ſi fornicatus ſpiritualiter ab infidelitate reuertiť, cogetur[d] q̄ in fide remāſit, illū reſumere,[e] niſi & ipſa ad religionē tranſitū facere uoluerit, qđ ēt nolēte uiro[f] ad fidē reuerſo, exequi libere poterit.

Regulariter uxor, & vir non poſſunt diſiungi, vt alter ſumat ſacros ordines, aut miniſterium ingrediatur, fallit hoc in caſibus præcedentibus, & ſequentibus.

His exceptis[g] caſib. altera coniugū, altera in ſæculo remanēte, nec ad ſacros[h] ordines, nec ad regularē ſuſcipiēdus eſt obſeruātiā, niſi forte remanēs eius ſit ætatis, ut ſine ſuſpicione incōtinētiæ[i] ualeat in ſæculo remanere. aut ipſam cōtinētiā uouere uoluerit, Alioquiquā quam de uxoris licentia[k] monaſterium quis ingreſſus fuerit, & profeſſionem fecerit[l], nō uxor ad continentiam cogi, ſed uir ad uxoris torum euocari poterit, niſi poſt coniugis ingreſſum fornicata[m] fuerit, aut ſe inuicē conti

a Intereſt. Habes hic unam differentiā inter ſpiritualem, & carnalem fornicationem, de aliis uide per Ant de But. in c. ſi. de conuerſ. coniug. fac. c. ꝓpoſito. & quod ibi no.

Delicta cōiugum compenſatione tollūtur.

b Niſi. Paria enim delicta mutua cōpenſatione tolluntur. 32. q. 6. c. nihil ca. pen. & c ſi ubi late tradiť đ adul. l. uiro. ff. ſolut. ma tri. cū allegatis ī c. ſignific. eo. Et amplia hoc etiā ſi delicta eſſent differentis qualitatis puta ꝙ adulterium uxoris eſſet notoriū, & Viri eſſet occultū Ab. ind ca ſignificaſti, Hoc tamē non ꝓcedit quo ad vindictā publicā, ut p Abbas ī c. s. de iiur. & per eundē in c. cū olim. in fin. de reſtit. ſpol.

c Non compellitur, etiam ſi ei occaſione adulteriū cōmittendi, maritus dediſſet c. ex literis. eod. Nec enim ꝑtextu paupertatis, vel alterius incōmodi turpiter agere debuit leg. palā. §. non eſt. ff. de ritu nupt. Immo potius đbuit omnia mala pati 23. quæſ. 5. c. ita ne niſi maritus fuiſſet & cauſa immediata, puta, quia duxerit eam ad committendum adulteriū, & præceperit, ut per Ab. in c. ſignificaſti eo. & per eundem in c. diſcretionem, de eo qui cogn. conſā. ux. ſuæ. Et ſic amplia ſupradicta alio modo, ut ꝓcedat etiam ſi t adulterium eſſet commiſſum in ſigura matrimonii, c. conſtitutus, de conuerſ. cōiug.

d Cogetur. An autem ſedes Apoſtolica poſſit hoc immutare, dando licentiam quod is, qui remanſit in fide, poſſit ad alia uota conuolare per Abb. & alios, in c. ex parte. 2. de conuerſ. coniug.

e Reſumere. Cap. quanto, & c. gaudemus eo. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio inter carnalem, & ſpiritualem fornicationem? Reſpon. ut not ſupra quę matri impe. poſſ. §. nec refert. Vel dic, ꝙ ſpiritualis fornicatio per regreſſum ad gremium eccleſiæ penitus aboletur, ſed fornicatio carnalis nullo pacto poteſt aboleri ſemel commiſſa l. 1. C. de rap. virg. & 30 q 5. c. ſi Paulus. l in bello, §. factæ, ff. de c. & poſtli. reuer.

f Nolente uiro cap. ſi. de conuer. coniug.

g His exceptis Huius. §. materia ſolet reputari valde intricata, pro cuius elucidatione, uide late per Abb. in c. 2. de conuerſ. coniug. & per eundem in c. tua nos. 2. de iureiu.

h Ad ſacros Sed nunquid ad minores? Et uidetur arg. l. cum prætor. ff de iud. & diſt. 25. cap. qualis. Contrarium uidetur verius cum coniugati ꝓmoueri non debeāt c diuerſis fallaciis, de clericis cōiug. & promoti ſunt priuandi beneficiis ut ca. 1. eo. u fac ca ſi de tempo. ordi. ubi ponitur pęna ordināns coniugatū, Sed quid ſi inuita, uel ignorante uxore fuit promotus ad ſacros ordines, nūqđ illa defuncta cōtinere teneať Goffr quod nō Hoſt. Ioann. Andr. Abbas & magis cōmuniter, cōtrarium tantū, quod ſi iterum nuberet, non teneret matrimoniū, argu. contra, in ca. placet de conuer. cōiuga. & in §. ſeq. Solut ut per Ab. in dicto capitul. placet.

i Incontinentiæ. Sed quid ſi nō ſit ſuſpecta de incōtinētia, ſed ā aliis maiis moribus. Puta ꝙ ſiet incātatrix, malefica, aut uſurar a, nūquid hoc caſu maritus poſſit ingredi religionem, uxore uouente continentiam. Ioann. Andr. negat, licet fateatur tenere ingreſſum, ſi contra fiat, ut ꝑ Abb. in capitu. ad Apoſtolicam, de conuerſ. coniugat.

k Licentia. Et ſic nota, quod non ſufficit ſola licentia, niſi concurrat & uotum continentiæ. cap. 1 & cap. cum ſis, & cap. ad apoſtolicam, de conuerſ. coniugat. Sed contra uidetur capitu. Agathoſa. 27. q 2. Sol Secundum Innocent. quod id quod hic dicitur, fallit in caſu illius Canonis, ſcilicet quando uxor commiſit adulterium, tunc enim cum maritus ſolutus ſit a ſeruitute uxoris, quæ non poteſt debitum exigere, libere poteſt ingredi religionem, ſequitur Abb. in dicto capitu. cum ſis.

l Profeſſionem fecerit capitul. accedens, de conuerſ. coniug. An autem iſte, qui non ſeruatis ſeruandis profeſſus eſt, poſſit egredi propria auctoritate, uide per Doctor in d. ca. accedens. & in capi. quidam. eo ti.

m Fornicata ca. ueniens de conuerſione coniugatorum.

nentiam promittendo abſoluerint.[a]

Qui inuita uxore ingreſſus eſt monaſterium & ab eadem uxore ad eam redire fuerit coactus, ea mortua non cogitur rurſus in monaſterium reuerti. ſed non poterit amplius uxorem ducere h.d.

Quæſitũ tamẽ eſt, ſi quis vxore iuita monaſteriũ intrauerit, & repetitus ad eã redire coactus[b] fuerit, an eadẽ mortua cogẽdus ſit ad monaſteriũ reuerti, an vero aliã poſſit in vxorẽ ducere. Et in hac ſpecie rñſum eſt uotũ q dẽ ñ tenuiſſe, & ppea ad monaſteriũ redire minime illũ teneri[c]. Sed cũ ingrediẽdo monaſteriũ, debitũ ſe nõ exacturũ pmiſiſſe uideat, vlterius vxorẽ ducere ñ poterit[d]. Cũ id vouere ĩ ſua poſitũ volũtate[e] fuerit.

Ingreſſus monaſterium uxore non cõtradicente, illa mortua non poteſt exire. h.d.

Quod ſi quis[f] ſciente vxore, nec contradicente[g] vitam profeſſus fuerit monachalem, vxorem poſtmodũ defuncta, nec habitum, quem ſemel aſſumpſit, abiicere, nec aliquã ſibi matrimonio copulare poterit. Matrimoniũ quoque temere cõtractũ dirimẽdũ[h] erit.

Profeſſio facta conſentiente vxore, idem operetur quod ingreſſus. h.d.

Quod in eo qui conſentiente[i] vxore profeſſus fuerit multo magis obtinebit, quãquã monaſterium nunquam ingreſſus fuerit.

Quæ credẽs uirũ eſſe mortuum religionẽ eſt ingreſſa a uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reuerti ad monaſterium, licet id ſibi expediat. h.d

Quid ſtatuemus[K] leea, quæ credens maritũ mor-

a Abſoluerint. Capit dudum. de conuerſ. coniug. quo caſu ſi ſe redintegrauerint maxime propria auctoritate, proles nata eſt illegitima, ut no. in ca. miniſtri diſt 81. & per Innoc. in c. dudum, de conuerſ. coniug & per Abb in c tua nos, a de iureiu.

b Coactus. Nota quod quoad quid uxor habet in poteſtate maritum, cum habeat maiorem poteſtatem corporis mariti, quã ipſemet. c. non dẽt. de conſang. & affinit & ſic uxor non eſt ſimpliciter in poteſtate uiri. ad hoc leg. ſi uxorem, C. de cõd. infert ubi not. Plus tamen obligat uxor marito, quam contra cum reſpectu ſeruitiorum ſic quaſi famula mariti. 31. q 5. c. hæc imago, & c. mulierem & per Abb. & alios, in c 3. de conuerſ. coniug.

c Teneri. Scilicet taliter ut poſſit ab eccleſia compelli ſecũdum quoſdã, peccat tamen ipſe ſi nõ perficit quod uouit, ex quo impedimentum ceſſauit, argu 17. qu. 1. capit nos nouimus. Sed Abbas contra, quod immo nullo modo peccat, quia tale uotum reſpectu ingreſſus monaſterii fuit nullũ, cum tunc non haberet conſenſum habilem ad ſe obligandum, & uenire contra factum proprium, licet quando tale factum non tenuit ex defectu poteſtatis ut per Abb in c noſtri de elect. Vnde requiritur conſenſus de nouo, fac. quod in ſimili not. in c propoſuit, de coniug ſeruo. Et eſt hoc quod hic habetur mirabile. ſm Abb in c. 3 de conuerſ. coniug. Scilicet quod ubi uotum impeditur aliquo facto intrinſeco, uotum non obligat ad implendum etiam ceſſante impedimento. Et ſic ho: ad q Verum filiusf. teneatur exequi votum poſtquã fuit patria poteſtate liberatus ſi eſt tale, q non potuit ſine conſenſu patris emitti. de quo vide in c ſcripturæ de voto. Item nota ex hac littera, q etiã in materia voti valet illa regula. Si quod ago non valet vt ago, valeat vt valere poteſt.

d Non poteſt. Sed quid ſi duxerit, an tenebit matrimonium? Quidam, ut Ant. dicunt, tutius eſſe tenere, quod matrimonium non ualeat, quia licet hoc uotum uideatur ſimplex, tamen quantum ad continentiã ſeruandam cũ fuerit determinatum ad certã religionẽ approbatã, uidetur ſolennizatũ. Sed hoc nõ placet Abb. in c. 3 de conu. coniug quia ca. uni de uoto. in 6 requirit, quod uotum ſolennizetur per profeſſionẽ tacitam, uel expreſſam, & ſic q iſte uouens ſit effectus religioſus, quod non eſt i caſu noſtro, cum paria ſint non profiteri, vel inualide profiteri, argume. capitu. 2. de tranſlat. prælat. unde tenet ualere matrimonium quod ſacta admitti poteſt maxime cum declaratione gloſſæ ibi, ſ. quod ipſe debitum ab vxore non poſſit exigere, licet cogatur reddere, argumẽ. c. litteras, de reſti. ſpol. & c. inquiſitioni de ſent exc.

e Voluntate. Vnde non poterit cõtra factum proprium a ſe dependente amplius uenire. argu. not per Abb. in ca. noſtri, de elect. c. quod ſemel. de regu. iu. in 6. cum ibi congeſtis.

f Quod ſi quis. Hic uerſiculus ſumptus eſt ex c. conſuluit. de conuerſ. coniug. ſecundum communem intellectum vt declarat adiectio quorundam verborum.

g Sciente, nec contradicente. Ita communiter intelligitur tex. in c. conſuluit, de conu. coni. licet dentur & duo alii intellectus quo uidentur prorſus diuinatiui.

h Dirimendum. Cap. 5 & cap ex parte 1. de conuerſ coniug.

i Conſentiente. Et conſequenter etiã continentiam uouente, ſi fuit certiorata de iuris communis diſpoſitione, ſecundum Abb. in c. 2. de conu. coniug & no. in c ex parte 1 vbi Abb co. ti.

K Quid ſtatuemus. Dixit ſupra de altero coniugum conſentiente, item de inuitos item de ſciente, & diſſimulante, nunc de errante. fac. c. placet de conuerſ coniug.

Conſul-

tuum, habitum religionis aſſumpſit, an ſi eo reuerſa, de monaſterio educta fuerit, poſt obitum uiri ſit ad regularem obſeruātiam compellenda? Et quidem huic conſultius[a] ad ſalutem fuerit, ſi ad monaſterium redeat: ſed ſi ab hoc perduci non poterit, cogenda non erit.[b]

Etiam altero coniugum inuito poteſt quis vouere peregrinationem, h.d.

Licet autem[c] alter coniugum altero inuito religionis uotum non poſſit aſſumere, viri tamen, etiam præter uxorum[d] aſſenſū, peregrinationis ad terram ſanctam propoſitū vouere, & implere[e] liberè ualent.

Vxor non plene certificata de morte uiri, cōtrahere non poteſt, quamuis continere nequeat, h.d. in ſumma.

Et quamuis illi diutiſſime in peregrinatione cōmorentur, uel etiā ab hoſtib. capti[f] nuncientur, donec certum nuncium[g] de uirorū morte vxores non receperint, ad aliorū cōiugiū conuolare non poterunt,[h] quāuis vt certiorarentur magnam adhibuerint diligentiam,[i] & eius ætatis ſint, & fragilitatis, vt continere nequeant.[k]

Agenti petitorio ad coniugem obſtat conſanguinitatis exceptio ſecus ſi poſſeſſorio: quia antequā de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conuentus excipiens iuret de malitia, & probationes habeat in promptu, quo caſu fiet reſtitutio quo ad alia, non quo ad copulā. h.d.

a Conſultius. Ca. placet, de conuer. coniug. & no. t a. quod lex conſulit, vt no. in l. legis. ff. de legib.

b Non erit. Quia uotum emiſſum tpe inhabili non obligat tpe habili, quia paria ſunt nullum, & minus efficax c. 2. de transl. p l. & tangitur ſup. §. pxi. in notula ſuper uerbo teneri.

c Licet aūt. Cum hæc littera ſumpta fuerit de c. ex multa, §. in tātā, de voto, & vot. redēp. & vt ibi no. continet ſpecialiſſimū caſū in quo uir poteſt emittere votū prēter licentiam uxoris. contra c. quod Deo. 32. q. 5. & 27. q. 2. ca. ſi tu abſtines. Et forte poſſet teneri, q hodie non ſit uerum qđ hic dr, quia tēpore quo fuit promulgata decretalis illa ex multa, Terra ſancta erat in ptāte Chriſtianorum, licet multū obſideretur ab infidelibus. Vnde ad ſubſidiū ferendum in illa magna neceſſitate inducit ſummus Pōtifex, ut uiri poſſent vouere peregrinationem ad Terrā ſanctam pter uxorum licentiā, ut apertiſſime colligitur ex d. §. in tanta quoq; neceſſitate, & per totā illam decretalem. Vnde ille. §. dēt capere interpretationem a pcedentib. & conſequentibus, l. ſi ſeruus plurium, & l qui filiab. ff. de le. 1. & a præfatio. nib l. fi. ff. de hær. inſti. Quæ ratio ceſſat hodie, cum Terra ſancta abſolute ſit in manibus infidelium; nec eo uadant Chriſtiani gratia alicuius ſubſidii ferendi, ſed ſolum ex deuotione. Vnde ceſſante cā, & rōne, &c. c. cum ceſſante de app. Sed hac rōne non obſtante, quod ēt hodie habet locum quod hic dicitur, & in dic. §. in tanta, & ita declarat conſuetudo quæ eſt certa legum interpres, l. ſi de interpretatione cum ſeq. ff. de legib. & forte ſupra dicta ratio non fuit finalis. ſed impulſiua, quæ non facit ceſſare effectum, l. 1. § ſextum, ff. de poſtul.

d Præter vxorem. Sed an monachi præter conſenſum Abb. Dic ut tradi. in c. ſi de uo. & uot. redē.

e Et implere. Non tamen uxores tenentur uiros ſuos ſequi. Abb. in d. c. ex multa, de uoto. & in c. de illis, de ſponſ.

f Capti. No. q de iure canonico per captiuitatem non ſoluit matrimonium, licet aliud ſit de iu. ciu. concor. c. in pſentia, de ſpon. vnde ſumitur, & capitulum dñs de ſecun. nup. l. non ſicut, ff. de capti. aliud in ſponſ. c. de illis, de ſponſal.

g Certum nuncium. Vr ergo quod per vnum teſtē probari poſſit mors, qđ ſatis admitti pōt qñ non agitur de magno pīudicio, alioqui qūo ſit mors probada, dicitur per Bar. in l. ſi quidem, C. ſol. matr. & in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſt. ape. & per Abb. in c. in pſentia, de ſponſa. &c. qm frequenter, §. 1. in fin. ut lit. non conteſt. Circa qđ licet multa, & varia per Doct. dicātur in uariis locis Ab. tamen in d. c. in præſentia, putat arbitrio iudicis remittendum, quando dicatur mors probata.

h Non poterunt. Si tamen nō bene certioratus, vel certiorata contraxerit matrimonium, non debet ppea illico ſecundam dimittere, uel ſecundum, ſed dēt debitum reddere, non aūt exigere, ut per Ab. in c. dñs, de ſecun. nup. quod intellige ubi uteriſimiliter dubitatur de morte prioris.

i Diligentiam. Nota ergo, q non præſumit quis mortuus etiam ſi ſit magna adhibita diligentia ignoretur ubi ſit, & ita amplia quod habetur in l. ſi. de ſacroſ. eccle. Sed an in adhibenda hac diligentia, ſeruandus ſit tenor auth. hodie, C. de repu. Reſp. ut habetur per Abb. & alios, in ca. in præſentia, de ſponſ.

k Continere nequeant. Nota, quod prius tolerandum eſt periculum quod lædatur matrimonium non in figura matrimonii, quam ſub ſpecie matrimonii, fac. quod habetur in cap. nuper, de biga. & ſupra qui promo non poſſ. §. aliud, ubi grauius peccant clerici qui fornicantur in figura matrimonii, quam qui non ſub tali figura fornicantur.

Ergo

Ergo[a] niſi legitima ſubſit exceptio, cõiu gib. temere diſiũcti, alteri alterius repetẽdi ſuper integrum ius manet[b] Erit aũt legitima exceptio, cũ aliquis cõſanguinitatis[c] gradus obiicitur, quo q dẽ caſu, licet ſit petitorio iudicio actũ ſi antea de ipſa exceptione[d] cognoſci debeat, ſi tamẽ poſſeſſorio quis experiatur, antequã de conſanguinitate diſcutiat, plenaria erit facienda reſtitutio[e] niſi is q cõuenitur, & de malitia iuret[f] & ſup exceptione prõptas ꝓbationes[g] offerat. Quo caſu excepta carnali cõmixtione tãtũ quo ad reliqua reſtitutio[h] faciẽda erit.

Si mulier reſtituẽda timeat ſæuitiam viri, debet ab eo præſtari cautio, & ſi ea non præſtetur ſufficiens, dum cauſa plene cognoſcitur, vxor eſt deponenda in loco honeſto, & tuto. h.d.

Prçſtãda tamẽ erit idonea cautio[i], ꝗ nullã reſtitutç[k] violẽtiã[l] vir inferet: Qđ ſi tãta ſit viri ſæuitia, aut odio tã capitali[m] vxorẽ ꝓſequať, vt trepidãti mulieri[n] ſufficiẽs[o] ſecuritas ꝓuideri neqat, vſq; ad cãæ deciſionẽ alicui ꝓbæ, honeſtæ mulieri ſtudioſius

a Ergo. Inceptiuè, & reaſſumptiuè.

b Ius manet. Sed numquid iſtud erit verũ etiam ſi vir a ſe repulerit vxorem. Et non uidetur, cum ſeipſum hoc caſu ſpoliarit: argu. 27. q. 2. c. Agathoſa. & hoc tenuit magiſter Abbatis Antiqui. Communiter contra Necobeſt quod expellens animo amittẽdi poſſeſſionem perdit eam, etiam ſi habeat animum recuperandi. l. ſi quis ui. §. differẽtia, ff. de acquirend poſſeſſio. quia ſecundũ Hoſtien. ꝛ hoc eſt priuilegiata poſſeſſio de qua agimus. Vel ſecundum Bu. tt. hoc caſu poſſeſ. eſt coniuncta proprietati non abdicabili nuda uolunrate. Sapit ergo hęc poſſeſſio naturam proprietatis, vt non perdatur, ſalte irreuocabiliter: vt per Abba. in c. litteras de reſt. ſpol.

c Conſanguinitatis. Quod ꝓcedit etiam ſi a principio opponens ſciuiſſet conſanguinitatem, qua licet allegat turpitudinẽ ſuam, excuſatur tamen, & admittitur ad hanc allegationem ratione peccati vitandi, & declinandi periculum animæ, c. latot, de re iud. ca. conſanguinei, & c. tenor, & c. præterea de ſpon & per e. b. in c. litteras, de reſtit. ſpol.

d Exceptione Tamquam peremptoria, ut habetur in c. 1. de ordi. cogni.

e Reſtitutio, capitul. ex conq; quæſtione de reſtitut. ſpol.

f Iuret, hoc eſt vot. quod licet in cauſa matrimonii, & aliis cauſis ſpiritualibus de calumnia, ſiue malitia non iuretur iuratur tamen de calumnia ſuper exceptionibus poſtea emergentibus, ſi tamen per eas alterius ius aliquo pacto impugnetur. c. cum dilecti, de elect. ca. ſi qui ma. accuſ. poſſ. cap. præſentium. de teſti. le. qui bona §. ſi quis ſtipulatus, ff de da. infect. De quo dic, ut per gloſſ & Abb. & Doct. in cap. litteras de reſtit. ſpolia. vnde ſumitur.

g Promptas probationes, Id eſt, intra breue tempus; nec enim mora modici temporis excluditur, c. exhibita de iud. l. quod dicimus, & lectum. ff. de ſol. l. ſi debitori ff. de iud. Nec requiritur quod quis habeat probationes, quaſi in ſinu: vt per Abb. in c. litteras, de reſti. ſpol.

h Reſtitutio, Nota ergo, ſoluitur reſtituendum non obſtante, quod reus offerat probationes incontinenti ſuper iure ſuo; & licet hic non fiat reſtitutio ad copulam, hoc fit gratia peccatum uitandi quo reſpectu, & alia ſpecialia admittuntur. Sed contra de leg. 3. §. ibid ff. de exhib. Sol. ibi in poſſeſſorio adipiſcendæ, hic recuperandę, de hoc tamẽ latiſſime per Legiſtas, in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſ.

i Idonea cautio. Scilicet mediantibus pignoribus, & fideiuſſoribus leg. ſi mandato. §. fin. ff. mand. leg ergo, §. adiici ff. de fideiuſſoribus lege ſi mandato. §. fin. ff. mandat: l ergo, §. adiici. ff. de fideicomm. libert. Nuda vero cautio, & ſimplex erit interuentu ſtipulationis leg. ſancimus, vbi de hoc traditur. Codi. de verbo. ſignific. Ad hoc quod not. in capit. gr'a fronte, de appel & in c. 1. de ſeq. poſ. & fruc. & quod nota. in cap. de benedictio 33. q. 1. fac. capi. literas in fi. & c. ex tãſmiſſa. de reſtit. ſpol.

K Reſtitutæ. Etiam quod reſtituta propria culpa receſſerit a uiro ſuo; puta q a cõmiſit adulteriũ: quia adhuc non eſt reſtituenda ſine idonea cautione: ut per Abb. in c. litteras. & in c. ex tranſmiſſa. de reſt. ſpol. Hæc. n. cautio præſtatur ex noua cauſa, hoc eſt ob ſæuitiam, quæ timetur fac. c. de benedictio. cum ibi no. 33 q. 1.

l Violentiam. No. hoc uerbum, quia cautione nõ obſtante poterit maritus uxorem leuiter caſtigare, ſicut & prius poterat, iuxta ea, quæ habentur in c. quem admodum, de iureiur. Quia tunc non diceretur inferre uiolentiam, cum id iure permittẽte faciat? arg. 33 q. 2. c placuit & 22. q 4. capitu qui peccat. & l. Gracchus, C. de adult.

m Capitali, Vt quia oderit ad mortem, quam forte aliquando fuit comminatus, de quo in ca. cum oporteat. de accuſ in c. bonæ 2. de elec. per Bald in c veniens. de iureiu. per Ab. in c. accedens, vt lite. non conteſt. per Legiſtas, in le. 3. ff. de teſtib. & in l. 3. §. ſi ff de alimen. leg. in l. licet. ff. de arbitris.

n Mulieri. Quid dicemus per contrarium ſi maritus vxorem timeat, an uxor cauebit, item q id ſi maritus timeat uxorem inſidiantem uitæ ſuæ, an poſſit illam dimittere? Reſpond. affirmatiue, ut per Abb in c. 1 eo.

o Sufficiens. Cautio. n. ſaluiconductus eſt ſatis fragilis c. accedens, ubi Ab. ut lit. non cont & c. literas de reſtitu ſpol. & ſatiſdatio non mutat animũ maleuolũ. inſtit de ſuſpect. tuto §. nouiſſime.

Com-

cuſtodiēda cōmittitur[a] in loco, vbi vir vel eius coniuncti mulieri nullam poſſint iniuriam inferre.

Ob ſolam traductionē mulieris ad domū, nullū ius oritur īpeditmū ſequētis matrimony h.d.

Et hæc q̄dē obtinent, ſecuto inter viros, & mulieres matrimonio[b]: cæterū ſi nullius præcedentib. ſponſalibus, vel legitimo cōſenſu, mulier, ad viri domū iam traducta, poſtea abſcedens alii forte nubere voluerit nulla facienda erit reſtitutio[c].

Qui viuēte vxore ēt ab eo ſeparata quoad torū ſecunda cōſciā duxit uxorē, ēt 1. mortua ſeparabitur 2. ſed cum alia cōtrahere poterit. h.d.

Fornicationis[d] quoq̄ repetenti obſtat exceptio, toriq̄ ob eā cā ſequuta ſeparatione ſeparata viuēte, aliā[e] vſq; adeo ſuperinducere q̄s prohibet, vt ſi de facto duxerit, exeaq̄ filios ſuſceperit, ēt mortua adultera eandē retinere non poſſit, q̄d ipſum & priore vxore minime cognita ſibi locū vēdicat[f], licet aliam ducere minime prohibeatur.[g]

Si mulier matrimonium contraxerit cū eo, quē ignorabat cōiugatum, uxore prima mortua erit in eius poteſtate uirum retinere. h.d.

Hoc tamē de ea ītelligi oportet, q̄ q̄s nō ignarā aliā viuere, & forte[h] aliq̄d ī mortē alterius machinatā, ī vxorē duxit: nā ſi qua prçcedētis matrimonii penitus īſcia alicui nupſerit, priore mortua, niſi mulier diuortiū petat, ad petitionē viri[i] nō ſūt ſeparādi[k]. Nec. n. ſuſtinēdū eſt, vt vir q̄ ſciēter in legē cōmiſit, de ꝓprio dolo cōmodū reportet[l].

Cum ea, quam quis vxore uiuente cognouit, non ſub ſpecie matrimonij d functa vxore poteſt quis cōtrahere: ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortē prædefunctæ vxoris. h.d.

Cū ea[m] autē, quā quis vxore viuente nō

a Commitetur Nota caſum in quo libera perſona quodammodo ſequeſtratur & hoc obſæuitiam: immo uxor iniuſte a viro uerberata debet aufugere & petere ſe ali extra domum Bal. in l. 1. C. de legib. & aliqui in ca. ex tranſmiſſa de reſtitu. ſpol.

pedit matrimoniū cōtrahi, mortua uxore multo magis ſi de præſenti non contraxiſſet, ſed ſolū fidē dediſſet: ut in c. ſi eo ti. Aut cōtractui matrimonii fuit admixtū adulteriū, & tunc ſi contractum fuit cū ignorante pōt inter eos eſſe matrimonium poſt mortem cōiugis. ca. 1. eo. ti. & ſ. ſequ. Quod intelligе ſi ſuperinducta ignorauit toto tēpore ante mortem primæ vxoris. Si autem certiorata de uita primæ vxoris permiſit ſe cognoſci ab illo uiro, nō poteſt amplius habere eum in maritum c. ſi eo ti.

b Matrimonio Et per copulam conſummato, vt not. in c. ex trāſmiſſa de reſti. ſpol.

c Reſtitutio. Quia petens reſtitutionem debet probare poſſeſſionem. capitulo conſultationibus de iur. patron. capitu. olim. 3. de reſtitut. ſpol. Nec iſtat adiuctio operatur aliquam poſſeſſionem, cap. ex parte. vbi late de reſtit. ſpol. Immo etiam ſi liganeris liberum hominem adhuc nō poſſides, l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſ.

d Fornicationis. Ca. ex tuarum, de eo qui dux. in matri. quam per adu. pol. Sed an contra repetentem poſſit opponi exceptio excōicationis. Reſpo. vt per Abb in ca. inter alias ante fi. de ſent excom.

e Aliam Quæ ſit conſcia q̄ uir aliā habebat vxorem: alias non noceret ductæ, c. 1. & c. veniens de eo qui dux. in matr quā per adul. pol. & ſ. ſeq.

f Vendicat Vt in capit. 2. de eo qui dux. in uxor. quam per adulter pollu.

g Prohibeatur. De hoc concludendo dicas ſecundum Abbat in capit 1. de eo, qui duxit in matr quam per adul. pollu. Aut, ſolummodo præceſſit adulterium, & non impedit matrimonium ſequens, unde alio non interueniente quis poteſt ducere in uxorem, quam polluit per adulterium cap. ſignificaſti, eo. tit & 31. q. 1. cap ſi uiu nte. Aut quis contraxit cum muliere ſuperſtite propria vxore, nec ad ulteriora fuit proceſſum, & ſolus contractus matrimonii non im-

h Forte. Immo hoc requiritur ſine dubio, quando in matrimonio nō fuit mixtū adulterium; ſecundū Io. An. a quo non abhorret Ab. in ca. 1. de eo qui dux. & c. fac. c. veniens, & c. ſignificaſti & c. ſuper hoc. eo. ti. & ſ. ſeq

i Viri. Sed bene ad petitionem vxoris, capi 1. de eo qui duxit & c. & ſimile in cap. 2. de adul. Arg. q̄d cōtractus, pro parte tenet, & pro parte non fac: ca. de illis. de deſpon. impub. cum multis alleg. in d. c. 1. licet alias vir, & vxor ad imparia iudicari nō debeant. c. tua no. de ſpon. ſed hoc facit culpa uiri, ut hic dicitur.

K Separandi. Si vxor de nouo conſentiat, nec n. primus ille cōſenſus ſufficiet ct. capi veniens ubi nota de eo qui dūx in vxo. & c. Sufficit tamē quod iſte conſenſus ſit tacitus, immo non ſolum non ſunt ſeparādi, immo filii de tali matrimonio legitimi ſunt cenſendi ca. ex tenore. & c. cum inter, qui fil ſint legiti propter bonam fidem uxori.

l Reportet. Simile in le. itaque fullo, ff. de furt. & c. 1 de eo qui duxit in vxorem quam, & c.

m Cum eā. Concord. c. ſignificaſti. cap. ſuper eo. de eo qui duxit in vxor.

Machi-

prætextu matrimonij cognouit, ſi nihil in pniciẽdo olim viuentis vxoris vir, aut mulier cognita, machinati [a] fuerint, nec fidẽ de contrahendo ſibi inuicem dederint, [b] contractæ poſtea nuptiæ, legitimæ reputandæ erunt.

Præcedens coniugium culpa non vitiat matrimonium. h. d.

Sed etſi fidẽ quidem ſibi inuicẽ dederint vel et de facto contraxerint, ſi nec ante, nec poſt legitima coniuge ſuperſtite, carnalis intercesſit copula, [c] quamuis vterque grauiter deliquerit, & propterea etiam ſit imponẽda pœnitentia, matrimonium tamen contractũ poſt vxoris obitum, minime diſſoluetur.

Bonum aliquod ſubſecutum præcedens delictum & eius pœnam non abluit, h. d.

Vſq; adeo aũt machinatio in alterius coniugũ obitũ adhibita inter ſuperſtites machinatores matrimonij ſpẽ excludit, vt ſi infidelis cũ Chriſtiana cõicato cõſilio [d] eiuſdẽ maritum de medio ſuſtulerit, licet poſtea p ſtudiũ ſuperſtitis vxoris ad fidẽ Chriſtianã trãſlatus fuerit, non tñ propterea magis cũ ea nuptias legitimas contrahere, aut cõtractas retinere poterit. Nec. n. huiõi lucro, etiam deteſtandũ damnũ Eccleſiæ [f] reſarciri poteſt.

Animi propoſitum diſtinguit maleficia, h. d.

Diuerſa rõ eſt eorũ, qui ad fidẽ cõuerſi, illorũ ſibi matrimonio iunxerũt vxores, quos in bello certamine [g] occiderũt eorũq. qui cõuerſas duxerũt, quarũ infideles maritos ſimili modo interfecerunt, nam cum tales virorum defunctorum interitum ſpecialiter non quæſiuerint, [h] & matrimonium inter huiuſmodi perſonas licite poteſt contrahi, & ſic coniuncti diuortium poſtulare nequeunt.

a Machinati. Sed an ſola machinatio ſine effectu ſufficiat? Et hoc quidam admittunt, cũ lex de machinatione tantũ loquatur, l. proſpexit, ff. qui & a quibus. Tu dic contra, cum verba ſint intelligenda cum effectu cap ſi quis viuente. 31. q. 1. fac. l. 1. ff. quod quique iu. c. relatum, & c. cũ non re. rap. fin. de ſponſ. facit ſecundum Abb. ratio. Nã hoc eſt impedimentum iuris poſitiui, unde nõ debet ita taxari, vt reſtringatur facultas contrahendi matrimonium contra diſpoſitionem iuris diuini, arg. c. licet ex quadam de teſti. Sed quid ſi interuenit effectus mortis ſine machinatione cum propoſito contrahendi cum coniuge ſuperſtite nunquid poterit cũ ſuperſtite coniuge contrahi per eum, q interfecit? Reſp. affirmatiue, capi. laudabile, de conuer. infid. Immo ſecũdũ Abb. in c. ſuper eo, de eo q duxit quam, &c. & in c. 1. de conuerſ. infidelium etiã ſi aliquis aliquẽ eo propoſito interfecerit, ut uxorẽ ducat, idem erit dicendum: quia machinatio vniꝰ tantum ſine adulterio non ſufficit ad impediẽdum, not. in §. fornicationis, ſupra eod. quanquam in. aliter ſentiat. Et facit contra eum, qđ legitur de Dauide. & Berſabe, ut no. in c. olim 2 de off. deleg. vbi Dauid machinatus fuit in mortem Vriæ. & tamen habuit uxorem eius in coniugem. Sed forte hoc ex permiſſione diuina, & in figura arg. c. gaudemus, eo.

b Dederint. Quæ tamen datio non valet, quia inducit uotum captandæ mortis. Simile de promiſſione beneficij vacaturi, & ſic de matrimonio ſpirituali, c. 2. de conceſ. præbend.

c Copula. Et ſic no. quod non ſecuto effectu, affectus non punitur, fac. capitu. fina. de ſponſ. & quod no. ſup. in verſ. machinati. & in c. a ſi. de eo qui duxit quam, &c. Vnde ſumitur.

d Communicato conſilio. Secus non communicato: quia vnius tantum machinatio non ſufficit, ut ſup. pro. in notula ſuper verbo machinati.

e Lucro. Nota ergo, quod non debet quis delictũ committere propter bonum ſpirituale, quod inde ſequitur facit. c. quod ait, & q[ue] ibi not. d. 14. & c. non magno. ne cleri. uel monac. & 33 q. 1. c. a ſi dicat & 1 q. 1 c. nõ eſt putãda, & c. a. ſuper eo, de uſu. & 22. 2 nequis arbitretur.

f Eccleſia. Nota magnam poteſtatem, quam habet eccleſia, poteſt. n. ratione delicti inducere nouũ impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimonium, poſtea cõtractum. Simile in capi. fin. de eo qui duxit in matrimo. &c.

g Certamine. Puta dum certãt pro patria, & ſic dant operam rei licitæ nam vſque adeo pro patria pugnare licet, ut patet in filium, filius in patrem inſurgere debeat leg. minime, ff de relig. & ſump fu. & maritus in uxorem 2. q. 1 ca. uxor. in fi. quod faci. ad qõ. an filius poſſit occidere patrẽ bannitum, ſtante ſtatuto de bannitis impune offendẽdis? De qua per Ab in c. 1. de conuer. infid. ppſt Bar. in d. l. minime, & in L a queſtione, ff de ed dim.

h Quæſiuerint. Nam ad hoc vt matrimonium impediatur, duo requiruntur copulatiue ſcilicet affectus cum opere ſubſecuto fa. it l. a. in fin. ff. de condit. & d mon. Sed quid ſi ratum habuerit eos interfect. ? Idẽ videtur, quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, l. 1 §. red & ſi cum quis. ff de vi. & vi arma. Communiter contra. Nam edictum de matrimonio eſt prohibito-

Punitur affectus, licet non ſequatur effectus.

Sed etſi machinationem adhibitam in necē coniugis effectus conſequutus non fuerit, [a] ſi inſidiator alteri ſuperuixerit, ſpe coniugij perpetuo deſtitutus, ad ſecundas nuptias nunquā aſpirare poterit, [b] ſicut & in ijs accidit, qui inceſtum admiſerunt [c], ſacerdotem interfecerunt, [d] & alijs pluribus [e] caſibus. [e]

Secundæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari. h.d.

Illud quoq. admonendi ſumus, quib. caſib. ſecūdarū nuptiarū permiſſa eſt celebratio, minime verēdū eſſe nupturis, ne ſi intra annū luctus ad ſecūda vota trāſeant, aliqua notētur infamia. Cum .n. ſm̄ Apoſtolū [g] mulier viro mortuo, ſit ab eius lege ſoluta, eiſdē ſnīa, & auctoritate, omnis legalis infamia cenſetur abolita [h], cum in his præſertim ſæculares leges non dedigentur ſacros canones imitari, [i]

Ad bigamiam tranſiens nō debet benedici. h.d.

Vir tn̄ & mulier ad bigamiā [k] trāſiēs, nō dēt a p̄sbytero benedici, quia cū ſemel benedicti [l] fuerint, hmōi bn̄dictio iterari [m] nō dēt.

DE REBVS SACRIS, ſanctis, & religioſis. Tit. XVI.

Titulus ſequens ſolum ſubordinat ſequentia ad præcedentia, h.d.

SAcramētorū breuiter explicato tractatu, illiuſq. ſectione, ac natura cognitis, tranſeamus iā [n] ad res ſacras, & ſanctas, quales [o]

hibitorium, cap. cum apud, de ſponſ. & ratihabitio non retrotrahit niſi concurrent hab. extremo a quo, & ad quod habilibus, quod non eſt hic, vt declarat. Abb. in c. de conuerſi infideli.

a Non fuerit. Punitur ergo affectus, licet effectus non fuerit ſecutus: quia licet nō perfecerit quis ſufficit perueniſſe ad actum propinquum; nec per eū ſtetiſſe, quin delictum perfecerit, de quo plene per Doc. in c. 1. de eo, qui mit. ī poſ. & in c. 1. de præſumpt.

b Poterit. cap. 1. eod.

c Admiſerunt. capi. 1 & per tot. de eo qui cog. nō ſangui. Qui tn̄ ſi contrahant, valet matrimoniū, vt habetur, in c. trāſmiſſæ. d. tit.

d Interfecerunt, c. 1. de pœn.

e Pluribus. De quib. habes not. ī c. 2 de pœn. An autem inter hos ſint pœnitentes, no. in cap. hoc ipſum. 33 q. 1.

f Infamia. Quam ei lex ciuilis infligit, qui intra annum luctus nubit, l. conſenſu, §. ſi vero, Co. de repud. l. liberorum, §. 1. ff. de his qui not. infam. & per Abb. in eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſt.

g Apoſtolū Not. quod dicta Apoſtoli ſunt præferenda legibus ciuilibus, etiam in deciſionibus cauſarum, quod ſatis procedit in ſpiritualibus, faciunt not. per Doct. in c. eccleſiæ S. Mariæ de conſt.

h Abolita. Etiā in foro ciuili, ex quo per eccleſiā, & ex licentia Apoſtoli remiſſa eſt: arg. c. per uenerabilem. & 2 q. 3. §. hinc colligitur, & ampliabat qd̄ hic dr̄ Io. And. dicens extendi ad oēs leges ciuiles, quæ ex aliqua cauſa prohibent matrimonium, & propter ea correctum eſſe hodie quod diſponitur, C. de interdict. matr. inter pupil. & tut. e. us. & c. ſi rector prouinciæ, &c. quod eſt cōiter receptū. Sed cum lege ciuili præter infamiam multę aliæ pœnæ infligantur tranſeuntib. ad ſecundas nuptias, vt apparet ex l. 1. & ex l. 2. & in l. fœminæ, & in l. hac edict. ll. & l. fi. & auth. iiſdem pœnis, C. de ſec. nup. & in auth. de reſt. & ea quæ parit, & in auth. de nuptijs, §. quia vero hactenus, & in l. omnem, C. ad Tertull. quæri poteſt, vtrū omnes hodie ſint ſublatæ per c. pen. & fi. de ſecun. nupt. vnde hic ſumitur. Abb. in d. c. fi. tenet affirmatiuam, quod quidam admiſerunt, qn̄ ex ſecundis nuptijs oritur incertitudo prolis. Sed Bar. in l. 1. C. de ſecun. nupt. & in l. liberorum, ff. de his qui not. infa. diſtinguit inter pœnas, q̄ ſunt impoſitæ in odiū ſecūdi matrimonij, ſeu propter nubētis feſtinationē & eas, quæ ſunt inductæ fauore filiorum, & primas, quidē dicit ſublatas, ſecūdas autē non, & hæc receptior.

i Imitari c. 1. de ope. nou. nunc. c. fi. de ſecun. nupt. cū ibi no. Si contra in cauſa eccleſiaſtica poſſumus vti legib. ſæcularibus, vt habetur ī ca. 2. de nou. ope. nunc.

K Ad bigamiam. Not. q̄ non ſolū vir, ſed etiam mulier dicitur trāſire ad bigamiam.

l Benedicti. Sed quō benedictus eſſe poſſit eſſe, quod alter tantum fuerit benedictus? Reſ. quia coniux alias benedictus in primo matrimonio cōtraxit ſuā benedictionē ſecundo coniugi, arg. cap. q̄ in dubijs, de conſec. eccl. vel altar. Sed hæc non videtur bona ratio, cum maritus cōtrahet uxori ſolas actiones ſpirituales non paſſiones, vt not. in ca. 1. de cogna. ſpir. in 6. & in ea Martinus, eod. tit. in antiq. vnde poteſt dici, q̄ hęc pluralitas reſoluitur in ſingularitates, arg. not. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. & l. falſa, §. ſi ff. de cond. & demon.

m Iterari. Qua autem ratione prohibeatur iterari no. in c. ſi vir de ſecun. nup. & hoc intellige, niſi ſit cōſuetudo in cōtrariū, & Papa tolleret, licet cōtra ſit, quod no. in c. leges, d. 4. ſed illud non procedit ſacramentalibus ſecundum Ab. in d. c. ſi uit.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS, &c.

n Trāſeamus iam. Iuxta ordinem promiſſum in principio libri

o Quales. Nota quæ res dicantur ſacræ & ſanctæ. Vt ſunt

ſunt eccleſiæ, altaria, ſanctarum in his cōditæ reliquię, vaſa, veſtes, & ſimilia ad diuinū cultum principaliter cōparata, paulo mox, & de religioſis dicturi, vt ſūt [a] religioſę domus, Xenodochia cimiteria, & ſepulturæ.

De conſtruendis, conſecrandis, & reparandis eccleſiis, & altaribus. Tit. XVIII.

Non licet celebrare, niſi in templis cōſecratis, niſi ex priuilegio, vel ex cauſa neceſſitatis, h.d.

ECcleſiam hoc loco accipimus nō tam Chriſtianorum multitudinem fideliumq; congregationem, quam manu factum ipſum templum Dei [b], & orationis domum, ab eo ꝙ continet ſumpta denominatione [c]. Sicut ergo [d] non alij, quam ſacrati Deo ſacerdotes ſacra miniſtrare debent, ſic non in alijs, quam in domino conſecratis locis, cum ſuis altarib. vaſis, veſtib. & reliquis ad diuinum cultum exp'endū vtenſilibus, itidem conſecratis, ſacrificia offerre licet. Niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit priuilegio munitus, vel ſumma coegerit neceſſitas, vtpote, quia combuſta ſit eccleſia, quo caſu donec illa reſtauretur, in capellis [f] cū ſacrata tabula celebrari poterit.

Cōſtitutis in itinere, licet celebrare ſub dio, et celebrans in priuatis domib. eſt deponendus. h.d.

In itinere quoq; conſtitutis eccleſia non reperta ſub dio [g] ſiue interiorijs, ſi tabula altaris, cęteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarum ſolēnia celebrari permittendum erit, alioqui ſi quis in oratorijs infra priuatas domos cōſtitutis ſine cōſēſu epī ſacrare auſus fuerit, deponēdus erit. [h]

Ponit cauſas ædificandi nouam eccleſiam, h.d.

Conſtruuntur autem eccleſiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ vniuerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis priuilegium.

Epſ excreſcentibus fidelib. pōt nouā eccleſiam conſtituere, h.d.

Ob incrementum populi tunc noua conſtituēda eſt eccleſia, cum certis in regionibus adeo multitudo [i] fidelium excreuerit, vt illorū cura vnica ſit impar eccleſia.

Ob incrementum populi diuidi poſſunt eccleſię, h.d.

Sicut.n.ea ratione vnus Epatus in duos, Antiſtis accedēte voluntate, diuidi poteſt, ſic ēt Epiſcopus de baptiſmalibus parochialibus eccleſijs rectorum accedente conſenſu facere poteſt, quod cum factū fuerit, illa pars populi, quæ nouis eccleſiis ſupponitᷓ à iure prioris eccleſiæ abſoluet. [k]

a Vt ſunt. No quę dicantur res religioſæ.

De conſtruendis conſecrādis, & reparandis eccleſiis, vel altaribus.

b TEmplū Dei. Eſt igit eccleſiæ nomen æquiuocum. Nunc dicitur congregatio malignātium. Vnde pſal In eccleſiam malignantium non introibo. Nūc fidelium collectio vt hic, & in c. eccleſia, de cō ſec. d. 1. Nunc corpus Chriſti, 1. q. 1. in eccleſia, & 27. q. 2. c. ſed illud Itē prælatura ipſius eccleſiæ cap. quoniam ne præla. vices ſuas Item obuenti nes eccleſiaſticæ, vt e. ſi ubi de hoc no eo. titu. Item mutorū amblius, c. de fabrica, & c. eccl. per conſecr. d. 1.

c Denominatione. Fac. l. ius pluribus, in fi. de iuſti. & iur. l voluit, §. quod ait, ff. de inter actio.

d Sicut ergo 1. q. 1.

e Licet c. tabernaculum, & c miſſarum de conſecr. d. 1. Contra ca. eccleſię, de immun. eccle. vbi celebratur ēt in eccleſia non conſecrata Sol. ibi erat de proximo conſecranda? hic de locis, in quibus nulla ſpes cōſecrationis, facit l. pen. ff. de milit. teſt & l. ligni, ff. de leg. 3. Vel pōt celebrari in baſilica de licētia epi, & non aliter, c. nullus. c. vnicuique. c. cleric. de conſec. d. 1. ſecūdū Ab. in d. c. eccleſię.

f In capellis. i. in oratoriis, nō conſecratis, ut not. in ca concedimus, de conſe. d. 1. in quib. ſine permiſſione epī celebrare non licet, c. vnicuique, & ca. miſſarum, d. 1. Et hęc nomina oratorium, baſilica, & eccleſia, interdum ſunt æquiuoca vt per Ab. in c. ſi de eccle. ædifi. Sed quid opus eſt hac ceſſione? hoc tempore, d. c concedimus, vnde hic ſumitur, capellæ non erant conſecratæ, vt ibi nota.

g Subdiuidi, ſub aperto aere, vt no. in c. concedimus, de conſe. diſt. 1.

h Erit. c. Clericus, de conſect diſt 1.

i Multitudo. 16. q. 1. ca. præcipimus, & c nulli, d 90. Et hoc de conſenſu epī, ſi regio, in qua multitudo fideliū creſcit ſpectat ad aliquem epm, vt in c. multis, 16. q. 1 & no. in d. c. præcipimus, & ca. qm̄ Ioannes, de decī.

K Abſoluetur 16. q. 1. c. pręcipimus, fac. l 1. C. de Metrop. Pery. lib. 11.

In

Plures baptiſmales Eccleſiæ nō debent fieri ſub vna terminatione, & terminationis cōtrouerſia dirimenda eſt iudicio plebium uel ſorte, h. d.

Plures tamē baptiſmales Eccleſias in vna terminatione [a] facere non poterit. Quod ſi de terminatione duarum matricum Eccleſiarum contentio fuerit, plebes [b] vtrarūque diſcernent [c], quod ſi non conuenerint, Dei iudicio [d] controuerſia diſcernetur.

Non eſt periurus Epiſcopus fabricans eccleſiã, licet iurauerit non alienare eccleſiaſt ca, h. d.

Neque quidquam Epiſcopo obſtiterit, quo de rebus Eccleſiæ non alienandis iurauerit, [e] nam, & tali non obſtante iuramento, [f] populo indigenti [g] ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter prouidere poterit, & debebit. [h]

Ob commoditatem plebium noua Eccleſia ædificari poteſt quæ tamen matrici honorem exhibere debet, h. d.

Plebium commoditas tunc nouam ædificari reſuadet Eccleſiam, cum parochianorum pars adeo diſtat à veteri, vt certis temporibus non ſine magna difficultate, [i] & periculo illam adire, & ibi cougruis temporibus diuinis intereſſe, & ſacramenta percipere poſſint, quo quidem caſu, maximè [k] ſi miniſtro commodè pro ſuſtentatione ſua prouideri poſſit noua quidem erit Èccleſia conſtruenda, ſed à filiali matrici [l] Eccleſiæ, pro facultate loci con-

a In vna terminatione. i. intra eoſdem limites, puta quod iuxta eoſdem terminos ſint, duæ eccleſiæ baptiſmales, in quibus promiſcuè populus baptizari poſſit, fac. 13. q. 2. Vnus enim tantum debet eſſe princeps. 7. q. 1. c. in apib. & c. qm̄, de offi. ordi. arg. contra in l. vni. C. de Metropo. Bery. ubi in eadē puincia ſunt duæ Metropoles ciuitates. Sed dic aut dignitas additur rei, & procedit cōtrarium, aut perſonæ, & procedit, ꝙ hic dr̄. Sed hæc nō vr̄ bona ſolutio cū hic prohibeatur addi dignitas, uel qualitas ēt rei. Vnde poſſes dicere, ꝙ ſicut Imperator ī eadem prouincia facit duas Metropoles, ſic Papa poteſt duas baptiſmales eccleſias facere ſub una terminatione, alias aūt, & nemo pōt facere plures Metropolitanas ciuitates in eadē prouincia. nec plures baptiſmales eccleſias in eadem terminatione.

b Plebes. Quas melius informatę, fac. vt qui max. accuſ. poſ & §. 1. eo. tit. & c. veniens de teſt. in fi. & l. conſenſu. C. de repud.

c Diſcernent. Vel arbitrium, vel per amicabilem compoſitionem, ſuperioris tamē auctoritas eſt neceſſaria c. de cætero, & c. ſtatuimus, de tranſac. & c. per tuas de arbi. alias laicus non poſſet eſſe iudex in ſpiritualibus, & c. decernimus, cum c. ſeq. de iudi. & eſt hic, & in c. plures, 16. q. 1. Vnde ſumitur, arg. ꝙ ſpiritualis cauſa laico poteſt committi, d. 23. §. uerū.

d Iudicio. Ideſt, ſortibus, quibus Dei uoluntas oſtenditur, 25. q. 1. & c. ſors, facit, l. fin. C. com. de legat. & l. ſi quæ cautiones & l. hæredes, §. ſi incerto, ff. famil. erciſ. & §. ſed cum ambo, ff. de iudi. & per Abb. in c. ſi de ſortil. & per Moder. in cap. capitulum, de reſcript.

e Iurauerit De cultus iuri forma ꝑ Ab. in c. 1. eo.

f Iuramento. Quod eſt reſtringendum ad alienationem illicitam, non autem trahendum ad neceſſariam, vt per Doct. in cap. fin. eod. & in cap. ut ſuper, de reb. eccleſ. non alienan. & in cap. extirpandæ, §. quia uero, de præb. Idem eſſet dicendum in alienatione. quæ fieret ad utilitatem eccleſiæ, nam neceſſitas, & vtilitas in hoc æquiparantur, 12 q. 11. ca. ſine exceptione, facit qqod in ſimili not Innoc. & alij in cap. cum omnes, de conſt. Reſtringitur ergo iuramentum ad limites iuris, vt late per Abb. in d. c. ſi. Sed an idē ſit de iurō, ꝙ pręſtatur hodie à prælatis de non alienando Roma. Pont inconſulto? Quidā ꝙ ſic. Commu. cōtra pro quibus eſt illa rō, qđ recipiens tale iuramentum vr̄ ſibi reſeruare conſiliū, vt patet ex forma, & vi verborū Sed aſtrictus ad petendum conſilium ſuper aliqua re, non pōt ēt licite de illa ſe diſponere, cōſilio non petito, c. cum in veteri, de elec. & c. cū olim, de arbi & in c. nouit, de his quę fi. à prælat. & no. in c. ſi pro debilitate, de off. delega. Sed prædicta uera, niſi neceſſitas immineret, uel eſſet modica res ut ꝑ Abb. in d. c. ſi. & in c. olim, de reſt. ſpo. & dicet. infra de reb. eccl. non alien. in §. terrulas.

g Indigenti. Ex qua cauſa indigentiæ poterit conſtitui eccle. etiam in præiudicium alterius facit. c. 3. & c. eo. & 16 q. 7. c. præcipimus, & q. 7. ca. eccle.

h Debebit, Etiam conſtituta dote ſecundum vnū intellectum, c. ſi. eodem, vt ibi per utrumque Abb.

i Difficultate. Difficultas ergo aliquid interdum inducit, ꝙ regulariter prohibetur, fac. c. ad audientiam, inf. eod & diſt. 63. c. cum longe, & d. 93. cap. iſta, cum alleg in d. c. ad audientiam.

K Maximè Hoc ideo dicit, quia ſi immineret periculum animarum, etiam quod à ueteri eccleſia non poſſent miniſtro neceſſaria ſubminiſtrari, nihilominus deberet noua eccleſia conſtrui, ſecundum Hoſt. & dicetur inf. §. quacumque.

l Matrici. Cathedrali, vt per Abb. in cap. ſi. de offic. Archipresbyt. uel baptiſmali, ca. ex tranſmiſſa, vbi not. de reuun. Vel intellige de eccleſia, à qua nouè ſubminiſtrantur neceſſaria? nam hoc uerbum ſumitur ſecundum ſubiectam materiam, vt not. Ab. in c. venerabili, de uerb. ſig.

No-

perens honor [a] exhibendus erit.

Vniuerſitatis intuitu poteſt noua eccleſia ædificari ut puta pro leproſis, h.d.

Vniuerſitatis intuitu noua eccleſia ædificari permittitur, veluti cũ plures [b] ſimul leproſi ſub cõi vita congregati fuerint. Iis.n. quod eccleſia cũ cæmiterio [c], & quod proprio gaudere valeant priuilegio, permittendum erit.

Beneficium non debet torqueri ad iniuriam dantis, h.d.

Cauebunt tamen hi, vt iniurioſi veterib. [d] eccleſijs de iure parochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur ad aliorum [e] iniuriam flecti conuenit.

Epiſcopo cõceditur pro ſepultura propria eccleſiã ædificare, aut nouum monaſterium cõſtruere. h.d.

Epiſcopo quoque in ſua [f] parochia [g] nouam eccleſiam ædificare permittitur [h], ſed multũ intererit eccleſiam monaſticis informandam regulis conſtruat: an vero ex alia cauſa, & forte pro proprijs erigere velit ſepulturis [i]. Cum primo caſu eandem ex rebus eccleſiæ [k] cui præſidet vſque ad quinquageſimam tantum [l] partem dotare debeat: ſecũdo vero non amplius, quam centeſimam cõferre [m] licebit, ea quoq; adhibita cautela, vt

a Honor. Sed in quo conſiſtet huius honoris exhibitio? Quidam in eo, quod antiquior eccleſia efficitur patrona, & clericum inſtituendum præſentabit io noua, quod ſatis admitti poſſet ſi ſolum in quo ædificata eſt noua eccleſia, eſſet to dñio veteris, licet laicus ædificet proprijs ſumptibus, quia tunc ambo erunt patroni, & ambo præſentabunt ut not. c. ad audientiam eod. & in c. piæ mẽtis 16 q. 7. Secus ſi nihil cõferret, licet noua eccleſia ſit intra ſuos limites. Idẽ putandum, ſi rector conſtruxit capellam vel eccleſiam in ſolo quidẽ alieno, ſed de reditib. eccleſiæ quia ius patronatus adquiritur eccleſiæ non ſibi. & cõſãguineis. Sed non vĩ ꝙ iſte intellectus poſſit accommodari huic literæ ꝑ p illa verba: Pro facultate loci. Ideo expone ꝙ dẽat aliquid ꝑſtari annuatim ĩ ſignũ ſubiectiõis arg. ca ois ai, de ceoſib. moderandum arbitrio epĩ, vel aliter: vt per Ab. in d.c. ad audientiam.

b Plures. Puta decem. 10 q. 3. c. vnio. Vel ẽt plures, dummodo velint eccleſiam dotare; arg. c. nemo de conſe. diſt. 1 & in 12, eo. §. quacumque. Immo vnus leproſus permitteretur, ſi vellet dotare, ſecundum Abb. in c. eod. Sed tunc non diceretur conſtructa eccleſia gratia uniuerſitatis, arg. hic quod tales leproſi faciunt collegium licitum, de quo per Abb in d. cap. 2.

c Cæmiterio arg. quod tales leproſi non debeant cum alijs ſepeliri: quia alias iſta conceſſio non haberet cauſam rationabilem habetur c. ſacris, de ſepult.

d Veteribus. Veteres enim eccleſiæ propter nouas lædi non debent 16 qõ. 1. c. quicumque, modicum tamen damnum reſpectu decimarum ex rationabili cauſa ſuſtinere debet: arg. §. prox. ſupra eo. & c. ad audientiam, infra eod.

e Aliorum. Priuilegium enim eſt ſtricte intelligendum quatenus concernit præiudicium tertij, etiam quod ſit conceſſum cauſa pietatis quod no. fac. 12 qõ. 2. primum, l. nam hac natura. ff. de cond. dict. inde. l. oecauus, C. de emancip li. & l. 2 §. ſi quis a principe, ff. ne quid in loco public. cum alleg. in c. 2. eod.

f In ſua. Secus ergo ſi quis vellet uti hoc priuilegio, extra ſuã diœceſim. Sed quid ſi vellet magnificare eccleſiam in ſua quidem diœceſi conſtitutã ſed exemptam? Reſp. ſm Ant quod permittitur, licet enim non ſit de diœceſi: eſt tñ in diœceſi. c. pe. de off. ord. ſequitur Ab in 3. pe de dot.

g Parochia. Id eſt diæceſi ut in c. p. pen. de dona. vbi Abb. & in c. pen. de rapt.

h Permittit. Sed an hęc permiſſio dẽat intelligi accedente cõſenſu capituli? Et non vĩ hoc neceſſariũ ſeſſi it. n. hoc a iure ſemel conceſſum fuiſſe; arg. l. 1. C. de theſau li. 10. & le. quæ ſub conditione § fi. ff. de cond. inſtit. Et de hoc plene habetur in c. pen. de do. & 12 q. 2. c. bonæ, & in c. paſtoralis. de his q̃ fi. a prę̃l. Ab locis magis cõiter concluditur, ꝙ a principio Epiſcopus nõ põt de nouo cõſtruere monaſteriũ, nec eccleſiã ſecularẽ iã cõſtructam monaſticis regulis informare, ſine conſenſu capituli, & ita procedit 12 qõ 2. cap. ſi Epũs. Sed poſtquam hæc acta ſunt ſine conſenſu capituli. poteſt ſolus hanc donatiõe facere, quando tamen eſt neceſſaria d. c. pen quod declarat hunc §.

i Sepulturis. Põt n. Epũs ſepeliri ẽt extra cathedralem eccleſiam; vt per Abb. in c. pen de donat. Et eſt hic arg. ꝙ impenſa funeralis Epĩ. eſt facienda ſumptibus eccleſiæ, & non de proprio patrimonio, de quo vide per Abb in c. vt præteritæ de elect.

K Rebus eccleſiæ. Vel etiam de rebus mẽſæ ſuę, vt in c. pen. declarat Abb. de donat.

l Quinquageſimam tñ. Sed de quib. rebus datur iſta quinquageſima? Hugo in c. bonæ 12 q. 2. quod de fructibus annuis; Sed cõiter tenetur ꝙ etiã de proprietatibus poſſit dari, immo ſm Ab in c. pen. de donat. hoc eſt cathedrali eccleſiæ expeditius. Sed an aliquod ius retinebit eccleſia cathedralis in iſta quinquageſima vel centeſima? Reſp. ſecundum Goff. directum dñium quod tamen ſecundũ Ioan. And. & Ab. non videtur in re probari.

m Conferre. Scilicet donatione inter viuos. non autem teſtamento ſecundum Archid. in cap. quia Ioannes, 12. q. 5. & Abb. in c. pe. de don. vbi diffuſe de ratione differentiæ.

vnam tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.[a]

Quæ ſeruari debent in conſtruenda eccleſia, vel conſecranda, & quod eccleſia indotata conſecrari non debeat, h.d.

Quacunq. tamen ex cã noua exſtruẽda ſit eccleſia, obſeruandũ eſt in primis, vt ciuitatis eps, ſine cuiusaſſenſu id inchoari nõ dẽt,[b] ad locum veniat, in quo crucem[c] ipſe figet, & publice atrium deſignabit, nec illam ante patietur ædificari, aut munus impendet cõſecrationis, quam dotẽ[d] baſilicæ, & obſequiũ ipſius per donationem chartula confirmatã accipiat, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & cuſtodum ſtipendia, ſufficere valeat.[e]

Conſtruenti nouam eccleſiam, poteſt nouũ opus nunciari, h.d.

Sed ſi quis dũ noua cõſtruitur eccleſia, aut proprium ius imminui, aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimet, noui operis nunciatione[f] conſulere ſibi poterit, poſt quam ſi legitima nõ ſit impetrata remiſſio,[g] quidquid ædificatum fuerit, ſiue illud iure, ſiue iniuria[h] & omnino ædificantiũ impenſis deſtruendũ erit,[i] negotiumq; ipſum, ſecũdum legum, & canonum[k] ſtatuta terminabitur.

Qui præter Epiſcopi conſenſum eccleſiam conſtruit, facit iacturam iuris patronatus, h.d.

Diuersũ ſtatuetur in ea quæ præter Epi cõſenſum cõſtructa fuerit: hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidẽ nõ erit[l], ſed ob ſuperioris neglectũ[m] excluſo iure patronatus cũ dotib ſuis[n] Epãlibus iuribus[o] applicabitur.

Eccleſia debet quanto poteſt citius conſecrari.

Baſilica igitur legitime exſtructa non ante ſacris eſt deputanda myſterijs, quam munus conſecrationis acceperit,[p] quod

a Eligat, Vt cap. bonæ, in fi. 12. q. 2.

b Non debet. Facit cap. paſtoralis, de priuil. Si tñ nollet cõſentire, poſſet recurri ad ſuperiorem, arg. c. nullus, de iur. patro. & per Abb cap. 2 eo. in fi. & fac. 1. q. 2. c. placuit, de conſec. diſt. 1. ca. nemo 16. q. vlt. c. piæ. & c. Frigentius c. cum ſicut, de conſer eccle. vel altar. Aut. ut determin. ſit cler. num c. Crucem. Auth. de mona. § illud, & orationes Eps dicet, auth. de eccle. tit. §. ſi quis autẽ uoluerit.

d Dotẽ. Vt ſupra de iur. patro poſt princ. Sed quid ſi dotis conſtitutio fuit omiſſa i fundatione? Rñ dẽt conſtitui in conſecratione. Sed q d ſi, & ĩ cõſecratione fuit omiſſa dotis cõſtitutio? Reſp quidam ꝙ cogẽdus eſt qui cõſecrauit. ſed ſcdm Ab. in c. cũ ſicut, de conſecr. eccle. vel alt. eſt prius ex quaſi cõtractu cõueniendus, & cogendus is, qui cõſecrari fecit, & obligatio tranſibit in hæredes, ut ibi not.

e Valeat. Niſi ex neceſſitate conſtruerẽt, quo caſu poſſet conſtrui ſine dote: ut not. ſupra eo. § plebiũ & hoc caſu inſtitueret in ea ſacerdos, q ſibi uictũ manib. & induſtria, et eleemoſynis q̃reret: arg. c. clericus uictũ, diſt. 91. & tenet Abb. in ca. ad audientiam. 1. eo.

f Nunciatione, c. 1. & 2. de nou ope. nunc.

g Remiſſio. Vel niſi notorium ſit de non iure nunciantis, ut per Ab. in c. 1. de nou. oper nunc. & hæc remiſſio quandoque fit expreſſe quandoque tacite puta morte nunciantis: vt ff. de nou. oper. nunc. l. non ſolum, § ſciendum. Sed quid ſi denunciator non vult remittere nunciationem? Reſp. ut not. in c. 2. de nou. oper. nunc.

h Iniuria, leg. 2. & l. prætor. §. ait prætor. ff. de nou. ope nunc. & c. 1. ubi not. de nou. oper. nunc. Et eſt ſimile in excommunicatione, quæ ſemper tenet, ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, 11. c. 1. q. 3.

i Deſtruendum erit. Sed immo contra: nam attẽtata poſt appellationem extraiudicialem non veniunt irritanda, niſi ſint cõtua ipſam appellationẽ, & niſi prius iuſtificetur appellatio c. cũ nobis, & ꝙ ibi not de ele. & in ca. bonæ, de appell. in 6. Ergo cũ nunciatio ſit hmõi, deberet expectari ſi finis denũciationis añ q̃ deueniri deberet ad deſtructionẽ. So. Ab. ĩ c. 1. de nou. oper nunc. Quod ſpeciale eſt hic ĩ hac nunciatione ob rixas euitandas, & q a tractat de modico p̃iudicio: nã intra tres menſes nunciãs ꝓbare dẽt d̃ iure ſuo. l. j. C. de nou. oper. nunc & ob neglectũ iudicis, q̃ rõnes nõ militãt in appellatione extraiudiciali.

k Legum, & canonũ. Nota duo ex hac litera. Primum, ꝙ in cã eccleſiaſtica poſſumus leges ſæculares allegare: & ꝙ põt vtriuſq iuris diſpoſitio allegari. De ho late hr in c. 1. de no. ope. nunc. & in ca. cũ eccleſia S. Mariæ de conſt.

l Nõ erit. Et hoc ꝓbat Ab. multis iurib. in c. 1. in fi. de nou. ope. nun. quidquid ibi dicat gl. & vr text. in c. cum olim. 2. de priuil.

m Neglectũ. Accipe actiue, i. quia neglexit, & fac. c. cum olim. 2. vbi Abb. de priu.

n Dotibus ſuis. Quas non poterunt ædificatores retrocedere, & ad ipſorum utilitatem conuertere ſecundum Ab. in c. cum olim, de priu.

o Iuribus. Nõ ut Eps diſponat ad utilitatem propriam, ſed ſicut de alijs eccleſijs: quia habebit ipſe collationem, & alia iura Epãlia. 10. q. 1. c. regenda.

p Acceperit. Niſi tñ Epiſcopus permiſerit, ca. miſſarum, de conſecr. diſt. 1. ne ſit contra id quod habetur infra, de immu. eccle. §. ſed & conuiuia in fi.

Citius

ne qua diuino cultui afferatur mora, quanto poterit citius [a] conficiendum erit.

Eccleſia conſecranda eſt ab Epo. qui prius baptizauit incolas regionis, ubi conſtructa eſt. h.d.

Et ſi dubitetur, à quo dedicanda ſit, illud exquiri oportebit, cuius ciuitatis epiſcopus antequam fundaretur incolas baptizauerit [b] & ad cuius conſignationem ſub annua deuotione concurrerint [c], atque is etiam ad conſecrationem vocandus erit.

Eccleſia ſemel conſecrata non debet amplius conſecrari. h.d.

Eccleſiæ autem, vel altari ſemel Deo conſecratis, non debet iterum conſecratio adhiberi, quia velut infans à ſacerdote ritè baptizatus nõ debet iterũ baptizari [d], ita nec locus ſemel Deo dicatus, iterum cõſecrari.

Non dicitur iteratum quod ſemel factum ignoratur, h.d.

Plane ſi de eccleſiarum, vel altarium conſecratione dubitetur, nec de ea, aut ſcriptura [e] appareat, aut teſtes [f] exiſtãt, ſine vlla dubitatione erunt cõſecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit, quia iteratum dici nõ põt, quod ſemel eſſe factum ignoratur. [g]

Eccleſia polluta debet reconciliari. h.d.

Sed ſi eccleſia [h], aut ab igne exuſta [i], aut fuſione ſanguinis [k]

a Citius. c. ſi de conſect. eccle. uel alta.

b Baptizauerit. Quod officium pertinet ad Epm alio non apparente, fac. c. 2. de relig. dom. Et nota, quod per exercitium vnius iuris, ſeu articuli comprehenſi ſub vniuerſo, infertur ad poſſeſſionem iuris vniuerſalis. Sed contra videtur. ca. auditis, & c. olim in pręſcr. Vbi exercena certa iura Epiſcopalia ſolum præſcribit in illis, quæ exercuit, fac. nec per Bald. in l. 1. §. ſi quis. ff de itine. actuque priua. fac. cum contingat, de decim. & capit. cum conſuetudinis, cum ibi not. de conſuet. Solu. ex mente Inn. & Abba. ꝙ hoc ꝙ dr̃ hic, procedit, vbi per ius cõmune non fundatͣ intentio alterius: quia tunc per poſſeſſionẽ unius articuli probatͣ poſſeſſio uniuerſalis? quia non apparebat quod hic loc⁹ eſſet alterius. Sed ſi alius aduerſarius hẽret fundatã intentionem in iure cõi, quia eſſet clarum, quod eſſet poſſeſſum ab alio ius aliqđ in ſua diœceſi, tunc procedunt contraria, & ad hoc vide Inn. in ca. cum dilectus, de capel. monach.

c Concurreret. Id eſt chriſmati fuerint. Et ſic nota quod Epiſcopus quolibet anno debet tenere chriſma. vt per Abb. in c. 1. de relig. domi. Sed an iſta duo copulatiuè requiruntur ad hoc, vt id quod hic dicitur, habeat locum an ſufficiat alterum? Reſpon. alterum ſufficit, ſecundum Inn. & Abb in d. c. 1. licet quidam contra. Quid ſi nullus Epiſcoporum exercuit aliquam iuriſdictionem? Reſpond. ſuperior ipſorum litem dirimeret, & cui voluerit id ius concedere poterit. vel etiam pro ſe retinere ſecũdum Hoſt. & Ab. in d. c. 1. arã. c. q̃m de decim.

d Baptizari, diſt. 68. c. ſicut. & 32. quæſtio. 7. capit. quemadmodum, & de conſecrat. diſt. 1. cap. eccleſijs.

e Scriptura. Argu. quod id, quod ſcriptura, vel teſtib. probari non poteſt pro infecto haberi debet. l. ſi maior. C. com. diuid.

f Teſtes. Sed an ſufficiat vnus teſtis? Reſpon. ſic, velut, & in baptiſmo ca. paruulus de conſecr. diſtin. 4. Niſi eſſet vnus in contradictorio, vt not. in capit. ſolemnitates, de conſec. diſt. 1. etiam, ꝙ eſſet teſtes de audien. Item ſufficeret liber eccleſiæ. Vel lapis inciſus, 24. q. 2. c. ſane 2. vbi not. & not. in d. cap ſolemnitates, & per Abb. in c. propoſuiſti, de conſecrat. eccl. uel alta.

g Ignoratur. Sic ca. ſolemnitates, de conſecra. d. 1. vnde ſumitur, & in c. 2. de Bapt. argu. contra clericum, qui non recordatur, verũ dixerit aliquam horam, quod debeat illã dicere de nouo in dubio, fac. l. in lege, ff de contrah. emp.

h Sed ſi &c. Not. in hoc §. caſus, in quibus eccleſia debet reconſecrari, vel reconciliari. & de materia in cap. eccleſiæ, de conſecr. diſtin. 1. & not. in ca. propoſuiſti, de conſecr. eccleſ. vel alta. Et in hoc differt res inanimata, ab aĩata quę nunquam reconſecratur, ut per Abb. in c. 2. eo vbi de ratione diuerſitatis.

i Exuſta. Pro maiori parte, alias ſecus, vt not. in cap. eccleſiis, de conſecra. diſtin. 1. quod intellige, ut p Ab. in ca. propoſuiſti, de conſecr. eccleſ. vel altar.

K Sanguinis. Humani, & iniurioſi, fac. cap. tuarum in princ. de priuileg. Vnde ſi ibi ſãguis humanus caſu effundatur, puta, quod quis minorationem faciat, vel ſi occidatur carnis, eccleſia nõ eſt reconcilianda, vt nota in c. vni. de conſe. eccle. vel altar in 6. & per Ab. in c. propoſuiſti, eo. tit. Sed quid ſi vulneratus extra eccleſiam in eccleſiam fugiens ſanguinem ibi ſpargat? Reſp. non eſt reconcilianda, vt not. in d. c. 1. ſecus econtra. Quid ſi homo occidatur in tecto, puta ſagitta, ſecundum Hugo. non eſt facienda reconciliatio; quia id uidetur factum extra eccleſiam. Eadem ratione, ſi in cella, vel ſpelunca fuerit facta effuſio. Sed quid ſi ſanctus ibi occidatur? Videtur eccleſia ſanctificata nõ polluta. Dic quod eſt reconcilianda, licet non lauanda, ut not. in d. c. 1. Quod ſi fuerit commiſſum homicidium ſine ſanguinis emiſſione, puta quia fuit quis ſuſpenſus? Reſp. adhuc debet reconciliari, vt c. propoſuiſti de conſecr. eccle. vel alta. & not. in c. 1. eo. in 6. vbi de hoc late. Item intellige, ſi homicidium fuit violentum; ſecus ſi caſuale. Abb. in d. c. propoſuiſti. Et intellige, quod hic dicitur non habere locum in modica ſãguinis effuſione, quod ſuadet verbum effuſio, ſecundum Abb. in dicto c. propoſuiſti.

N 4 Semi-

ſeminis [a], vel excōicati humatione [b] polluta fuerit, ẽt ſi ſemel antea conſecrata appareat: nihilominus diligẽtiſſimè expurgata iterato cōſecranda [d], vel reconciliāda [e] erit.

Propter detrimentũ altaris ipſum altare, non eccleſia eſt iterum conſecranda, h.d.

De eo dubitari [f] contigit, ſi altare motũ [g] fuerit, aut lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum [h] continet confractus [i], aut diminutus, an eccleſia debeat iterum conſecrari. Et reſpōſum eſt, ob id eccleſiæ non eſſe conſecrationem iterandam: ſed ipſum ſolum altare denuo conſecrandum [k].

Quibuſcũq; dieb. pōt eccleſia conſecrari ſed ſolũ ab Ep̄o quia ea quæ ſunt iuriſdictionis, poſſũt demãdari inferiorib. ſecus quæ ſunt ordinis, h.d.

Conſici aũt poterit eccleſiarũ, altariumq; conſecratio quibuſcunq; dieb. [l] tam dominicis, quam priuatis, ſed non à quocunque, licet. n. aqua per Ep̄m benedicta per alium Epiſcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit, eccleſia reconciliari poſſit: idẽ tamen per ſacerdotes ſimplices fieri non poterit, quia ea quidem quæ iuriſdictionis [m] ſunt, etiam inferioribus Epiſcopus demãdare poteſt: ſed quæ ordinis [n] ſunt, inferioris gradus clericis committere nō poteſt. [o]

Non debet cōſecrari eccleſia, vbi ſepulta ſunt corpora infideliũ, niſi ſeruata forma iuris. h. d.

Illud etiā animaduertere conſecrantem oportebit, ne baſilicam, in qua infideliũ ſepulta sũt cadauera, sāctificet [p]. Sed ſi conſe-

a Seminis. Humani, non canum. Et quidam hoc intellig nt, de ſemine fornicario: ſecus ſi vir cognoſceret vxorem, quod tamen à pluribus non probatur, vt no. in c. 1. de conſec. eccl vel alta in 6.

b Humatione, cap. conſuluiſti, de conſecr. eccl. vel alta. vbi Abb addit alium caſum, videlicet ſi eccleſia fuiſſet cōſecrata ab eo, qui eſſet notorie excommunicatus.

c Polluta. Immo eccleſia nō poteſt pollui, c. veſtra, de cohabitat. mul & cleric. Solu. verum eſt, ꝙ eccleſia non pōt peccare, non poteſt ẽt pollui à peccatis hominũ, ſed iſta reconciliatio fit ad terrorem vt homines īde intelligant, quod ex facto atroci etiam ſancta polluantur ita vt inducantur ad cogitandum quantum ſit elaborandum pro expiatione proprij peccati. Vnde infertur per Doct. ꝙ vbi iſta fierent occultè nō eſt opus reconciliatione, fac. no. in d. vnico eo. in 6. vbi etiam an polluto cœmiterio ſit polluta eccleſia, & contra.

d Conſecranda. Referas ad caſum totalis exuſtionis vel ꝓ maxima parte, vel deſtructionis, nā his tribus caſibus Eccleſia reconſecrat. Abb. in c. propoſuiſti.

e Reconcilianda. Differunt autem hæc, reconſecrare, & conciliare, licet interdum confundantur, vt not. in c. ſi motum de conſecr. diſt 1. & hoc verbum referas ad omnes alios caſus, exceptis tribus de quibus in notula proxima ſuperiori.

f Dubitari, c. 1. c. quod in dubiis, c. ligneis, eo.

g Motum. Ita quod formam primam amiſerit, vt not. in c. ſi motum, de conſecr. diſt. 1.

h Sigillum. Quod ſit lapis iſte per Ab. in c. 1. eod.

i Cōfractus. Enormiter: ſecus ſi fuerit paſſus modicam rupturam, vt per Abb. in c. ligneis, eo

K Conſecrandum. Imo ẽt eccleſia tota, ea ſi motum, de conſecr. d. 1. Reſp. ibi, verbum cōſecraretur exponendum eſt, i. reconcilietur. Sed hæc expoſitio non tollit ex toto contrarium. Vnde potes dicere quod hodie non ſtamus illi textui per c. 1. eo. quod videtur illum corrigere, vel dic, vt in d. c. 2. & de hoc vide per Abb. in cap. propoſuiſti, eod. vbi plene proſequitur omnes caſus.

l Quibuſcunque diebus, C. 2. eo immo irregulariter contra. 21. q. 2. c. deuotis, & c. 1 de temp. ordi. & ſupra comm tam ma. cō. quam minor §. igitur. Reſp. hic ſumus in conſecratione rei inanimatæ, quæ eſt minus digna, in contrariis in conſecratione rei animatæ, quæ eſt magis digna, & magis ſirma, vt per Abb in d. c. 2.

m Iuriſdictionis. Puta iudicare, cognoſcere, inſtituere, cōferre, excommunicare, ea. tranſmiſſam, ubi nota de elect. & in cap. pen. eod fac quod not in c. peruenit, diſt 95.

n Ordinis. Puta clericus ordinare, virgines conſecrare, chriſma cōficere, & huiuſmodi, quæ miniſterium conſecrationis deſiderāt. Vnde fac. regulam generalem quod ea, quæ ſunt alicuius ordinis nō poſſunt delegari non habenti illum ordinem, vnde Papa non poſſet dare poteſtatẽ nō ſacerdoti conficiẽdi corpus Chriſti no. in c. peruenit d 95. & per Ab. in ca. n. de cle. ægro. & in c. pen. eo. Sed an archiepiſcopus, qui nondum eſt conſecratus, ſed ſolum confirmatus, poſſit ſuffraganeorum conſecrationẽ alteri demandare, & non videtur, cum id per ſe nō poſſet, ſi vellet facere, dic per Abb. & Doc. in c. ſuffraganeis, de electio.

o Non poteſt. Ratio diuerſitatis not in cap. pen. eod.

p Sanctificet cap placuit, cum pluribus ſequen. de conſecrat. diſtinct. 1. huius conſtitutionis ratio eſt quia infideles, viui ab eccleſia repelluntur, 21. diſtinct capitu. cleros, & diſtinct. 25. capit. perlectis, ergo & mortui, quia quibus viuentibus Eccleſia non communicat, mortuis communicare non poteſt 24. quæſtio 2. capitu. primo. Sed quid dicemus de muliere prægnante mortua? quidam quod ſepelietur in Eccleſia: quia fœtus eſt pars

yentris

ventris,l.1.§.1. ff. de uent. inſp. Conſueuit tamen aperiri,& fœtus extrahi,& ſeorſum ſepeliri, fac.c. ſacris,de ſepul. & not.in c.eccl 1.de conſe.d.1.

a Euulſis. Auctoritate principis, vel Epi tantum, l.oſſa,ff de relig.fa.de conſec d.1.corpora.

portio,modo tertia appellatur, vt hic, & d.ca.priſcis,modo quarta,vt 12 q.2.c uobis, & ca.Vulteranæ,& c.quatuor,& c.cognouimus.Sed hodie prælati,neque tertiã,neque quartam ſoluunt, nec forte aliã portionem de cõſuetudine, quæ cõſuetudo valet ſm Inno. in c ſi.de his,quæ fi. à ma. par. c. & ſm Abb in c.1 eo Vbi ẽt dicit ꝙ ſi aliter prouideri nõ põt, tenẽtur parochiani ex quo ibi percipiunt diuina, arg.c.ſi Epiſcopus, de off.ord.in 6.

crationi apta videbitur, euulſis [a] inde corporibus,& raſis [b] parietibus, & tignis,conſecrari poterit.

Feſta dedicationũ eccleſiarũ dẽnt celebrari. h.d.

Solemnitates quoque dedicationũ ipſarũ eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandæ [c],ipſo Domino exemplũ dante,qui dum ad feſtũ dedicationis templi celebrandũ, cum reliquis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit.[d]

Reparatio eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorẽ beneficii. & epiſcopus dẽt de ſuo tertio cõtribuere. h.d.

Hæc de ædificãdis,& conſecrandis eccleſiis vel altarib.delibaſſe ſufficiat:nã ſi reparandæ ſint,vel emendãdæ, id oneris procul dubio ad eum, qui eccleſiaſticũ poſſidet beneficiũ [e],pertinebit [f]. Sed & epiſcopus tertiam partem [g] ſibi obtingentem impendere debebit. Nunc de eccleſiarum vnionibus paucis diſpiciamus.

DE VNIONIBVS ECCLESIARVM. TIT. XIX.

Quid ſit vnio? hoc dicit.

VNio [h] nihil aliud eſt, quam duarum pluriumue eccleſiarum facta connexio,dicta ab vniendo ex eo,ꝙ plures eccleſiæ in vnum coniungantur.

Vnio aut eſt perpetua, aut temporalis, h.d.

Vnionũ aũt duæ ſunt ſpẽs,aut.n.perpetuæ sũt,aut tẽporales. Perpetuæ sũt,quæ fiũt,vt ſine præfinitione tẽporis perdurẽ. Tẽporales ſunt, quæ ad certũ tp̃s, puta ad alicuius

b Raſis.i.dealbatis.Nã mutata forma, mutatur ſubſtantia rei,l.Iulia.§.ſed etſi quis, ff. ad exhib.

c Celebrandæ,c. ſolẽnitates,de cõſec.d.1.ſ.I ipſis eccleſiis dedicatis, ꝙ ſeruatur in hac ciuitate noſtra Peruſiua, in qua die quíndecima Mẽſis Iulii celebratur dedicatio eccleſiæ cathedralis Hieroſolymitanæ quæ & cuius capitulum occupata Hieruſalẽ ab infidelib. fuit tranſlatum in noſtrã ciuitatem in eccleſiã S. Lucæ.ut extant publica monumenta in dicta eccleſia,& meminit Bart. in l. 1.ff. ad munici. Et cũ hæc ſcriberẽ erat feſtum dictæ dedicationis.

d Tribuit. Nam eius operatio noſtra eſt inſtructio 1.q.1.cap. Deus.

e Beneficium. Et ſic non ſolum rector parochialis eccleſiæ,de quo in c. de his,eo.& 16. q. 1. c. ſi monach. Sed ẽt minores beneficiati in ipſa eccleſia. fa.c.1 vbi Abb. eo. & c.ſi de his quæ fin. a ma. par.c. & intellige deductis reditib. pro neceſſitatibus beneficiati,d.c de his.

f Pertinebit. Niſi conſuetudo aliter diſponeret ut puta: quia tũc ſfunderet onus.fabricæ in populũ, vt eſt Mediolani ar c.ad Apoſtolicam,de ſimo. Vel niſi aliqua diſpoſitio ſpecialis, & localis aliter ordinaret,prout uidemus hodiẽ in multis locis,imò communiter eccleſiæ habent prouentus diſtinctos pro fabrica,ut per Abb.in c 1 eo. Et no. quod ſi quis de proprio patrimonio,& non de fructibus benefic j reficeret eccleſiam poſſet repetere, & teſtari de erogatis.Abb. in c. cum pro cauſa de proc.

g Tertiam partem.10 q 5. c.priſcis,cũ ſeq & hæc

DE VNIONIbus eccleſiarum.

VNio. In iure, vel apud Docto. antiquos non repetitur definitio, ſeu deſcriptio vnionis. Primus omnium Cacialupus eam deſcripſit in ſuo tractatu de vnionib. ſed ſua deſcriptio lõgior eſt quam §. quod Callimachus,ualde inconuenit. Aliã ponũt Moderni Galli in praxi bñficiaria ſub tit. de unionibus,quæ cum nõ multum diſtet ab ea, quæ hic ponitur, eſt.n. hæc breuior aliquanto,& ſimplicior,inde mutuari poteris quæ ad huius declarationẽ ſunt neceſſaria,& communiter hæc uerificatur ꝙ Iuriſtis videtur ſufficẽre, §. ſeruitus inſt. de ſtat homi. & tenent Doc. in rub. de iud in antiq.

i Duæ ſunt ſpecies.Hæc diuiſio licet explicite nõ ponatur in iure proculdubio tamen eſt ex mente iurium, ut apparet ex cap. 1. ne ſede uacan. aliq. Inno.ibi.Ne plus fauiſſe perſonæ,quam eccleſiæ, & in ca.quoniam Abb.de off delega.& de tali diuiſione uide per Petrum de Peruſ. in ſuo tract de unionibus,& per Rebuff in ſua praxi in tract de unionib.eccleſiarũ,& Pariſ conſi 5 uol 4.Et quomodo cognoſcatur, an unio ſit perpetua, uel temporalis, & qualis in dubio eſſe præſumatur, uide per Petrum in d.loco,fac.no. per Abb.in c.cum inter,de elect.

Vita a

a Vitam Imo vnlo ad vitam vĩ perpetua.leg.2.ff. pro ſocio. Solu.verum hoc reſpectu perſonæ, non actus,qui geritur,& quo ad quid, non ſimpliciter, vnite de exceſ.prę̨la. & inter alia eſt, quod hic dř quod ad ſolum Papam ſpectat vnire, vel diuidere Ep̃atus,fac.16.q.1.præcipimus.& cap.temporis.

vitam[a] inſtituuntur.

Cauſæ uniẽdi,ſunt neceſſitas,& vtilitas.h d.

Velut ergo ex cauſa vna Eccleſia,vel Epiſcopatus in plures diuidi permittitur [b], ſic ẽt reb. ſuadentibus plures Eccleſiæ in vnã coniungi poſſunt,[c]Cauſæ[d] vero vnionũ sũt, aut vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas. Neceſſitatis,veluti cum duæ Eccleſiæ adeo ſunt pauperes,vt impoſſibile ſit earũ, prouentus ad victum duorũ ſacerdotũ ſufficere [e];aut ſi altera hoſtium immanitate deſolata ſit. Vtilitas, vt cũ locorũ opportunitas id expoſcit, vel temporis qualitas[f]: puta quia in loco nunc Chriſtianorũ dicatur imminutus numerus,aut quia ob fructuũ tenuitatem nõ perinde idonei ſacerdotes ad beneficiũ procurandũ inueniantur[g]. His igitur caſib. ne quid detrimenti diuinus cultus,& animarũ cura patiatur,debent plura beneficia,vel Eccleſię in unum coniungi.

Sicut vnire Epiſcopatus pertinet ad Romanũ Pontificem,ſic minores Eccleſias ad Epiſcopũ,cui ſubſunt,inferiores uero non poſſunt vnire. h d.

Non tamen omnib. paſſim quibuſcunq; Eccleſias vniendi poteſtas indiſtincte permittit̃,ſed certis dũtaxat ſeruatis regulis. Et quidẽ ſicut unire Ep̃s,atque poteſtati alieni ſubiicere ad ſummũ [h]Pontificem pertinere noſcuntur:ſic ad Epiſcopũ ſpectat Eccleſiarũ ſuæ diæceſis vnio atque ſubiectio. Ab Epiſcopis itaque inferiores[i] vniendi poteſtate minime ſibi vendicare poterũt. Ideo que ſi Prior vel Abbas monaſteriũ ſubiecerit, vel vnierit, Epiſcopi conſenſu minime requiſito, qđ inconſulto præſul fecerit, non ſubſiſtet,nec ſubiectionem,vel vnionẽ Metropolitani[k] conſenſus,vel cõfirmatio ſubſtinebit,cũ is in diæceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu non debeat aliquid cõtra conſtitutiones canonicas attentare [l].

Epiſcopus vnire poteſt Eccleſiam alteri vel de defenſoribus. h d.

Vic. adeo aũt Ep̃o in propria diæceſi facultas vniendi cõpetit,vt ſi per eundem cõ

fac not per Abba. In c.continebatur de his, quæ ſi.a p̃lat ſine cõſenſ.capituli.

b Permittitur,c. ad audientiã. 2 de Eccl.ædif & ſup. eo. tit.§ plebium, & 16 q.1.c multis & c.præcipimus

c Poſſunt Cũ cõtrariorum ſit eadem diſciplina,ut ſup. de iur. perſo. & ibi no.

d Cauſæ, concor. cap expoſuiſti,de pręb c.2. de relig. domib & 16.q.1. & temporis,& 25. q.ult.cap.fi.& per Hoſt in ſumm.de relig domi. verſi. cui ſubeſt. & iſta duo frequenter diſpenſationẽ inducunt, vt 1 q 7.cap. tali.& 10 qu.3.ca. vnio.de ætate, & quali.c.eam te, & no in d.c.expoſuiſti.

e Sufficere.c.expoſuiſti, de præben. & c.2.ne ſede uacãte & ſuper hoc vide proiſionem nouiſſime :actam per Concilũ Tridentin. ſeſſ 24 ca. 13.

f Qualitas, capi & quantitas, & c poſt quam,16 q 1.

g Inueniantur, fac.10 q.3 ca. vnio & cle.1.§.ad hæc de ſta.monach.& quando dicatur eccleſia pauper, vide not.in c clerie. 21.qu.2.fac.not.in auth.præterea, C. vnde uir,& ux.

h Ad ſummum Pont.Nota, quod multa ſedes Apoſtoli a ita ſibi reſeruauit. vt ab aliis impune præſumi non poſſint ut plene habetur in capitulo, ſicut

i Inferioris.c.ſicut vnire, de exceſ p̃l. niſi tamen inferiores ius vniendi præſcripſiſſet,hoc .n.cum ſit iuriſdictionis,& præſcriptibile, ad not.in cle. ne in agro, §. ad hęc, de ſtat.monac. & clem.2. de reb.ecclẽ.non ali. Idem ſi iſte inferior hẽret poteſtatem in loco quaſi Epiſcopalem

k Metropolitani. Sed an legatus de latere poſſit vnire? Solu.licet magna ſit dubitatio, cõiter tamen tenetur,quod poſſit.vt per Abb.in c.ſicut vnire, de exce.prælat.& in ca.fin.de confir vtil. vel inutil. vbi Moderni deducũt eſſe commun opin.& tradunt Cacialupus, & Petrus de Peruſin.in ſuis tractatibus.

l Attentare. Arg. q Archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius totius prouinciæ ſolum eſt enim ſuffraganeorum, non autem ſubditorum, capi.paſtoralis, de offic. ordi. niſi in caſibus ibi no. fac. 9 q.3 c.1.& cap.2. et cap archiepiſcopus, cum ſeq et c. Romana de offic. ordi.et no.in cap. ſicut unire, de exceſ. prælat. Item habes hic, quod Epiſcopi in ſuis diœceſib poſſunt vnire eccleſias ſibi ſubiectas,quod eſt & per Concilium Tridentinũ confirmatum, vt in ſeſſio 21 cap.5. Eſt tamen differentia in eo: quia Papa poteſt vnire ſine

Digitized by Google

ſine cauſa,& ſine conſenſu capituli,vel cuiuſcunque,ſecus Epiſcopi, fac. c. paſtoralis,de donat. & cle.fi.de re.eccl.non alie. Item Papa unit ad tempus.Abb in c cum inter R.de elect.

in gl.4 de conſue.& in c. fi.de transla. in gl. pen. Sed contra vr c.paſtoralis,in prin de offic. deleg. & l quæ de tota.ff.de rei uend Sol.ut no.in d. cle. fi poſt Hoſt.in gl.ſuper uerbo defenſor.

ſentiēt capitulo[a], Eccleſia Eccleſiæ dignitati,uel præbēdæ uniatur, aut religioſo loco donetur,ex eo qđ Rector ipſius ad hoc uocatus[b], vel ſi vacabat[c] defenſor[d] ei ſup hoc datus nō extitit,nequaquā īpugnari ualeat.

Epiſcopus non poteſt Eccleſiam vnire propriæ menſæ,h.d.

Aliud tamen obtinet, ſi quis Eccleſiā mēſæ[e] ſuæ, vel capitulo uniendā duxerit:id .n. etſi capituli cōſenſus acceſſerit,& loci conſuetudo ſuffragetur, irritum penitus erit,cū unientium utilitas[f] probabilem nō rectæ factæ vnionis ſuſpicionem ingerat.

In unione faciēda requiritur cōſenſus non ſolū capituli,ſed etiam eorum qui lædi poſſent.h.d.

Nec ſolum capituli vnientis Epiſcopi in unione conſenſus exigitur, ſe etiam illorum,qui ex vnione lædi poſſent[g]. Vnde ſi aut collegiata,aut patronata, aut alicuius ſuffraganei Eccleſia ſit vnienda collegii patroni & ſuffraganei aſſenſum interuenire oportebit.

Quis ſit unionis effectus.h.d.

Secuta vero unione canonica, ſtatim is, cuius eccleſia alia per unionem eſt applicata,eandē in unitam nanciſcitur poteſtatē, & ius qđ in eā olim habebat,cui ab initio præfuit,ſtatimque vnitæ Eccleſiæ eadē priuilegia competūt, quæ principali Eccleſiæ competere comperiuntur.[h]

Per unionem non preiudicatur iuris Epiſcopalibus h.d.

Sed quæri poterit, ſi per Apoſtolicū Ecclaſia in certa diæceſi conſtituta,puta in Peruſina,Eccleſiæ alterius diæceſis, veluti Tiphernatis unita fuerit,an Eccleſia punionē altericōnexa, p hoc a iuriſdictione præſulis Peruſini cenſeatur exēpta,& Tiphernati ſubiecta? Et reſponſum eſt a iuriſdictione prioris Epi unitā Eccleſiā non eximi, cum Rō.Pontifex in huiuſmodi unionib. ſingulis epiſcopis iura ſua īuiolata ſeruari uelit.[i]

a Conſentire capitulo. Quod non requiritur in vnione facienda a Papa,ut eſt no. in § px ī fi. Et hoc caſu nō ſufficeret conſilium petere; ſed exigit conſenſus ſpecific⁹,ut no. in cle fi de reb.eccl.non alie,qdqd Hoſ dixerit.adeo, vt non reputetur pſ. riptibile q prelatus in caſu licito alienet ſine cō ſenſu capituli, ut nota in d.cle.fi.

b Vocatus.Ratio quia non uocatus non pudicatur,c. conſultationibus de donat.& no.in cle.ſi de reb. eccl. non alien.& de rectore loquitur,nō de prelato cui eccleſia ſubeſſet.

c Vacabat.Sed cōtra uř,c.1. ne ſede uac. Sol. illud in Epālib.ſedib. hic in inferiorib vel illud ibi ſtatuit Papa,ne argueretr de ſubita mutatione,ut no.in cle.fi. de reb. eccl non alien. Alias ēt motuo altero Epō vnitur Epātus,ult. 16 q 1.c.& tpis.

d Defenſor.videbatur contrariū, quia ſi res eccleſiȩ vacantis ex cā dignitati donētur, oportet defenſorē dari,ca.dudum de reb eccl.non alie. in 6.Eſt ergo hoc de caſib. in quib. minus prohibet, ubi maius permittitur. Poteſt enim eccleſia uacans dari ſine defenſore, ut hic, & clemen. fin. de reb. eccle.non alien Sed poſſeſſio, uel res eccleſiaſtica non, vt in d. c. dudum. Simile in cap. nemo deincepr, de elect.in 6.& quod not. in capit. cum dilectus,

e Menſæ ſuæ.Nec.n.debet Epš poſſe auctoritate in facto proprio, ſicut nec æconomus 10 q 2.c. hic vlus,in fi.nec tut. l.1 & l. pupillus, ff de auctor tuto. nec prælatus,c.fi. de inſtit. Sed quæ bona dicentur de menſa Epiſcopi, uel capituli? Reſpō quæ ipſorum proprio & libero uſui deſeruiunt, vt per Abb.in c.ut ſuper de reb. eccl. non alien.

f Vtilitas. Nota quod utilitas noſtra inducit præſumptionem contra nos.

g Lædi poſſent. Qui ſint iſti ultra eos, qui hic enumerantur,vide latiſſime per Cacialupum. in ſuo tractatu de unionib. in 5.art. facit cap. rationis,& c.monaſterium,16.qu. 1.

h Comperiuntur Tractatur hic de effectu unionis, & qa contingit illam fieri uariis modis,ut per Ab. in ca ne ſede uac. aliquid innouetur. Id quod hic generaliter dicitur, uarias etiam declarationes recipit, & quia breuiter tractari non poteſt,ſed multas chartas exigeret non eſt hic ponendum. Vide per Abba.in c. 2. de reli. dom.& per Cacia lup in ſuo trac.in 8.ar.& per But in c.eam te,de ætat. & qual.

i Velit capi. cum olim, de conſuet. ca. ex tuarum,de auct.& uſu.pal.c.licet de offic.ord.l. 2. §.ſi quis a principe,ff.ne quid in loco pub quia ſi unicuique

Epi-

Vnio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſſa ceſſatione, & ab his qui habent ius uniendi.

Diſſoluetur aũt vnio, ſi tpalis ſit tẽporis lapſu [a]: quod ſi ſit perpetua, ceſſantib. [b] eiſdẽ cauſis, ex quib. facta fuerit, ab ijs itidem diſſolui poterit, quorũ conſenſu, & auctoritate olim fuerit inſtituta: nihil eſt ẽt tam rõni conſonũ, quam vt is deſtruendi hẽat poteſtatẽ, cui conſtruẽdi facultas cõceditur.[c]

Suma. Hæc pars ſubdiuiditur in 3. par ſicuti tres in ea explicantur iudicij diuiſiones, in quarum prima habetur diuiſio iudicij deſumpta a materia, et a poteſtate, in ſecunda declaratur alia eiuſdem diuiſio deſumpta a qualitate iudicis in tertia demonſtratur alia eiuſdem diuiſio deſumpta ab ordine procedendi: ſecunda ibi, eſt & alia; tertia ibi rurſus iudiciorum, quoad primum adhuc puto ipſa diuidendam eſſe in duas particulas, in prima habetur iſta prima iudicij diuiſio, in ſecũda eiuſdem diuiſionis declaratio. ſecunda ibi, laicus ergo: quoad primum Nota tamen quod

CASVS aliter non figuratur. Nota tamen quod humanum genus non tantum legibus ſed etiã & poteſtate regitur. facit cap duo diſtinct 96. N. 2. ſecundo argumentum quod ius ciuile & ius canon. originaliter & affectiue depẽdent à poteſtate Cęſarea, ac Pontificia.

d Eccleſiaſticas perſonas Vt inf. eo. §. parti tatione & in tantum ei ei ſunt ab eccleſiaſtico iudice iudicandi, ut nec Papa ſubijcere poſſit clericos poteſtati ſæculari Inn & Ab. in c. 2 de maior. & obe. niſi ex cauſa. Abb. in c. propoſuit de conceſ pta ben.

e Duo enim ſunt. Con. or. d. 96 & auth quomede opor. & capit. pulchre per Archi. in rub decreti col. 1.

f Regitur Et unum non dependet ab altero, & ſic poteſtas Imperatoris veri nõ vid tur pendere a Papa, ſed immediate a Deo. & ita nota, cap. duo, & c. ſi Imperator. diſt. 96. de quo tñ dicit per eximiũ doctorẽ, & pceptorẽ meũ dñm. Reſtaturũ Caſtal-

Pontificum, & Imperialis, ac Regia poteſtas. Vnde ſicut ciuiliũ legũ non niſi ciuilis eſſe debet executor, ita etiam eccleſiaſticarũ, eccleſiaſticus iudex eſt adminiſtrator.[a]

Laicus a laico coram ſæculari iudice conueniri debet, niſi cauſa ſit ſpiritualis, vel ſimilis, & litteræ impetratæ ad iudicem eccleſiaſticum, non tenent, h.d.

Laicus ergo à laico coram iudice ſæculari, non autem eccleſiaſtico conueniendus erit, quod vſque adeo obtinet, vt etiam ſi alteruter litigantium ab Apoſtolica ſede litteras ad eccleſiaſticũ iudicẽ impetrauit, irritę ſint & inanes [b] ſi tamen cauſa huiuſmodi, quæ ad eccleſiaſticum forum pertineat, qualis eſt matrimonij,[c] vſurarum, [d] periurij.[e] & ſimiles, [f] licet inter laicos diſceptatio ſit iudex eccleſiaſticus adeundus erit.

Spiritualis iudex ex cauſa iudicat inter laicos. hoc dicit.

Idem iuris eſt, ſi uel à ſæculari iudice iuſtitia impetrari non poteſt, [g] vel conſuetu-

dum in tractatu de Imperator, q̃ō. 4. qui teſtatur cõem hodie eſſe ſententiam, quòd Imperator & imperium eſt ab eccleſia. & latius per eundem in eo. tractatu, q 1. fac. g no. Ab in c. licet, de for compet.

a Adminiſtrator. 11. q. 1. cap. ſicut, & per tot. & ca. nouit eod. & hoc regulariter. Sunt tñ caſus, in quib⁹ iudex clericus cognoſcit inter laicos, & econtra, ut diffuſe per Stephanũ Auferiũ Tholoſanũ in tractatu de ptãte ſęcularium ſuper eccleſijs, & per eundẽ in trac. de poteſtate eccleſiæ ſup laicis, & p Bernardũ Laurentij, quadã recollecta caſuum, in quibus iudex ſæcularis poteſt in perſonas eccleſiaſticas manus immittere in tomo 5 tractatuũ & per Doc. in c a. de iud vbi qñ laicus poſſit eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici, & in c. licet, & in c. ex tenore, de foro cõp. & in c eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & dicetur inf. eo. in diſcurſu varijs in locis.

Laicus ergo. Licet hæc pars ĩ plures poſſet diuidi particulas, CASVS tñ ita in cõi figurari commode poteſt, cum ſæpæ diuerſæ oriãtur inter homines fideles controuerſiæ, adeo quod aliquando oriantur inter laicos & laicos, aliquando inter clerico, & clericos, aliquando inter laicos & clericos, & aliqñ inter tales fideles, vt dubium ſit an ſint laici, vel clerici propterea dubitatũ fuit de competentia ſi iudicis, enim nos volumus cõſiderare duplicem poteſtatem ſupra ad nor in §. 1. ver. duo enim, res uidetur clara quod inter laicos dẽt eſſe laicus inter clericos, clericus, & in dubio ſit locus præuentioni, iuxta no in cap pen. de foro comp confirmatur præuentio iſta arg c. 1. § cuius in agendo 3. q 8. Sol. tamen prout in hac parte legimus, & ratio eſt quia ad cognoſcendam hanc iudicis competentiam meliorem regula non habemus niſi conſiderare quis gerat perſonam rei côuenti qualis ſit res quæ in iudicium eſt proponenda, tunc in claris ceſſat omne dubium. at in dubio conuenientius eſſet deuenire ad poteſtatem ſuperiorem, quæ in caſu noſtro eſt Eccleſiaſtici c ſolitæ de maior & obed. vnde cum ſolum ad obiect oĩ præuentionis ſit reſpondendum, ſiue controuerſia eſt dicendum, ipſam locum habere quando vterq. iudex eſſet competens, ſecus aliter, atque hoc eodẽ modo dicendum eſt ad reconuentionem, tamẽ

vt ibi docent doct. in cap. 1. de mutuis petition. & Matan. in ſuo Specul. Not. primo iudicis incompetentiam aliquãdo eſſe omnino notariam, & aliquando dubiam, & tunc ad ſuperiorem eſſet deueniendum. Not. ſecundo, quod iudicis competẽtia cognoſcitur aliqñ a reo conuento aliquando a qualitate negotij.

b Et inanes Sed quæritur an ſint irritæ & inanes ipſo iure? Quidam ꝙ tales litteræ ſũt ĩ ſuſpẽſo, & quod euẽtus declarabit an ſint nullæ ſcilicet ſi appareat iudicẽ laicũ eſſe, vel nõ eſſe negligentẽ: vt no. in c licet & in c. ex tenore, de foro compe. & tenuerũt multi antiqui Ab. in d. c. licet. diſtinguit, an literę ſint impetratæ a perſonis miſerabilibus: an vero nõ miſerabilibus vt ſecundo quidẽ caſu irritæ ſunt ipſo iure, primo vero nõ iõ ãt diuerſitatis eſt ſecũdum eum (reiectis rationibus Ioan. de Ligna. & Anto. de Butrio.) q̃a in perſonas miſerabiles ſeu delinquentes cõtra eas habet Papa iuriſdictionẽ magis latã, quã in alias non miſerabiles; quia miſerabiles ſunt ſub eius protectione, vt hic, & capi. ſignificantibus de offi delegat. vnde committendo videtur exercere officium protectionis, quaſi comminetur ſæculari quod ſi non procedet, ipſe per ſuum delegatum procedet, ſicut in ſimili dat conſeruatorem ante iniuriam illatam, cap. 1 de off. deleg. in 6 ſed alios laicos non ſic habet in protectione, ideo nullo modo committiãt negligentię tempus. l obſeruare, §. nec pro eo ff. ſic off. proconſ & cap. quod clericis, de foro comp.

c Matrimonij Cap cauſam matrimonij. de offi de leg. & ca ex litteris, de conſang & affi.

d Vſurarum. Cap quoniam, de vſur & per tot.

e Periurij. Cap fin. de foro comp. in 6. poteſt tñ de iuramento eſſe cognitio iudicis ſæcularis: puta ſi agatur de obſeruantia iuramenti, non de validitate Abb in c cum ſit de for. comp. ſicut & ſi agatur mero poſſeſſorio, licet cauſa in petitorio ſit ſpiritualis, iuxta doctrinam Abb in c. literas, verſ. vnde multum prob. biliter, de reſt. ſpoli.

f Et ſimiles. De quibus habetur latiſſime in cap. ll. et de foro comp ſæc ca. tuam, de iud cogni.

g Non poteſt. Puta, quia uacat imperium, ca. licet, de for. comp. vel ex negligentia iudicis ſæcularis,

vt in

do [a] loci vel miſerabilitas [b] perſonarũ eccleſiaſticum iudicem compellendum ſubdeat.

Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri ualeant, non poteſt ullo pacto renunciari. h.d.

Pari ratione [c] tam Mileuitanenſi, [d] quam Carthaginenſi [e] concilio conſtitutum eſt, ne clerici clericos, relicto ſuo pontifice ad publica [f] iudicia ſub pœna depoſitionis, [g] & amiſſionis, [h] propriorum iurium pertrahant, [i] cui beneficio, cum non ſit perſonale: ſed collegio [k] eccleſiaſtico indultum pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non poteſt [l].

Qualiter clerici in iudicem non ſuum conſentire poſſint. h.d.

In iudicem tamen non ſuum, ſi is perſona ſit eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani cõſenſus acceſſerit, clerici cõſentire poterũt.

Actor ſequi debet forum rei, h.d.

Quod ſi inter clericum & laicum contentio ſit, vt cognoſcamus, vtrum eccleſiaſticus, an ſęcularis iudex cauſam dirimere debeat, diſpiciendum erit, quis rei conuenti partes ſuſtineat. Nam ſi clericus apud eccleſiaſticum forum; ſi laicus apud ſæcularem erit agitanda cauſa. Cum generale, ſit vt actor forum rei ſequatur [m].

vt in d.c.licet,& c.ex tenore,de for.comp.

a Conſuetudo loci. Cap.ſi duobus,de appe.& c.ſi clericus.de for.comp.

b Miſerabilitas. Cap ex tenore,de for.compet.& ca.ſuper,de verb.ſigni.& cap.ſignificationibus,de offic. delega. & quæ ſint hæ,& quando poſſint immediatè iudicẽ eccleſiaſticũ adire, p Abb. in ca.licet, de foro compet.

c Ratione. Quæ ſcilicet ponitur in §.1.ſup.eod.

d Mileuitanenſi. 11.q 1.c.nolite, & ca. ſi diligenti, de for.compet.

e Carthaginenſi. 11 q 1.c. placuit, c. ſi diligenti, de for. comp.

f Publica. Secularia, vt per Doct. in cap. ſi diligenti, de for comp.

g Depoſitionis. Hoc quando traxit in criminali cauſa ſecundum quoſdam.

h Amiſſionis. In cauſa ciuili ſecundum quoſdam. Abb. tamen in ca. ſi diligẽti, §.fin de for.comp. in vlti. not. aliter declarat. dic, vt per eũ. Dubiratur tamen an ipſo iure incurratur hæc pœna, an per ſentẽtiam, & communiter tenetur, quod p ſententiã, ut traditur in d. c. ſi diligẽti. Quid tamen ſi laicus trahat clericum ad forum ſæculare? Reſpond. perdet cauſam, auth. ſtatuimus, C de epiſc. & cleri. quod priuilegium. Specu. trahebat etiam ad clericum coniugatum, de quo tamen dicas, ut in capit. vni. de cleri. coniug in 6. Sed numquid clerici, qui conſentiunt in iudicem eccleſiaſticum non ſuum incurrant pœnam, de qua hic Reſpon. vt plene habetur in c.ſignificaſti. de for.cõp. Sed an poſſit clericus de conſenſu Epiſcopi conſentire in iudicem laicum? Reſpond. non ex ratione quæ ſtatim ſubditur in hac littera, ita not. dicto capitu ſignificaſti. Argum. contra cap. 2. de for.comp. Solut. vt ibi per Abb.

i Pertrahant. Sed quando intelligitur quis pertrahere, vt ſit totus pœnis, de quib. hic, & videtur quã primum quis clericum in iudiciũ uocauit. 11. q. 1. ca. in olita, vnde ſumitur hæc littera, & l. in criminali, C. de iuriſ.omn.iud. Alij quod ſolum poſt litis conteſtationem, l. quamuis, ff. de in ius vocand. l. ſi conuenerit, ff de iuris omn.iud.& argu. 11. q. 1. c placuit, & l. Papin. §. meminiſſe, ff de inoffic. teſt. l. alia. C. de his, qui, vt indig. l. ſi cum exceptione, §. hæc actio, & §. ſatis, ff quod met. cauſa & hæc placet Barto. & Abb. per l. qui cum mino §. accuſaſſe, ff. de bon. lib. & per l in ſeruitutem, §. perijſſe, ff. eo. titu. & hæc videtur cõmu. opin. quando ſumus, in diſpoſitiõe legis, aliud ſi ĩ diſpoſitione hominis, de hoc plene p Bart in l. amplius, ff. rem rat. hab. & quod dicitur licere deſiſtere vſque ad ſententiam, intellige ſecundum Abba. in cap ſi diligenti, de foro compet. ſiue illa ſit definitiua, ſiue habeat vim definitiuæ, vbi & de quadruplici mõ practicandi, quod hic dicitur. Sed an vetẽtur clericis cõpromittere præter conſcientiam epiſcopi? Reſpon. nõ ſuper reb. ꝓprijs. An autem idẽ ſit ſuper rebus eccleſiæ? dic vt not. in capit. contingit de tranſa. & in c. 2. in c. cum tempore, de arbi.

k Collegio. Et tñ maior pars collegii poteſt renũtiare fauori introducto ad honorem totius collegij. Abb. in c. cũ inter canonicos, de ele. ver. ex hoc nota quod maior pars, &c.

l Non põt l ius publicum, ff. de pact. ca. ſi diligenti, de fo.cõp. vbi latiſſime, an & qũo hæc poſitio ꝓcedat. Sunt & aliæ rõnes ꝙ clericus coram iudice laico cõueniri non poſſit, de qb. in d c ſi diligenti.

m Sequatur. Cap. experientia cum ſeq. 11. q 1 cap cum ſit, & c. ſi clericus, de for comp l. in criminali, C. de iu. om iudi. hoc tñ non procedit plurib. caſibus no. in c. licet & in c. ex tenore, de for.comp. de quib. aliquid ſup. §. prox. Item non procedit ſi agatur de exceptione, l. ſi contendat. ff. de fideiu. c. 1. de iureiu, de quo diffuſe per Ab. in c. ſi quis contra clericũ tã in lectura, quam in rep. de for.comp. Itẽ non procedit hoc ſi conſuetudo aliter diſponat, valet enim conſuetudo, quod laicus conueniatur coram iudice eccleſiaſtico per clericum, etiam ſi non agatur de re eccleſiaſtica, uel patrimoniali ipſius

Iudex laicus nõ poteſt condẽnare clericus. h d.

Cauendũ erit igitur laico iudici, ne quoquomodo clericum [a] condemnet, [b] quod ſi fecerit ab eccleſia, cui iniuriam [c] irrogaſſe noſcitur, tamdiu ſequeſtrandus [d] erit, quouſque reatum ſuum cognoſcens emendet.

Si delinquens captus prætenditur clericus, vtrum ita ſit, debet cognoſcere iudex clericus vocato iudice ſæculari. h. d.

Dubitari [e] etiam contingit, ſi iudex laicus delinquentem captum detineat, & is ſe clericum aſſerens ad curiam eccleſiaſticam remitti poſtulet, vel illum curia ipſa eccleſiaſtica tanquam clericum repetat, [f] ſi iudex laicus illum eſſe clericum inficiatur, & propterea minimè remittendũ contendat, quis ſit huius dubitationis legitimus futurus iudex? & cum de re eccleſiaſtica, & ſpirituali [g] ſit controuerſia, ad iudicem eccleſiaſticũ huiuſmodi cognitio pertinebit. Iudex tamẽ ſæcularis, vel alius cuius interſit, [h] dum res huiuſmodi cognoſcitur, vocandus erit.

Delinquens captus habitus pro clerico, ſtatim debet reſtitui iudici eccleſiaſtico. h d.

Sed ſi notorium [i] fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem eſſe clericum, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat [k] aut ipſe pro clerico communiter habeatur [l], ſtatim ante vllã de clericatu cognitionẽ [m] eccleſiæ curię reſtituendus erit.

ſi ipſius clerici, d. c. ſi clericus, ubi non fac. c. nouit, eod. & 2. q. 5. c. ſi quis presbyter.

a Clericum. Ca. 2. ca. ſignificaſti, & cap. peni. de for. comp. & intellige non ſolũ de eo, qui eſt in ſacris conſtitutus: ſed etiam in minoribus ordinibus, d. c. 2 & c. cũ non ab hoĩe Sed an idem ſit in clericis cõiugatis; dic vt no. in c. vni. de cle. cõiu. in 6. & qñ non ſit. Idem videtur hodie per Cõci. Tri. ſtatutum reſpectũ certarum qualitatũ, vt ſeſ. 23. c. 6. in decre. reform. Sed quid dicemus de eremitis? & idem videtur quod de clericis, cum ſubſint epiſcopo in cuius ſunt territorio vt not. in c. nullã, diſt. 93. in c. quæ verè. 16 q. 1. & hoc videtur ꝓbare Inno. & Archid. Cõtra Laurent. & Io. de Lign. Nam à iuriſdictione ſæculari duplex act⁹ eximit, ordinũ receptio, & cõuerſi ad aliquam probatã religionẽ. c. fin. de relig. dõ c. nõ dubiũ de ſent. excõ. 26. q. 4. c. ſi qs ſuadente, quorũ neutrũ in ſimplicibus eremitis cõcurrit & hoc videt iure verus. licet primũ forte videri poſſit æquius, de quo p Abb in d. cap. ubi quid de rectorib. hoſpitalium & Ieſuatis.

b Condẽnet. Sed contra 3. q. c. cuius in agẽdo, & c. at ſi clerici eod. materia Reſp. hoc non procedit cã reconuentionis, de quo late in d. c. at ſi clerici. Idem dicendum in cauſa feudali. c. verum, de fo. compe. de quo dic, vt per Ab. in c. certum eo. tit. & habetur in c. cum non ab homine, eod.

c Iniuriam. 2. q. 7. accuſatio in fi. & dices de hoc, vt per Ab. in c. cum veniſſent. eod.

d Sequeſtrandus, i. excommunicandus, 23. q. 3. c. ſi certo, & ex hoc quod loquitur per verba futuri tẽporis, collige ꝙ talis iudex nõ eſt excommunicatus ipſo iure: ſed venit excommunicandus per ſententiam ut communiter per Doct. in c. 2. de fo. cõp.

e Dubitari, Cap. ſi iudex, de ſent. exc. in 6. unde ſumitur.

f Repetat. Sic ciuitas repetit ſuum ciuem, l. 1. §. 2. de rei venu. & l. de iure, ff. ad muni. Sic & petit ciui ſuo iuſtitiam fieri, & violenter ablata reſtitui 23. q. 2. c. dominus. Sic & pater petit filium, §. quid ſi impubes. ſup. de reg. & ca. fin. de conuer. in fi. Sic miles armatæ militiæ ꝑ magiſtrũ militiũ in ciuilib. & criminalibus iudicatur, l. magiſteriæ, C. de iur. om. iud. Vñ & ſic clerici coram ſuo iudi. c. at ſi clerici. eod.

g Spirituali. De qua regulariter, nec principaliter, nec incidenter debet ſe iudex laicus intromittere c. tuã, de ord. cogn. & ca. per venerabile, & qui fil. ſint legiti. cum ſimil.

h Interſit. Puta, aduerſarius, qui illũ detineri fecit, & pro aliquo pręſo maleficio vult puniri facere. ſi autẽ nõ eſt aduerſari⁹, puta qa iudex procedit ex officio, tũc citabit ſæcularis iudex, concor. cap venerabilib. §. 2. & cã ſi iudex, de ſent. excõ in 6. vbi no. & fac. pro hac littera ca. iter quatuor, de maior. & obed. & l. emptor fundi, C. de euict. & l de unoquoq; ff. de re iud.

i Notorium. Facti. ſ. quod nulla poſſit tergiuerſatione celari c. ca. veſtro; de cohab. cle. & mulier. qa notoriè cognoſcitur pro clerico, vt archipreſb vel his ſimiles; vel ſi eſt notorium iuris, ad idem c. cum olim, de verb. ſign. & no. in c. ſi iudex, de ſent exc. in 6.

k Debeat. Hoc ideo dicit: quia ſi eſſet clericus bullo. vel golliardus & artem illam per annum exercuiſſet, vel tertio monitus non deſtitiſſet, vel eſſet clericus vxoratus nõ incedẽs in habitu, vel eſſet bigamus, vel degradatus, non remittetur. Ita not. in c. ſi iudex, de ſent exc. in 6.

l Habeatur. Sic ff. ad Maced. l. 3. & ff de off. prętor.

l Barbarius, & de iur. patr. c. conſulationibus, & §. interdum. ſup. eod. tit.

m Cognitione. Determinat, qđ dixerat de fama, vel cõi reputatione, quib. caſibus adhuc eſt neceſ-

ſaria

ſaria cognitio ſuper veritate, ſed ſi eſt notoriũ nõ eſt neceſſaria aliqua cognitio, ad not. in c. veſtra, de coh. mul & cle & no. in c ſi iudex, de ſen excom.

a Publicè. i. corã populo, alias & qđ fit corã duobus, vel trib. dr̃ publicè fieri. Ab. in c. 2. de pur. can.

clesiaſtico, vel vt laicus à laico puniri debeat, & eſt ſimile. l. ſi C. de ord. cogn. & 3. q. 11. in fine.

f Proceſſus. Ergo non ſolum iudicare prohibetur, ſed etiam procedere, fac. ca. ut inquiſitionis, §. pen. de hære. in 6. & c. ſi iudex, de ſent. exco. in 6. vnde ſumitur

Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur aliquamdiu conuerſatus & captus, h. d.

Idem dicendum erit, ſi ante deprehenſionem pro clerico publicè [a] ſe gerens, tonſuram & clericales veſtes deferens deprehenſus fuerit donec enim contrarium conſtiterit, talis qualem eum demonſtrat habitus, præſumendus [b] erit.

Ex actu momẽtaneo non tollitur præſumptio orta ex actu habente tractum temporis. h. d.

Aliud obſeruandũ, anteq̃ deprehenderetur, publicè ſe pro laico gerebat, & quaſi laicus cõiter habebatur, nam quamquam deprehenſionis tempore in habitu clericali [c] repertus fuerit, ob præſumptionem, quæ aduerſus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta eſt, non antea reſtituendus erit, quam de clericali titulo fidem fecerit: [d] interim [e] tamen quiuis proceſſus [f] iudicis penitus conquieſcet.

Secunda iudiciorum diuiſio, quod quædam ſũt ordinaria, & quædam extraordinaria, h. d.

Eſt & alia diuiſio [g] iudiciorũ, nã eccleſiaſticorũ q̃dã ſunt ordinaria, quædã vero extraordinaria [h] ſiue delegata iudiciũ ordinariũ

b Præſumendus. In quo ſtatu enim quis reperitur, in eo pro præſenti iudicandus, licet de alio ſtatu poſſit inquiri. ff. de iniur. l. cum apud, §. ſi q̃s, & multis ſimilib. hoc probatur in c. ſi iudex. de ſentẽ. exc. in 6. de materia, uide per Abb. in c. ex parte 3. & in c. contingit, de ſent. excom.

c Clericali. Et ſic ultima poſſeſſio nil releuat, ut remiſſio fiat. Arg. contra l. illud, ff. peric. & cõ rei vendi. Sol. quod vehemẽtior reſultat p̃ſumptio ex anterioridiutuna laicalis habitus delatione, quam ex iſto vltimo ſtatu, ut innuitur in hac littera. Item mõ Io. Monac. plura faciebãt contra deprehenſum, & ſolus habitus pro deprehenſo, unde non mirũ ſi plura uincunt vnum argumen. authen. itaque, C. commu. de ſucceſſio. & ita not. in cap. ſi iudex de ſenten. excommu. in 6.

Eſt. Et alia. Hec pars eſt ſubdiuidẽda in 5. par. in quarum prima habetur qualis ſit iſta ſecunda iudicii diuiſione in ſecũda quis poſſit delegare, & cum in tertia ſi delegatio fiat pluribus, quomodo ſit facienda, in quarta qualiter iſta iuriſdictio delegata ſit exercẽda, in 5. qualiter finiatur, ſecunda ibi, poſſunt autem tertia ibi, item mandari poteſt, quarta ibi, ſed ſine vni, quinta ibi, ſoluitur autem. Quoad primum. CASVS non figuratur. Nota tamen cauſam diſtinctionis, iſte enim q̃ iudicatus aut iudicat iure proprio, aut iure alieno, primo reſpectu datur iudicium ordinarium ſecundo vero iudicium delegatum.

d Fecerit. Coram iudice eccleſiaſtico, ſecundum Archid. Io. Monac. & Io. And. in c. ſi iudex, de ſent. excommu. in 6. & ſic continentia cauſæ diuiditur contra capit. 1. de ſequeſt. quod eſt ideo quia natura cauſæ requirit alium iudicem, c. ſuam de ordin. cong. cã lator. qui fil. ſint legit. Sed detentus in ſæculari curia, quomodo litigabit coram iudice eccleſiaſtico? Dic relaxabitur fortè datis fideiuſſoribus, nec enim per hoc remittetur, cap. ſi clericos, de ſent. excomm. in 6. vel litigabit per procuratorem. Natura enim facti hoc habet, quod interdum per alium quis proſequitur cauſam, cap. mulieres, de iudi. in 6. & capitu. vni. de ſtat. regu. in l. diuus, ff. de cuſto. reo. Sed quomodo faciet hanc fidem? Reſpond. per publicum inſtrumentum ſuæ ordinationis, 2. q. 1. cap. legum. Per teſtes etiam poterit hoc probare capit. ſuæ, de cleric. peregr. fac. not. per Ioan. And. in cap. non licet, de reg. iur. in 6. & in d. c. ſi iudex.

e Interim. Ideſt, pendente probatione titulo clericali, eſt enim hoc præiudiciale, de quo primitus debet cognoſci, vt ſciatur, an vt clericus ab ec-

Hinc puto inferendum, quod omnia, quæ ſunt iuriſdictionis poſſunt ſecundum eorum naturam delegari, ſed ratione congruentiæ ſecus eſt dicendum.

g Diuiſio. Subdiuiſio, quia hic diuiduntur iudicia eccleſiaſtica, licet hæc ſubdiuiſio conueniat etiam ſæcularibus iudicijs, de illis tamen tractare non attendit.

h Extraordinaria. Appellat delegata iudicia extraordinaria, ſic & in capitu. quoniam contra, de probatio. quod factum eſt, ad tollendum quandam amphibologiam, nam ordinaria interdum alio ſenſu ſumuntur, ut infra eodem, §. fin. ſcilicet pro his, in quibus proceditur inquiſitio iuris ordine, ſecundum quam ſignificationem etiam iudicium delegatum poteſt dici ordinarium, quando non procedit ſummariè, appellatur ergo iudex delegatus, & iudicium delegationis extraordinarium, quia exercetur à iudice non ordinario, vnde fuit electa hæc vox, quia melius opponitur ordinario, nec ſatis ſonare videbatur, ſi fuiſſet dictum iudicium delegatum, fac. dict. capit. quoniam contra & tertia quæſtione tertia, §. ſpatium, verſicul. ei autem.

qđ corā iudicib. ordinariis exercetur. Ordinarius[a] iudex eſt, q ſuo iure vel ſuperioris beneficio vniuerſalem iuriſdictionē exerce re poteſt, vt epiſcopus, archiepiſcopus, legatus, & ſimiles. Conſtituitur[b] autē a lege, vel principe,[c] conſuetudine, vel vniuerſitate.

Epiſcopus poteſt ius dicere in quolibet loco ſuę iuriſdictionis. h. d.

Igitur cū epiſcopus[d] in tota[e] ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere, poterit in quolibet loco ſuæ diœceſis nō exēpto, per ſe, vel per alium pro tribunali ſedere & ea, quæ ad ipſius ſpectant officiū libere exercere, & cum opus fuerit, auxiliū publicum implorare.[f]

Quid ſit iudicium extraordinarium, & quid iudex delegatus. h. d.

Extraordinarium[g] ſiue delegatū iudiciū eſt, qđ corā iudice delegato exercetur. iudex delegatus,[h] eſt is, cui ab eo, qui demandare poteſt, cauſa committitur.

Non ſolum Princeps ſed etiam alij ordinarii poſſunt delegare, licet delegatus a Principe ſit magis priuelegiatus. h. d.

Poſſunt autē iuriſdictionem mādare nō ſolum princeps, verum etiā alii ordinarii[i]

a Ordinarius, &c. In iſtam deſcriptionem cōſentiunt Hoſtien, in ſumma, de offi. ord. §. 1. & Speculat eod. tit. in prin & communiter Legiſtæ. in leg. more maiorum. ff. de iuriſd. om. iudi. ſunt tamen, immutata duo verba, primum uerbum ſuperiorum nam Hoſtien. & Specul. de locis, & Bal. in dicta l. more, vtuntur. verbo, Principis. Sed commodius uiſū fuit verbum ſuperioris quia licet Principis appellatio late pateat, ut in cle. 1. de baptiſm in dubio tamē uidetur repræſentare principem ſupremum, & tamen alii ſunt qui licet non ſint ſupremi, nihilominus cōſtituunt ordinarium, ut patet in epiſcopo, qui conſtituit uicariū, qui ſecūdum commu. opi eſt ordinarius, & non habet iuriſdictionem a principe, ſed bene a ſuperiore: alias quoque facit epiſcopus, ordinarium in conſequentiam, ut declarat Hoſtien. de offic. del. §. quis delegare, in ſum. verſicul. item ſciendum Aliud, immutatum uerbum eſt quod hic dicit vniuerſalem cum tamen Hoſtien. Specu., Bald. & alij dicant uniuerſaliter: in quo tamen non videtur magna vis.

b Conſtituitur. Pro declaratione & verificatione huius verſiculi, videndus eſt Hoſtien. in ſumma, de offi ord. §. quis poſſit conſtituere, & per Specul eod. titu. § 1. & communiter. per Canoniſtas in cap. duo. eod. tit. & per Legiſtas. in l. more. ff. de iuriſd omn iudi.

c Vel Principe. Cum autem poſſit Princeps, & delegatum & ordinarium conſtituere, quomodo cognoſcemus utrum voluerit ordinarium conſtituere, vel delegatum? Reſpon. vt not. per Ab. in c. relatum. de offi. deleg. & per Legiſtas, in l. quia ff. de iuriſd. omn. iud.

d Epiſcopus. Idem intellige de legato circa ſuā legationem, c. nouit de offi. leg. Idē de archiepiſcopo circa propriam diœceſim. c. vt litigantes, de offi. ordi. in 6. ſed non quod ad prouinciā d. c. ut litigantes, & 9. q. 1. c. 1. ca. 2, & c. 3.

e In tota. Ita, quod nullus in tota ſua diœceſi ſub. eo iuriſdictionem habeat, in parte autem bene quod dic vt no. 15. diſtinct. c. prælectis, & fac. quod not. Hoſt. de offi. archipresby. capit. vlt. An autem inferiores prælati præferantur epiſcopis in cognoſcendis cauſis ſubditorum, & quam iuriſdictionem habeant late per Abb in cap. cum. contingat. de for. competen. & nouiſſime in fauorē ordinariorum multa conſtituit concilium Tride. ut patet in 6. Seſſio. in decretis refor. c. 3. & Seſſio. 24. c. 11. & c. 20.

f Implorare. Nota ergo ex hoc verbo qđ epūs nō poteſt habere officiales armatos, niſi haberet iuriſdictionem temporalem, vt p Abb. in c. cum non ab homine. de iud. & in c. ſignificaſti de offi. dele. & de eo, & toto qđ hic dicitur, plene habetur in ca. 1. de officio ord. in antiqu. & in ca. 1. eodem tit in 6.

g Extraordinarium Fac. ca quoniam contra, de probat. & 3 qu. 3. §. ſpatium, verſicu. ei autem, & per Felyn. in rubrica de offic. delegati, nu. 3.

h Delegatus Hæc deſcriptio videtur cōmuniter approbari ex his quę tradūt Legiſtæ in rubr ff de offi. eius, & Canoniſtæ in rub. de offi. deleg. poſt Hoſt in ſumma licet ſit aliqua verborum diuerſitas, & hæc videatur ſimplicior, quod cōuenit inſtituto operi.

Poſſunt autem CASVS. Cum iuriſdictio nō ſolum in principe tanquam in capite reperiatur, ſed etiam diuerſis perſonis inferioribus atque modo diuerſo comprobat, indifferenter omnes volebant eam alteri et dignitate non ornato delegare, qua de re fuit de hoc dubitatum, quoniam in in promotione ad dignitatem, vel officium, videtur electa induſtria perſonæ c. cum inſtitutis, de appella. facit l. inter artifices ff. de ſolutione negatiue reſpōdebatur. Sol. tamen vt in hac parte legimus, quia ob bonum publicū non ſolum expedit, ſed oportet aliquando iudicem aliquem delegare. Non obſtat obiectio, quia in nonnullis iudicibus aliquādo verificatur, & aliquando limitatur, & ſic ſecundum qualitatem caſus contingentis locum habent Not. primo, quod perſonæ inter ſe differentes ob identitatem tamen rōnis aliquando ad inuicem æquiparantur. No. 2 quod licet delegatus gerat uicem delegantis, & nihil proprij habeat, non quilibet tamen conſtitui poteſt.

i Alij ordinarij. Princeps ergo eſt ordinarius

cum

Is tamen cui à Principe [a] mandatur, cæteris longe præſtat. Nã & alteri ex cauſa [b] ſubdelegare, niſi illius electa fuerit induſtria, [c] renitentemque contra ipſum ordinarium procedere poteſt, [d] quæ in cæteris delegatis non obtinent.

Delegatus à principe regulariter non poteſt quem citare ut compareat perſonaliter, h.d.

Non tamen in ciuili iudicio [e] alterutri parti, ut coram ſe perſonaliter compareat iubere poterit, [f] niſi uel mandatum ad hoc ſpeciale [g] receperit, vel niſi pro ueritate dicenda, [h] vel pro iuramento calumniæ [i] exhibendo, vel alia iuris neceſſitas partes corã eo exigat ſpecialiter præſentari.

Delegatus a Papa non ſubdelegat, niſi perſonis hic enumeratis, h.d.

Sed nec omnibus promiſcue vices ſuas demandare poterit, ſed illis duntaxat, quibus auctoritate litterarum ſedis Apoſtolicæ, [k] vel legatorum [l] eius-

ſum dictio, alij ſit earundem qualitatum repetitiua, no. in l. ſi fugiti C. de ſer. fugi. immo & ordinarius ordinarium. 11. q. 3. c. per principalem, & not. in c. fælicis, §. ſi de pœn. in 6.

a Principe. Intellige hic principem quemlibet nõ recognoſcentẽ ſuperiorem, ſaltem in temporalib. vt per Abb. in cap. paſtoralis, de offi. & pot. iudi. deleg.

b Ex cauſa. Vt ergo, quod ſine cauſa delegatus a Principe ſubdelegare non poſſit. Sed cõtra uidetur eſſe, q a hoc hẽt ſimpliciter a lege, ut ſubdelegare poſſit, c. fin. de off. deleg. & le. uni. C. qui pro ſua iuriſd. Reſpon. ad hoc diſtinguendo ex mente Inno. & Ab. quod aut delegatus a principe vult delegare ex cauſa, & non eſt dubium, c. ſi pro debilitate, de offi. deleg. aut nulla iuſta cauſa ſubeſt & tunc aut non facit in fraudem alicuius, ſed nõ vult ſe implicare litigij: & põt ſubdelegare ac compellere ſubdelegatum ad acceptandam ſubdelegationem, ca. paſtoralis, de offi. deleg. aut malitioſe vult ſubdelegare, & in fraudem alicuius, & tunc licet valeat ſubdelegatio, tamen non poteſt compellere renitentem, d. c. paſtoralis, ſecundum intellectum Abb. in dubio tamen non præſumitur in fraudem ſubdelegare, niſi ſaltem probetur ex coniecturis, vt not. in d. c. paſtoralis.

c Induſtria. Quo caſu non permittitur ſubdelegato, c. ſi de offi. deleg. l. inter artifices. ff. de ſolut. quo modo autem hoc cognoſcatur, per Fel. in dicto ca. final.

d Poteſt, cap. ſignificaſti, cap. in literis cap. quærentis & cap. ſane, de offi. deleg. & in his locis late traditur.

e Ciuili iudicio. Secus extra iudicium, vt in notula ſeq. Item ſecus in cauſa criminali: capitul. 2 de iud. in 6. niſi de crimine ageretur ciuiliter cap. tuę, de procur. cap. ſuper his, de accuſ. Si autem de crimine criminale iudicium intentaretur, non interuenit procurator niſi in caſibus not. 2. q. 6. capit. ſi quando, & de accuſ. c. veniens. Sed quid ſi procurator in cauſa criminali admittatur, an quæ facta ſunt cum eo valeat? Reſpon. ut no. in capit. 1. vnde ſumitur.

f Potuerit. Cum hic loquatur in delegato principis, à contrario ſenſu, videtur ſecus in ordinario. 25 diſt. c. qualis. c. cum Apoſtolica. de his, quæ ſi a prælat. & dic idem in ordinario. ut no. in ca. 1. eod. in 6. vnde ſumitur, licet ordinarius extra iudiciũ multis caſibus poſſit ſubditos perſonaliter corãm ſe conuocare, ut ſi eget illorum conſilio, vel perſonali auxilio, & in alijs caſibus, in d. ca. 1. annotatis. Sed videbatur quod delegatus Papæ quo ad cauſã ſibi delegatam, idem poſſet quod Papa, cum ſubſtitutus, & c. l. fi. cum §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. iuncto capi. cum dilecti, de dolo & contu. cũ ibi not. & c. ſi de maior. & obedien. & c. fin. de dilat. Sed hoc obtinet tantum in Papa, non in delegato eius, ut no in d. ca. 1. Poteſt autem delegat. quod papa, hoc uerſũ quod illa ſine quib. non poteſt cauſa expediri c. 1 & cap. præterea, de offi. dele. & ita ſoluit Inno. & Archid. cum autem liberũ ſit cuilibet per ſe, uel per procuratorem reſpondere, leg. præſenti, §. cum autẽ, C. de his, qui ad eccle. confug. le. 1. ff. de procu. cap. fin. de iuramẽ calum. in 6. b[e]neficium iuris nemini fuit auferendum diſt. 8 cap. de his, c. indultum, de reg. iur. in 6. In cauſis uero collegij, vel vniuerſitatis de neceſſitate debet ſyndicus interuenire c. in pertractandis de iur. calum. & no. in c dilectus. 2 de ſim.

g Speciale. Quia tunc ſicut Papa poteſt & ipſe ſimiliter, c. pen. cum ibi not. de procur. & no. in cap. de iud.

h Dicenda. Scilicet ad præſtandum iuramentum de veritate, quod ſolum olim præſtabatur in ſpiritualibus, hodie ſecus, capitu. 1 de iur. calum. in 6. Et in eo differt a iuramento calumniæ, quia per illud reſpondetur de eo quod credunt & exiſtimant reſpondentes, leg. 2. § ſin autem, C. de iur. calum. per iſtud de veritate reſpondetur, prout litera ſonat. cap. dudum 2. de elect. & no. in ca. 1. eod. in 6.

i Calumniæ. Quod principales perſonæ præſtare debent, C. de iuram. cal. auth. principales, & de iur. calum. c. in pertractandis, niſi procurator ad id habeat ſpeciale mandatum, c. fin. de iur. cal. in 6. quo caſu delegatus principalem ad iurandum compellere non poterit, cum hoc caſu nulla ſit iuris neceſſitas, de qua h. c. & in c. 1. eo. in 6. niſi forte principalis iuſtior ſit, quam procurator, & natura cauſæ hoc requirat, vel ſcit melius veritatem, l. fin. C. procu. & fac. c. ſi quem de procur. in 6.

K Sed Apoſtolicæ. Vt capit. ſtatutum, de reſcript. in 6.

l Legatorum. Vt cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in 6.

Digni-

dem cauſæ cōmittuntur, hoc eſt non niſi dignitate [a] præditis, aut pſonatū obtinētib.[b] vel eccleſiarum cathedralium canonicis.

Poteſt una cauſa etiam pluribus delegari, & ſi in reſcripto non fuerit adiecta clauſula. Quod ſi nō omnes, non ualebit proceſſus, niſi ſimul procedant, hoc dicit.

Item mandari poteſt iuriſdictio, tam uni, quā pluribus,[d] certis tamen.[e] Sed ſi plurib. mādata ſit nō adiecto eo: Quod ſi omnes intereſſe nequiuerint, uel noluerint, reliqui exequātur, niſi ſimul omnes cōiunctim proceſſerint, quidquid aliqui fecerint, non habebit efficaciam.[f]

Qui per alium facit, per ſeipſum facere uidetur, hoc dicit.

Plane ſi is, qui intereſſe non poteſt, vel cō iudici[g] ſuo, uel aliis uices ſuas commiſerit, perinde res accipienda eſt, atque ſi omnes ſimul procedant.

Clauſula, quid ſi omnes, impedit ſubdelegationem. h. d.

Aliud iuris eſt ſi illud [h] adiectum ſit. Nam nec impeditorum collegarū ſubdele-

d Dignitate. Sumitur autem dignitas multis modis, ut traditur in ca. de multa, de præb. & per antiques in c 3. de cle. non reſid. & in c. denique diſt. Sed quomodo ergo poterunt cauſæ committi natis annos uiginti c. cum uigeſimum. de offi. dele. & le quidam conſulebant, ff. de re iudi. cum tamē in dignitate uel perſonatum conſtitutus natus eſſe debeat annos. 25. c. cūin cunctis. §. inferiora. de elec. ſolu. obiectio nō procedit in canonicis in quib. non requiritur tāta ætas, habetur in capi. ex eo. de elect. in 6. Item diſpenſatiue pōt minor 25 habere dignitatem uel perſonatum, c. uni. de æta. & qual in 6.

b Obtinentibus. Idem de officialibus epiſcoporum principalibus, & foraneis, & de prioribus religioſis conuentualibus & Clauſtralibus cle. & ſi principalis. de reſcrip. ſecus eſt de monacho, niſi detur ex certa ſcientia Papæ. Abb. in d. cap. per inquiſitionē, de elect. & in ca. cauſam. eod. & niſi in caſu qui ponitur in ſequenti notula.

c Canonicis. Idem ſi quis ſit monachus in eccleſia cathedrali; quia vbi repetitur qualitas in monachis, quæ requiritur in clericis, cenſentur habiles, ut in cle. & principalis. de reſcrip. Sed hi cenſentur canonici eccleſiæ cathedralis, ut no. in c. I. 63. diſt. & ita Abb. conſuluit, vt ipſe refert. in c. cū olim, de priui. Idem tenet in c. cauſam quæ. eo. licet Archid. in c. ſtatutum, de reſcrip. aliter ſentiat alias igitur habentibus perpetuum officium in eccleſia cathedrali non poterit cā per ſedem Apoſtolicam delegari d. c. ſtatutum, & ibi etiam no. licet alias extra iudicium ſimplex religioſus poſſit eſſe cōmiſſarius Papæ c. cū in veteri, de ele. & ibi Ab. in. 2. no. immo de poteſtatis plenitudine poſſet, ēt mero laico cōmittere cauſam ēt ſpirituale, & concedere excōicandi poteſtatē Ab in c. Meſſana. de elect. & in c. ſi. de cle. ægro. & no. diſt. 32. §. verū, & in c. bene quidē di. 66. Hi aūt canonici cathedraliū licet poſſint eſſe delegati apoſtolici, conſeruatores tamen eſſe nō poſſunt. c. ſi. de offi. dele. in 6. Sed quid ſi tpe datæ quis eſſet canonicus, & non tpe præſentationis vel conuerſo? Rñ. initium attenderetur, & ſic tēmpus datæ, ut not. in dicto c. ſtatutū. ſuper verbo canonicis, in ſi. Circa hoc autem nouam & bonam facit prouiſionē. Conc. Trid. ſeſ. 25 in decretis reform. c. 10. incip. quoniā ob malitioſam.

Item mandari poteſt. CASVS. Quidam poteſtatem habentes delegabant eam modo uni, & modo pluribus, & ſic aliqñ ſimpliciter, & aliquādo diuerſis clauſulis adiectis ad libitū eorum, unde ob hāc delegādi diuerſitatē fuit dubitatū qd iuris ſit tenendū. videbatur enim a iure alienum ita delegare, quia inde dare occaſio prorogādi lites. cū ſępe ꝓpterea dubitari poſſet de poteſtate delegati quod eſſet cōtra l. ꝓperādū, in princ. C. de iudi. Sol. tamē ꝓut hic legimus, qa mādatū delegationis ita uariari debet ſicut poſtulat Caius, & occaſio cōtingēs, hinc cognoſcim⁹ ēt obiectionē nō tenere, q a ꝓrogatio inutilis ī d. l. dānatur. Nota primo, ꝙ ob hanc delegandi diuerſitatem difficile eſt cognoſceret qualis ſi poteſtas delegati, & ideo ad formam mandati regulariter recurrendum prout melius colligit ex ſeq partic. huius partis. Not. 2. ꝙ arg. aſtius notat hoc idem contingere in procuratore, propterea in hoc tenet arg. ab vno mandato ad aliud. Not. 3. quod cum iura in hoc, & doctrinæ non ſint omnino conformes, inde habetur modus conciliandi.

d Pluribus. c. ſciſcitatus, de reſc. c. cauſam, & c. cū cauſa, & c. quamuis. de offi. deleg.

e Certis tñ c. ad hæc, de reſc. vbi Doc. ſic nec ꝓcurator īcert⁹ cōſtitui l. 2. ď ꝓc. nec tutor, ff. de teſt. tut. l. 1. tutor ī cert⁹, nec arbiter c. ī notuit, ď arbit.

f Efficaciam. Non ſolum quo ad ſñiam definitiuā, ſed ēt quo ad interlocutorias. c. cām de offi deleg quod loquitur indiſtincte de ſententia, & quod hic dicitur, limitatur per Innoc. Abb. & alios duobus vel tribus modis, in d. ca. cauſam, vbi vidēdū.

g Coniudici. Et ſic diuerſa auctoritate in eodem iudicio poterit quis ꝓcedere. ſ. & tanquā delegatus, & tanquā ſubdelegatus. Sed an tunc ea rōne poterit ferre duas ſñias? Rñ. non, arg. capit. pen de ele. in 6. & ita Abb. & alii in c. quāuis, de offi del.

h Illud. ſ. clauſula, quid ſi omnes.

Ad-

gatos admittere[a] cogendi erunt, & q̃d pars illorum fecerit, ratum habendum erit.

Clauſula, quid ſi omnes, operatur ſolum in caſu impotentiæ, vel voluntatis. h. d.

Hoc tamen ita demum obtinebit, ſi reliquis procedere volentibus, quoſdã vel intereſſe non poſſe, vel omnino nolle legitime conſtiterit: alio qui procedẽtes nihil[b] agẽt.

Si unus ex plurib. delegatis negotiũ inchoauerit, alÿ nõ poſſunt ſe intromittere, niſi ex cauſa. h. d.

Porro uno[c] illorũ commiſſum negotium inchoãte[d], alii ulterius ſe intromittere non poterunt[e], niſi aut infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum, qui cauſam tractare incæperit contigerit inpediri, aut idem nollet, uel dolo malo in eo procedere recuſaret[f].

Iuriſdictio perpetuata per vnum, intelligitur perpetuata quo ad omnes. h. d.

Iuriſdictione vero p̃ vnum uiuo mãdatore perpetuata, quo ad omnes[g] cõdelegatos iudices perpetuata intelligitur.

Delegatus debet diligenter ſeruare fines mandati. h. d.

Sed ſiue uni ſiue plurib., ſiue a Principe, ſiue ab alio mãdata fuerit iuriſdictio, mãdati forma diligẽter cuſtodienda erit, nec aliquid cõtra quã ſibi mandatũ fuerit, delegatus tentare[h] audebit.

Cum quid committitur, cenſentur omnia commiſſa, per quæ peruenitur ad illud. h. d.

Plane[i] iuriſdictionẽ impediẽtes[k], vel ĩ iudiciũ venire detractãtes, delegatus a pricipe

a Admittere. c. comm. & ibi traditur per Doc. de offic. dele.

b Nihil agent. De hoc late in c. prudẽtia, in prin. §. 1. de offi. dele. & in c. ſciſcitatus, de reſ.

c Vno illorum. Idem de duobus, vel de omnib. qui ſimul inchoauerunt quo ad qd ſ. quod ſi oẽs incæperunt omnes ſinl anti, niſi ex cauſã vt ſequitur, & ita no. in ca. cum plures, de offi. dele. ĩ 6.

d Inchoãte. Qualitercumque, etiã ſi his non ſit cõteſtata coram eo. c. gratum. c. licet ea. quamuis de offic. del. & c. ſi a ſubdelegato, eo. tit. in 6. Aliud in procuratore, qui dicitur occupaſſe per litis conteſtationem, vt ſit melior eius conditio, c. ſi duo, de procur. in 6.

e Nõ poterũt. Sic in plurib. procuratoribus datis in ſolidum. l. pluribus. ff. de proc. l. creditor. §. duobus ff. mãd. & c. nõ iniuſte de procu. in antiq. & in c. ſi duo. eo. tit. in 6. alias ſequi poſſet perplexitas. ſi quilibet p ſe procedere vellet quia forte eodem tẽpore ad diuerſa loca citarent, cap. ſin. de reſcr. unus excõmunicaret al ter abſolueret, c. ſi contingat. de reſ. ut plenus not. in c. cum plures. de offic. dele. in 6.

f Recuſaret. Tunc ergo poterit ali⁹, vel alii procedere nõ ſic in procuratoribus datis inſolidũ, quia vno occupante, & poſtea impedito, alii non poſſunt procedere, niſi dictum fuiſſet in conſtitutione, quod non fieret melior conditio occupantis. cap. ſi duo, de procu. in 6. Et quod hic dicitur de delegato impedito collegam procedere poſſe, intelligendum eſt niſi ille, qui inchoauit ſubdelegatum daret arg. d. c. ſi duo, de proc. in 6. ut not. in c. ſi plures, de off. deleg. in 6. Sed an ſi ceſſat impedimẽtũ in eo qui inchoauit, poſſit cãm reſumere.

g Quo ad omnes. Concor. c. cum plures, de offi. deleg. in 6. vnde ſumitur. Reſp. non, ut no. in d. c. cum plures.

Sed ſiue vni. CASVS. Cum ſingula facta quæ ſub iuriſdictione delegata continentur ſingulari ſcriptura comprehendi nequeant, hinc eſt, quod quidã delegati extendebant poteſtatẽ ſibi demãdatã ultra litteralẽ intelligẽtiã, quidã vero ipſã intra litteram continebant vnde vir propterea de hoc dubitatũ ſi n. permittit. extẽſio, falſa rediretur regula ut fines mãdati diligenter cuſtodiantur, quæ habetur l. I. diligẽter. ff. mandati, cũ vulg. ſi vero ſecundum eſſet, faciendũ, falſa redderet deciſio in ca. I. de offi. dele. cũ ſimili cæterũ. Sol. ut hic legimus, q̃ licet mẽs delegãtis ſit conſiderãda & ſequenda, tamen cũ aliquando expreſſe & aliqñ virtualiter ipſa in mandato contineatur, propterea & ſolutio, eſt vera, & obiectio nõ obſtat, cũ vtraq pars eius aliqñ. verificet. nõ. primo, q̃ poteſtas delegati a volũtate delegãtis in mãdato cõcẽta regulat. No. 2. q̃ voluntas delegantia vel alterius conſtituentis cognoſcit uel ab ipſa et ſcriptura, uel a natura rei in mandato contentæ, quia declarare aliquid cõtingit aliquando expreſſe & aliquãdo uirtualiter.

h Tẽtare audebit. C õcor. c. eueuerabili, de off. del. & cum dilectis de reſc. l. ſi procurator, C. de proc. l. diligenter. ff. mand.

i Plane limitari dictum generale præcedens.

k Impedientes. Extenditur ergo iuriſdictio ad alios, de quibus non h̃r mentio in reſcripto fa. ca. 1. de off. deleg. ubi de hoc late h̃r, ſi excommunicatio extendatur interdum ad illos, in quos lata nõ fuit

fuit, ca. nuper, de ſen. excom. & c. ſi concubinę, eo. ti & rō ponitur in fine huius litteræ. & concor. c. præterea, c. ſignificaſti, c. prudentiā, in fin. ca ſuſpicionis 1. reſp de off. dele & ca. tā, litteris. de teſtib.

ecclesiastica diſtinctione,[a] etiam ſi litteræ commiſſionis id non contineant, coercere poterit, vel pro delicti & cauſæ qualitate ſecundum arbitrium[b] ſuum, ſi certa pœna canonibus non exprimatur, mulctare, quia ex eo, quod alicui cauſa cōmittitur, ſuper omnibus,[c] quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcū tur plenam[d] recipit poteſtatem.

Rationabilis exceptiones admittet delegatus, niſi uerba reſcripti ſonent in contrarium. h. d.

Rationabiles[e] quoque & honeſtas exceptiones, & a iuris æquitate[f] non abhorrentes, licet id expreſsè mandato non comprehenditur, admittet niſi quod nullæ debeant exceptiones admitti, niſi in litteris expreſſum fuerit.[g]

Delegatus habet iuriſdictionē etiam in eum, in quem fuit facta alienatio poſt impetratum reſcriptum licet reſcripto de eo non faciat mentionem. h. d.

Sed & ſi litteras aduerſus Titium ab Apoſtolico impetraueris, & is ut mādatum, eludat antequam litteræ ad iudicem datū perueniāt, vel etiam poſtea, antequam citetur de poſſeſſione, de qua cōtrouerſia vertitur, commutationem fecerit, eum qui in poſſeſſionem ſeſe ingeſſerit[h] poterit delegatus cogere, vt coram ſe iuris pareat æquitati, nec quod reſcriptum contra Titium impetratū fuerit, opponi poterit, generaliter enim omnis venditio ceſſio,[i] & alienatio iudicii mutādi cauſa facta,[k] vtroque iure prohibetur.[l] Alias delegata iuriſdictio ad perſonas reſcripto non compreſſenſas etiam ipſis volentibus prorogare non poteſt.

Mandatum Apoſtoli cum ex cauſa poteſt

a Diſtrictione. Sed ſi eſſet lata ultra comprehēſa in reſcripto eſſet ipſo iure nulla, vt in capi. cum olim alias ſi. de præb. Sed quid ſi eſt lata ultra intentionem delegantis, an ſit ipſo iure nulla? Reſpon valet ſecundum Cardi. Anto. & Abb in d. cap. fin. vbi uidendum.

b Arbitrium. Qualitate delicti, cauſæ, & perſonæ inſpecta, ca. ſicut dignum, de homi. & c. ca de cauſis, & 1. de off dele. vnde ſumitur.

c Super omnibus Vnde non ſolum ſuper acceſſorio uerum etiam ſup acceſſorio acceſſorii, c. prudentiam, § ſi uero, de offic. del & ibi Abb. no. concor c. 1. & cap. præterea, de offic. deleg ubi etiam reſpondetur ad contraria.

d Plenam. Arg. q delegatus iudex pōt compellere litigātes ad ſoluendum ſalaria aduocatis in cauſa ſibi delegata, quod tū non tenetur cōſter niſi qū ipſe in ſubſidiū dediſſet aduocatum nō inuenienti ſecundū Imol. Poſt Pe. de petul. in c. cum ab omni col fin. uer. an autem iudex, iudi.

e Rōnabiles. Ar. q magis procedēdum eſt ſecundum iuris ordinem, quam ſecundū formam reſcr. Sed contra c. cum dilectis. de reſ. So lu. ut no. in c. ex par. 2. de off del. unde ſumitur. Itē arg. quod ſi compromiſi in aliquem promittens omnino ſtante mandatu ſuo, intelligē cum eſt de rationabili & honeſto, c. ueniens, & c. Quintauallis, de iureiu. & l. ſi libertus. ff de ope. liber.

f Aequitate. A iure, ſ. informata Abb in c. ex parte, de off. del. & Legiſtæ in l. placuit, C. de iud.

g Fuerit. Adde ſecundum quoſdā, & conſtet talē fuiſſe intentionem papæ, q uoluerit quamcunq. exceptionē remouere, alias non obſtante generali remotione admitti poterunt rōnabiles exceptiones, arg. cap. audita. de reſt. ſpo. & l. oblig ff. de pig. q quō procedat late per Do in c. ex par 2. de off. del.

h Ingeſſerit. No. ergo q in odiū notorium eludere reſcriptum per alienationē rei i aliū factā, extendit reſcriptū ad pſonā in eo non expreſſā & cōtra ſingularem ſucceſſorē, q eſt contra regulā ut c. P. G. de off. del. & contra ea, q habentur in ca. quia, vbi late Abba. eo.

i Ceſſi. C. a alie. iud. mut. cā fact.

K Facta. Et nō ſolū requiritur dolus ex parte alienātis vt hēat locum q hic dr, ſed etiā ex parte eius, i quē fuit alienatio facta, q ſuadet hęc littera verb. ingeſſerit & 2. c. 1. de ali iu. mu. cau. fact vñ ſumitur. vbi etiam hoc verbū Ab. pōderat, & l hoc ius canonicū cōtinet prouiſionē nō cogitatā a iure ciuili quia lex ciuilis nō pmittit eū, in quē facta ſit alienatio conueniri ut le. 1 C. eod ſed coram ſuo iudice, Sed de iure canonico, ēt corā delegato, ēt q reſcriptū de eo ſi facit mentionem, ſic fit prorogatio de perſona ad pſonā, contra reg. ca. P. & G. de off. del. uide p Ab. in ca quia, eo.

l Prohibetur. Vt ff & C. de alie. iur. mut. cā fac & ex eo. titu. per totū. Quorū titulorū remedium ut hēat locū, tria dēnt concurrere. primū, ut alienatio ſit facta & mutandi iudicii futuri, & non eius quod iā eſt, l. hoc edicto, ff de alie. iu. mut. cau. fac. qa ſi fiat alienatio rei litigioſæ, cōmittitur edictū de litigioſis, l. fi. C de litig. & c. eccleſia S. Mariæ, ut lit pen. Itē quod dolo fiat, ut dictū eſt in ſuperiori notula. Item quod mea uolentis agere, inter

ſit

executio mandari, etiam in alio loco ab expreſſo mandato, h. d.

Simili rõne ſtatutum eſt, vt ſi is, per quẽ ab Apoſtolica [a] ſede certo loco inquiſitio, vel quid [b] aliud expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam contra quem inquiri, vel procedi mandatur, vel fautorũ eius loco ſecure mandatũ executioni mandari nequeat, ad id exequendum locum ſecurum [c] & idoneũ [d] eligere valeat, ne quis ſcilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. [e] Quinimo idẽ faciet ſi alia probabilis cauſa [f] ſub ſit, propter quam in loco decreto perfici cõmode [g] nequeat qđ mandatur, ne tali prætextu impediri cõtingat mandatum Apoſtolicum vel differri. [h]

Delegatio ſoluitur reuocatione iuriſdictionis integra, h. d.

Soluitur aũt delegatio multis modis, puta reuocatione, morte, impotẽtia delegati, executione ſnĩæ, ꝓpria pronũciatione, tpis lapſu. Reuocatione, cũ is, qui mãdauit iuriſdictionẽ, antequã is, cui mãdata fuerit, ea vti

ſit rem fuiſſe alienatam, l. 1. 2. & 3. & l. non ſolum, §. hæc act o. ff. de alien. iudic. mut. cau. fac. ex his infertur, quòd ſi quis alienaret, uel ex neceſſitate vel eſſet paratus ſubire iudicium ac ſi poſſideret, non datur actio ex illo titulo; qu. aceſſat dolus alienãtis, vel inter ſe agere nolentis, l. non ſolum, §. ſi quis, ff. eod. ti & l. quia etiam. Sed nonne contra poſſeſſorem compet. titu. rei. vendicati. quomodo ergo cõpetit actio in factum ex illo edicto, quæ eſt extraordinaria, cum remedium ordinarium ceſſare faciat extraordinarium, l. in cauſæ, ff. de mi nor. Reſp. l. in cauſæ procedit reſpectu eiuſdem perſonæ. ſed reſpectu diuerſarũ remediũ ordinariũ bene poteſt concurrere cũ extraordinatio, vt not Abb in c. eod. tit & no. in l. vnic. C. eode titul. de alie. &c.

a Ab Apoſtolica ſede. Quid ſi ab inferiori ordinatio ſiat tales commiſſio? ſatis idem debet videri. cum ſit eadem ratio. leg a Titio, ff de verb. oblig. ca. inter corporalia de transla. communiter contra in c ſtatuimus, de offi. dele. in 6. vnde ſumitur, ut hoc verbum aliquid operetur ad hoc cap. ad audientiam, de deci e ſi Papa de priuil nec eadem eſt ratio quia non ſic de facili à delegato Papæ per vniuerſum orbem recurritur ad Papam ſicut ad ordinarium de prouincia, vel diœceſi ſua poteſt recurri Hinc quoque delegatus Papæ recuſatur coram arbitris quod difficile ſit ad Papam recurrere, delegatus ordinarij non item capit ſi contra vnum, de offi del. in 6. ſi igitur delegatus ordinarij in loco exequi nõ poteſt, inſinuet ordinario, qui ſuper hoc prouideat, vel expreſſe committendo eiſdem quod extra locum ſtatutum id poſſit vel alio modo.

b Vel quid aliud. Puta pronunciatio, monitio. denunciatio, vel his ſimilia.

c Securum. Locus ergo non ſolum debet eſſe ſecurus part. b. cap. ex parte. 2. de appel. ſed & iudici & inquiſitori ut c. ſtatuimus de offi deleg.

d Idoneum. Quia id non in taberna, vel in loco in honeſto expediri debet, quamuis tuto.

e Reportet. Contra, l. itaque, ff. de furt.

f Cauſa. Etiam ſine dolo, & culpa eius contra quẽ id imminet expediendum, vt no. in c. ſtatuimus, de offi del eg. in 6.

g Commode 22. q 2. cap. faciat, l Nepos Proculo, ff. de verb. ſignifi.

h Differri. Prouidere igitur debet, non ſolum ne impediatur in totum, ſed etiam ne nimium differatur, concor. ca. ſi ſuper gratia, & cap. ſtatuimus de offi. deleg. in 6.

e Conſuetudo. Conſuetudo ergo poteſt dare iuriſdictionem mulieri. Ex quo infertur, qđ mulier prohibet iudicare non ratione incapacitatis; q̃a tunc cõſuetudo nõ poſſet eas habilitare; arg. c. quãto. de ſo ro compet & cap. cauſam, de pſcri. ſed ratione honeſtatis, facit no. in c. ſciſcitatus, de reſcr. Sed tũc cõtra cõſuetudo nõ debet valere contra honeſtatẽ, c. cũ decorẽ, & ca. cum ab omni, de vit. & hon. cler. Reſpon. id admittitur in mulieribus ſolum præcellẽtibus habentibus dignitatem, ſicut videmus de Abbatiſſa, quæ ratione dignitatis, habet iuriſdictionẽ ca. dilecta, de exc. præl. Et ꝙ hic dicit de cõſuetudine, intelligende mulieribus pręcellentibus & nuptis principibus viris, ita quod principatus pertiocat ad virum; nam ſi mulier haberet principatum ꝓprio iure, tunc non indigeret conſuetudine: ſed eſſet iure communi munita, ut per Abbat. poſt Inno in cap. dilecti eod.

Cõſuetudo poteſt dare iuriſdictionẽ mulieri.

f Admittendi erunt. Eſt ergo edictum de arbitris prohibitorum certarum perſonarum: Vnde omnes admittuntur, qui non ſunt expreſſe prohibiti, vt hic fac. l. 3 §. tam et ſi. & l. Prædius, cum l. ſequen ff. eod leg 1 ff de teſta. le cum prætor. ff. de iudi. capitul. inter corporalia. de tranſlatio, Prælat.

Sicut CASVS nõ figuratur, ſed not. quod in libr. introductorio non omnia, & ſingula ſunt explicanda, ſed illa quæ uidentur magis vtilia. Io. Bap.

g Illorum quidam. Vt eſt ſeruus l. non diſtinguemus § ſeruus. ff. eodem. le. 3 §. ſi ſeruus. ff de pecu. facit. l. ſeruus, C. de iudi. Item monachi & etiam alij clerici, 16. quæſt ca. monachi & cap. de præſentium quod tamen intellige ſecũdum ea, quę latiſſime traduntur per Abb. in capit. per tuas, eod. Item excommunicati, ſecundum Io. An & Spec. ſa. cap. dilecti, de exc. Item hæretici, & pro pleniſſima in forma-

informatione perſonarũ, quæ cõpromittere nõ poſſunt, videndũ eſt Peruſ. in ſuo luculẽto tractatu de arbitris, in 2. lib per tot.

Pleræque etiam cauſæ. CASVS. Quidam Peruſini deſiderio euitandi lites compromiſerunt oẽs & quaſcunq. cauſas ciuil. criminal. eccleſiaſti. & cuiuſcunque alterius generis. vnde fuit queſitũ quid iuris, ſi n. volumus conſiderare finem compromiſſi qui eſt ſupra, titul. prox in prin affirmatiue eſt reſpondendum: confirmatur per reg legiſta. rũ quod una cauſa reſpiciẽs plura determinabilia debeat æqualiter ipſa determinare. Sol. tñ. ut hic habetur q. illa quæ ſub cõpromiſſo continent, dẽnt eſſe in noſtra poteſtate, arg. c. fi. diligenter de foro comp. qđ in nõnullis cauſis nõ contingit, non obſtat obiectio, ſi quidem ad eã reſpondetur per id qđ dixi ſupra in §. ſed & ſi li. eo ad confirmationẽ uero dico, quod non eſt eadem cauſa in omnib vt conſtat in tex. Not. primo quod quædã cauſæ quæ in iudicio examinantur. licet pertineant ad nos, non tamẽ ſunt in poteſtate noſtra. No. ſecundo, quod ob hac cauſarum diuerſitatem videtur neceſſarium in iudicio examinare in primis, quæ cauſa ſit compromittibilis, quod facit pro intelligentia ſtatutorum loquentium de cõpromiſſis.

iuris commodius cognoſci poterunt.

Ponit cauſas, ſuper quibus non poteſt compromitti, & quod ſuper matrimonio ſpirituali poteſt compromitti, ſecus ſuper carnali, h. d.

Pleręque etiam cauſę arbitrorũ notionẽ effugiunt, nam liberales,[a] matrimoniorũ,[b] filiationum,[c] monachationũ,[d] conuerſionũ in integrum reſtitutionũ,[e] item criminales[f] & quę maiores iudices exigũt, per arbitros cognoſci non poſſunt.

Super matrimonio ſpirituali poteſt compromitti, non ſuper carnali, h. d.

Quod autem diximus de matrimoniis cõpromitti non poſſe, de carnalibus intelligẽdũ eſt, nam quod de ſpirituali matrimonio compromitti poſſit, ſecundũ ea quæ ſupra diximus[g] nulla eſt dubitatio.

Arbiter ſuper pluribus, ſi ſuper uno tãtũ pronunciet, non expirat compromiſſum: niſi habuerit a partibus facultatem ita pronunciandi. h. d.

Finiuntur[h] aũt arbitria pluribus modis, puta, ſententiæ prolatione, & temporis lapſu. Sententię prolatione finiuntur arbitria, cum de omnibus, de quib. compromiſſum fuerit arbiter pronunciauit. Nam ſi de quibuſdã tantum ſententiam tulerit, niſi talẽ pronunciandi poteſtatem a partibus habuerit, compromiſſum non expirat[i].

Finiuntur autem CASVS. Facto vt præſupponitur cõpromiſſo, fuit quæſitum, an finiatur modis diuerſis ſicut iudiciũ delegatum, præcipue uero ſententia, tẽporis lapſu, morte. & ſimul & cum depẽdeat a libero compromittentiũ contractu, uidebatur rñdendum qđ tantum per ſententiam debebat finiri, cum iſta fuerit compromittentium intentio. Sol tamen ut hic legimus, quia compromiſſum in hoc aſſimilatur delegationi, & procuræ & ſic non tenet obiectio, imo propter hanc ſimilitudinem tenet argumentum ab uno ad aliud vt alibi dixi, & adno. Not formam mandari compromittendi eſſe diuerſam ad arbitrium iſtorum compromittentium, & ideo in hoc nequit certa regula aſſignari.

a Liberales, le. nõ diſtinguemus. § de liberali, eod. l. 2. C. de pedaneis iud capitu. penul eo ſecundum vnam lecturam, & hoc intellige principaliter, nam ſi coram arbitro compomitteretur de aliqua cauſa compromittibili, ſi incidenter eſſet neceſſe cognoſcere ſupra libertate, poſſet tunc cognoſcere, vt no. in d. § de liberali, pro quo l. cumproponas, ſecundum unam lect. C de reb. cred. facit ſecũdum quoſdam l. quoties, C. de iud. & le. 2. C. de ordin. cogni.

b Matrimoniorum. cap. cauſa, in fi. de reſ. in integ. tamen ſecundum aliquos poſſet arbiter cognoſcere de tali cauſa incidenter, & de materia huius §. latiſſime per Peruſ. in tract. de arbitris. libr. 2. per totum.

c Filiationũ. Fac. le. abdicatio. C. de patr. poteſt.

d Monachationũ. per Dect. in l non diſtinguemus, §. de liberali. ff. eo. &, p Peruſi. in ſuo tractatu de arbi. lib 1 c. 3.

e Reſtitutionum. l. fi. C. vbi & apud quem, ca. cauſa, in prin. de reſt. in integ poterit tamen ſecundũ quoſdã, & de hoc incidenter cognoſcere, Ab in d. c. cauſa, in princ. verſic. ſecundo nota.

f Criminales. cap. cauſa. in fin. de reſtit in integ. l. non diſtinguemus, §. Iulianus, ff. eodem.

g Supra diximus §. per compromiſſum, de cle. & cap. quia propter eo. tit.

h Finiuntur De materia huius § latiſſime per Peruſ. in tract. de arbit. li 1. per tot

i Non expirat Ideoque ſententiam ſuper una tm̃ cauſa latã mutare poterit, l. quid tamen, ff. eo. Sed

an

Terminus lapſu compromiſſum expirat, h.d.

Lapſu temporis expirat arbitrium, cum terminus compromiſſo comprehenſus re infecta labitur [a].

Morte tam arbitrorum, quam compromitten tium expirat compromiſſum: niſi ſpecialiter ſit dictum de hæredibus compromittentium, h.d.

Mortis quoque interuentu compromiſſa irritantur, tam arbitrorum [b], quam etiã litigatorum [c]. Compromiſſum [d] enim in cõpromittentis hæredes non extenditur, [e] niſi de his quoque ſpecialiter caueatur [f]. Sũt & alij modi quibus compromiſſa finiuntur, quos tamen ut ad cæptum iudiciarij ordinis propoſitum feſtinemus, ex alijs iuris libris cognoſcendos relinquimus [g].

An idem ſit de iudice ordinario, qui de pluribus ſimul quæſtionibus fuerit aditus? Reſp. nõ, quia licet arbiter fines cõpromiſſi excedere non dẽat. l. non diſtinguemus, §. ſi cum l. ſeq. ff. eod iudicium tñ redditur inuitum, l. inter ſtipulantem, §. Stichũ, ff. de verb. obli. & ideo in quibuſdã lata ſnīa tenet, licet de alijs nihil dicat, l. fi. . ut, §. fi. ff. de nego. geſt. & not. in d. l. quid tamen.

a Labitur. poſſent tamẽ partes terminum ꝓrogare, licet arbiter non cogatur ĩ ſe compromiſſum aſſumere, quando per eum non ſtetit, quo minus pronunciaret in primo termino, l. ſi cum dies, ff. eo.

b Arbitrorum. Et ſi fuerit in plures arbitrio. compromiſſum etiã morte unius tantum. expirat cõpromiſſum, c. uno delegatorum, vbi etiam no. de off. deleg & in iudicibus delegatis accidit, niſi expreſſe cautũ fuiſſet, quòd non deberet expirare. quid autem ſit in iudicibus ordinarijs & alijs officialibus, habetur per Docto. in capit. prudentiam, de offic. deleg. Et quod dicitur de morte, extende etiam ad diuturnam abſentiam, quia diu abſente arbitro vel expirat compromiſſum, vel certe illo non obſtante poteſt pars recurrere ad iudicem ordinarium Abb in ca. præſentata verſ. no. ibi per duodecim, & per eundem in c. fi. eo.

c Litigatorum. Etiam alterius tñ, capit. ex parte, eo. Sed nunquid erit idem ſi moriatur prælatus, qui compromiſit ſuper rebus eccleſiæ ſuæ, vt expiret compromiſſum morte prælati? Reſp. diſtinguẽdo, vt per Ab in c. fi. eo.

d Compromiſſum. Sed an quod dicitur hic de ipſo compromiſſo obtineat etiam in actis geſtis coram arbitrio, ſ. vt eorum virtus expiret una cum compromiſſo? Reſpondeo, quædam ſunt acta litis, ut citatio, litis conteſtatio, ſatiſdatio, & ſimilia, & iſta, pereunt una compromiſſo, ſicut quando perit inſtantia iudicia. ut plene per Inn Ab. & cæteros, in c. cauſã quæ de teſti Quædam ſunt acta cauſæ, puta atteſtationes, partium confeſſiones, & ſimilia concernentia meriti cauſæ, & iſta non expirant, ẽt qđ expiret cõpromiſſum nõ ſolũ morte verum ẽt alio quocunq modo, l pe. C. eo. vbi Doc Canoniſtæ in cap eo. De teſtib tamen diſtingue, ut habetur in c. præſentia, de teſtib & in l. ſi D eo ti. idem intelligas de effectibus compromiſſi productis de præterito nam non extinguũtur. Vnde ſi fuerit coram arbitris interrupta pſcriptio ꝑ conteſtationẽ litis vel alio modo legitimo, non expirat ille effectus expirante cõpromiſſo, ut per Bald. in d. c. cauſam, & per Abb. in d. c. fi. eod.

e Non extenditur. Etiam ſi ante mortẽ eſſet concluſum in cauſa, & dies præfixus ad ſententiam ferendam, c. ex parte, & ibi Abb. eodem, quamquam ſi eſſet ſententia lata, executio tranſit in hæredes. l. quis, & l. diẽ ꝓferre, § fin. ff. eo. & habetur in d. c. ex parte, & in ca fin. eod. & ſic hoc caſu ſententia, & cõ concluſum in cauſa non æquiparantur, licet aliqñ contra, ut ꝑ Legiſtas, in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq poſſeſ l. emptore, ff. de actio. empt. Et not. hic caſũ ĩ quo obligatio contracta cum defuncto nõ trãſit ad hæredẽ, regulariter cõtra, licet de hærede nõ fuerit facta mentio in contractu. l. veterib C. de contra. & cõ. ſtipu. de alijs ſimilib caſibus, not. in l. iuris gentium, §. pactorum, & in l. qui in futurum, §. 1. ff. de pact & generaliter, qñ pactum factum cum defuncto cohæret perſonæ defuncti non transfertur obligatio in hæredem. Legiſtæ in l. eadem, ff. de verb obliga. & in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd cogan. in l. poſtulante, ff. ad Trebel Et facit ad quæſtionem an ſi conuenerit ut quis poſſit perſonaliter capi ſi non implẽuerit ex parte ſua, poſſit etiam illo mortuo hæres capi? Et ad ſtatutum diſponens debitorem poſſe perſonaliter capi. de quo remiſſiue per Ab. in cap. fi eod. Sed quæ eſt ratio quod compromiſſum nõ tranſit in hæredes? Reſp. ſecundum Abb. in d. ca. fi. quia arbitri plerumque eliguntur ratione confidẽtiæ, & amicitiæ, qua forte nõ erit ita cum hærede meo ut mecum, merito ſi moriar non debet cogi hæres meus ſtare compromiſſo, in quo ceſſat illa ratio confidentiæ. Aliam rationem reddebat H. ſt. ut per Abb. in d. c. fi.

f Caueatur. Sed pone, quod ſit cautum. intelligetur ne de uno tantum hærede, an etiam de pluribus? Et videtur quod de uno tantum leg antiquitas, C. de vſufr. l. boues, § hoc ſermone, ff. de verbo. ſignifi. Spec. Abb. & com muniter contra, l. ĩn annalibus, C. de lega. l. ſi C. de hæred inſtit. facit leg. qui per ſucceſſionem, ff de re iur Non obſtat l. antiquitas, quia illud ſpeciale, ne fruſtra ſemper apud proprietarium ſit ipſa proprietas. Item nunquid quod hic dicitur habet locum in arbitratoribus & amicabilibus compoſitoribus. Spec quod non: contra Abbas in capitulo fin. eodem. & hæc magis placet.

g Relinquimus. De his pleniſſime per Peruſinum in ſuo tractatu de arbitris, libro decimotertio, per totum.

DE IN IVS VOCANDO. Tit. V.

Iudex debet habere notarium, uel duos uiros idoneos qui ſcribant acta iudicii, h.d.

ERgo ſi partes neque pactionibus, neq. tranſactionibus, neq. compromiſſis concordes reddi poterunt, ad iudicẽ deueniendum erit. Illud autem in primis proſpicere iudicem oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolennitates in iudicio prætermittantur. [a] Adhibebitque publicam perſonã, aut duos [b] viros idoneos, qui vniuerſa acta iudicij conſcribant, ut Innocentiana[c] conſtitutione, in generali concilio edita, latius continetur.

Initium iudiciorum citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli, h.d.

Omnium [d] autem iudiciorum inſtituendorum principium, & fundamentum ſunt citationes, ſine quibus omnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio, aut loco agũtur, viribus carent [e]. Nam neque natura-

DE IN IVS VOCANDO.

Ioã. Bapt. Continuatur hæc materia prout legimus in prin. huius tit vel dicas aliter, prætermittendũ eſt partes non potuiſſe venire ad aliquam concordiã per aliquem modum ex ſupra relatis, & explicatis cũ coactæ fuerunt venire ad iudiciũ & quoniã principiũ iudicij eſt ipſa citatio, & cum hoc ti. noſtro ideo proponitor hic titulus iſte, qui diuiditur in quatuor partes in quarum p ima adno. continuatio in ſecunda qualiter acta iudicij ſint in ſcriptis redigẽda, in tertia demonſtrat qualiter citatio eſt principium iudicij, in quarta hẽntur caſus diuerſi non comparẽdi. ſecunda ibi, illud autem: tertia ibi, omniom autem: quarta ibi, ſit tñ.

Ioã. Bapt. ERgo ſi partes. CASVS non figuratus not. tamen quod ad iudicium eſt deueniẽdum quando aliter partes ad concordiam venire nequeunt, unde not argum. primo eſſe tentã odum remedia ad pacem conducentia.

Ioã. Bapt. Illud autem. CASVS. Quidam Epiſcopus dicebat ius, partes ſolum audiẽdo, non curando ut ſingula acta ſcriberentur, q̃ra de re fuit quæſitum, an expediret ſingula iudicij acta ſcribere, ſi enim finis iudicij eſt attendendus, non videbatur hmõi ſcriptura neceſſaria. ſi quidem poſtquam vnicuiq; q̃ ſuum eſt per iudicium eſt redditu , non vr̃ opus aliud addere. Sol. tñ ut hic habetur, quia oportet aliquando demonſtrare ſententiam eſſe legitime latam, exactitatis q̃ ſine prouiſione præſentis partis fieri non poteſt. vnde cum prouiſio iſta ſit ordinata, ad alium finem, ideo obiectio non tenet. Not primo, ſcripturam eſſe neceſſariam in quolibet actu, qui fieri debet in iudicio. No ſecundo. q̃d notarius ſapit naturam duorum teſtium.

a Prætermittantur, c cauſam de iudic. c. quoniam contra, de probat.

b Duos viros. Videtur ergo, quod tabellio æquiualeat duobus ex quo loco eius adhibentur duo idonei, alias videtur quod æquiualeat tribus, 16 quæſtio. 3. §. poteſt. verſic, is autem, & ſic uidetur, quod plus credatur ſcripturæ tabellionis, quã ſcripturæ Epiſcopi, vel alterius iudicis, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem capitulo eũ a nobis. de teſtib. hoc ideo, quia tabellio cum iuratus ſit, credẽdũ eſt inſtrumento ſuo, capitulo ad audiẽtiã, de p̃ſcriptionibus, capitulo illud, de præſumption Sic conſuetudo regionis interdũ habet, q̃ credatur inſtr̃o principis, ut in capitulo, cum dilectus de fide inſtrumentorum. Licet autẽ circa indicia credatur ſcripturę tabellionis circa contractus, tamen ei non creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionẽ, §. ſancimus, authen de hær. & fal. tutius tñ eſt quod & in iudicijs adhibeantur ſi adhiberi poſſunt, vt no. in cap. quoniam contra de proba. vnde ſumitur.

c Innocentiana, c. quoniam contra de probatioo.

Omninm autẽ CASVS. Quidem iudex Mediol. in differẽtier ius reddebat parte nõ citata, idq. putabat ſibi licitum, quia dicebat ſatis eſſe cauſam ſibi cõſtare tanquã iudici, & propterea oil aliud requiri. arg. cap euidentia, de accuſat. eum ſimil. Sol. tamen, ut hic habetur quia ſi ſecus eſſet. ſæpe contingeret al quem inde ſenſuum condemnari, quod repugnat iuri, & rationi. Non obſtat obiectio, quia non eſt ſatis, ut aliquid ſit notum iudici, niſi ſit notum legitime & canonice, & ſic intelligi debet d. cap. euidentia. No. primo, quod nemo poteſt in iudicio iudicari, niſi prius fuerit legitime citatus No ſecundo, quod cum citatio ſit ordinata ad defenſionem faciendam, ideo in quolibet indifferenter requiritur, facit, l. in ciuile, ff. de legib.

d Omnium &c. Sic Inſt. de pœn. tem. liti. §. fi.

e Viribus carent. Facit l. de vnoquoque, ff. de re iud. clem. paſtoralis eo. ti. c. inter quatuor, vbi no de malo. & obe. c. caueant & c. omnia, 3. q 9. In tantũ, vt ſententia lata in fauorem abſentis non citati non teneat, ut no in l. ea quæ, C. quomodo. & quã iudex, Abb. in capit quoniam contra, de prob. licet videatur contra l. quod fauore, C. de l. & l. nulla ratio., ff. de legib. Non mirum cum ſit de iure diuino, ut apparet in princ. libri Gene. In quo habetur quod Deus noluit Adam condemnare de nobedientia, priuſquam illum citaſſet. Idõ ei nec per Papam

pam derogari põt:& de hoc per Legiſtas præcipuè recentiores, in l. nec quicquã, §. vb decretum, ff de offi procon. Centũ tñ & quindecim caſus, in quib nõ eſt neceſſaria citatio colligit Ant Nicell in opere quod inſcribitur, concordat gl. q 52. in primo tomo tractatuum.

ſi dubitaretur, prætoris. n. eſt æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio, l. 2. ſed & ſi dubitet, & l fi. quis aliena, cum ib no ff. de iu. l. contuma. & ibi ẽt no. ff de re iud & faciunt tradita per Canoniſtas in c. cum ordinem, de reſcr. & in c. cum parati, de appell.

lis,[a] neq; ciuilis ratio quemquam indefenſum iudicari permittit. Quicunque igitur cum altero iudicio contendere, uoluerit, ante oĩa curare debet aduerſarium ita moneri, vt ſeſe corã iudice exhibere teneaẽ.[b]

Ex quatuor capitibus eluſoria redditur citatio, & citatus a non ſuo iudice non tenetur comparere, h. d.

Fit tamen interdũ plurib. modis, ut quis vocationi de ſe factæ parere non compellatur, vtputa[c] ex perſonæ qualitate, loci conditione, temporis ratione. & forma citationis. Perſonæ qualitas inefficacem reddit citationem, tam ius dicentis quam etiam in ius uocati. Nam ſi iſte in ius uocet quem tibi iudicem non eſſe competentem manifeſtum[d] ſit, dubio procul ad comparendum vocatio talis te minime coarctabit[e].

Qui legitime citatus mutauit iudicem, nõ propterea poteſt declinare iudicem, cum ſit prauentus, h. d.

Si tamen contigerit, eum, qui legitime[f] citatus fuerit, alterius poſtmodum fieri iuriſdictionis, quaſi præuentus[g] ius reuocandi forum non habebit.

Citatus ad inſtantiam ſpoliatoris nõ tenetur comparere, h. d.

Idem iuris[h] eſt, ſi iudex quidem tuus ſit

a Naturalis. Immo nõ naturalis vr̃ permittere ſñnĩa lata ſit iuſta: quia dum modo finẽ habeamus, nõ curamus de modo. Sol. hoc verũ, qñ mod⁹ nõ eſt de ſubſtantia, alias qñ eſt de ſubſtãtia, non ſufficit hr̃e ſolum effectũ Ab ĩ c. vniuerſitatis, verſ ĩ gl. pe de sẽt exc fac. c. eccleſia, de conſti. & ut lit. nõ cõt. per tot.

b Teneatur Quod tũc erit cũ citatio habebit ſua req ſita, de quib. inf. eo. in progreſſu.

Fit tñ Hęc pars tot partic. habet, quot ſunt cauſæ q bus quis excuſatur ut ad iudiciũ cõpareat: in cõi tamen CASVS ita cõmode figurari poteſt. Quidã fuit ad iudiciũ citatus, qui aliter nõ cõparuit, & cũ iudex voluiſſet ipſum condemnare, fuit quæſitũ. an poſset excuſari allegando citationẽ nõ fuiſſe legitimè factã vel rõne perſonæ, vel ratione loci, vel ratione temporis, vel ratione formæ citationis, cum in ea requiſita non contineantur, vel alia ſimili cauſa, & cum contumacia ſit punibilis, vt Docto. adnotan cap. 1 de iudic ideo cum ſimpliciter non comparuiſſet, videbatur puniendus. Cæterum Sol. vt in hac parte legimus, quia citatio cum debeat eſſe legitima, tunc erit talis quando ſecundum debitas & adnota. circunſtantias fuerit facta. Non obſtat obiectio. quia de legitima contumacia intelligitur, vt Docto. ibi præſupponunt. Not. primo competentiam iudicis ſimpliciter, vel reſpectu alicuius actus aliunde nõ cognoſci, niſi ex qualitate iuriſdict. perſonarum in iudicio interuenientium, loci, temporis, formæ, & aliarum circunſtantiarum, hinc habemus varium modum excipiendi. Not. 2. quod cauſa, propter quam citatio eſt nulla, aliquando eſt perpetua, & aliquando temporalis.

Vtputa. Nota quatuor capita ex quibus oritur inualiditas citationis.

d Manifeſtum ſit. Hoc ideo dicit, quia aliud eſſet

e Coarctabit. Et hoc procedit nõ ſolum in ordinarijs ſed põt procedere ẽt in delegatis, puta ſi ſit commiſſa cauſa plurib. ſine clauſula illa, ꝙ ſi nõ omnes, & pars tm̃ eorũ citetur, vt in c. prudent. ã, in prin & ibi not. cũ c. ſeq dec ff. deleg. fac. c ex literis eo. tit. & c. ſi duobus, de appell. & habeẽ apud Spe. in ti. de citatione, colu 2. verſ Itẽ ꝙ eſt eiuſdẽs Sed quid ſi iudex q citauit, mortuus eſt, & alius in locum demortui ſubſtitut⁹, vtrũ citatus teneaẽ cõparere abſq noua citatione? Vel cõtra. quid ſi aliquis citatus eſt ſub noĩe dignitatis, & mortuus eſt, & aliu ſubſtitutus? an citatio coarctabit ſubſtitutũ? Reſp. vt per Ab. in ca. licet in fi. de acc.

f Legitime. Vt, quia commiſſa ad petitionẽ partis, vt ĩ c propoſuiſti, vbi Ab. đ for. cõp. ſi iudex procedere ad vtilitatem priuatam, alias eſſet nulla. & per conſequens non perpetuaret iuriſdictionem, c. cũ plures, vbi not. de offi del. in 6. nec ẽt præuẽtionẽ induceret Io And. & Ab in d. c. propoſuiſti, vbi, an talis citatio debeat eſſe per tria edicta, an per vnicam citationem peremptoriam.

g Præuentus. d. l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. l. cum quædam, ff. de iuriſd. omn iudic patet ergo quod per ſolam citationem perpetuatur iuriſdictio, tam ordinarij, quam delegati, ut capit. propoſuiſti. de foro compet unde ſumitur, & cap. gratum. & cap. licet, de offi. deleg. & capitul. fin. de offi. leg. fac. cap. ut debetur. de appel & capitul capitulum ſanctæ Crucis, de reſcript ut citatio præualet impetrationi litterarum, quia ergo conuenitur coram iudice competenti. cogitur uſque ad finem perſiſtere etiam ſi mutauerit forum: quia præuentus fuit.

Citatio impetratione literarum præualet.

h Idem iuris. Supra dixit de nullitate, quæ obuenit ex perſona iudicis, nunc de ea, quæ ex perſona rei competit.

ex eo tamen te mandet uocari, vt in iudicio cum ſpoliatore tuo ſtare compellaris; nec enim antea comparere cogeris, quam ad omnia canonice reſtitutus [a] fueris.

Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum, h. d.

Locus quoq. ad quem vocatus fueris, tūc inualidā reddit citationē, cū aut incertus [b] eſt, aut citantis non ſubeſt iuriſdictioni [c]. Idem ēt dici poterit, ſi citandus extra iudicis territorium [d] moram trahere comperiatur. Tunc. n. ius dicenti impune non paretur [e]. Quemadmodum & ſi locus citationi deſignatus peſtilens [f] ſit, aut alias pro citato male tutus [g].

Diebus feriatis in honorem Dei, etiam ex conſenſu partium, non poteſt procedi. Et anguſtia tēporis ad comparendum dati, vitiat citationis. hoc dicit.

Sed etſi iudex iuſſerit adeſſe, aut inter anguſta nimis tempora, [h] aut quæ veneranda ſint diuini cultus gratia, [i] nulla uires habebit talis iuſſio. Quā iis. n. nō prorogare, ſed expedire deceat qōnes [k]: vſq. adeo iñ die-

h. Reſtitutus fueris Cap. 2. & c. prius 3. q. 2. Spec. in ti. de citatione, §. & ponitur hic unum tantum exēplum de ſpoliato, ſed plura uideri poſſunt in le. 2. & l. 3. eo. in quibus citatio non ualet ex qualitate perſonæ, quæ citatur.

b Incertus eſt. Tūc. n. vī perinde ac ſi nullus locus conſtitutus fuiſſet le. de ętate, §. nihil, ff. de interro. actio. & nimia generalitas reprobatur ca. ex literis, de dolo & contu. Sed hæc citatio ad locum incertum non eſt ipſo iure nulla, ſi nō eſt oīmoda incertitudo, puta, ꝙ citatus fuerit quis ad villam, & ſint plura loca eiuſdē noīs, ut in c. fin. de reſcr. quia debet citatus, co. n. parere in locum in quo conſueuit cōparerē, l. ſi locus, ff. de iud. l. ſi cum dices. §. ſi arbiter, ff. de arbit. & habetur in d. c. fi. de reſcr.

c Iuriſdictioni, l. fi. ff. de iur. omni. iūd. & c. cū ēps, de offi. ordin. in 6. & hoc adaptari pōt. etiam ad delegatum c. ſtatutum, §. In nullo, de reſcr. in 6. & in tantum hoc procedit ſecūdum quoſdam, vt citatio nec ex partium conſenſu poſſit conualeſcere, ut no. in dict. §. In nullo, & de hoc per Spec. in tit. de cita. §. s. verſi item quod iudex & ibi etiā per Io. An. in apoſtil. Quod tamen hic dicitur, non habet locum in terminis cle. 2. de foro compet.

d Iudicis territorium. Poterit uideri forte temere hic iſtud poſitum, cum ſi de uerbali citatione intelligendum ſit, quemadmodum uidetur intelligēdum, ita uidetur dubium ut non defuerint aliqui Legiſtarum, vt Aug. de Peru & etiā alij, qui dixerint hoc egere deciſione Cæſarea, ut per Ia. in l. fi. ff. de iur. om. iud. ſed hoc forte uerum fuerit apud Legiſtas certe, apud Canoniſtas vī clarum per cle. paſtoralis de re iud. & quando etiam apud eos id non eſſet clarum quod hic dicitur, ſic eſt intelligendum iux no. per Spec. in tit. de citat. §. r. verſ. ſeptimus. & per Bar. & alios, in d. l. fi. vt puta, quando diuerſi iudices non ſubſunt uni domino, ſed ſunt omnino ſeparati, de quo nemo uidetur dubitare.

e Non paretur. Ratio l. fi. de iuriſd. omn. iu.

f Peſtilens. Vt no. in c. communis. d. 23. in uer. morari. & in cle. quam ſiu de app. & per Spec. in titu. de citatio, §. 2. ver. itē excipitur. Sed quid ſi in loco peſt is redderetur, an citatus excuſaretur, ſi non eſt parer ei? Reſpon. vt per Bar. in l. de ætate, qua ⁊ legit. In l. recuſare. §. ſi quis alio. ff ad Trebell. & latius per Ab. in c. cum dilecti. verſ. ex hoc dicto d. auth. quod ſi ius. & fac. no. per eundem Abb. in c. propter ſterilitatem, verſ. ſed dubium eſt.

g Male tutus Facit c. de cætero, de ſent excom. ca veniens, de accuſ. & utrobique Ab. nec diſtinguemus ex qua cā ortæ fuerit Inimicitiæ, & an culpa non comparentis, Abb. in d. c. de cætero. fac. nec. per eundem In c. 5. in 2. notab. de iudi. fa. cle. 5 de re iudi. & le ſententia, C. de iur. om. Iud. Idē ēt eſſet, ſi loc⁹ ſit inhoneſtus, ut per Spec. in tit. de cit. §. 1. ver. item ꝙ ſi citatus.

h Tempora. 5 q. 2. c. 1. & cap. primares & per tot.

i Diuinis cultus gratia. Hoc procedit qñ fuit facta citatio vt cōpareat tali die, quæ eſt feriata in honorem Dei, ſecus ſi fuiſſet dictum, comparcat uſq. ad talem diē quia licet illa dies eſſet feriata à comparerer ante diē feriatam, & hoc dicit eſſe veriſſimum Ab. in c. fi. de fer. licet antiqui multis modis diſtinguerent, ut ibi per eum in 1 q. Quod autem ſit ecōtra ſi ſit facta citatio die feriata, ad diē non feriatam dic ut per eundem in d. c. fi. q. 2.

K Quæſt. Cap. fi. & c. venerabilis, de dolo & cōtumacia li. eo. l. properandum, C. de iud. Sed quid dicemus de actibus extraiudicialibus, & iuriſdictionis voluntariæ? Reſpon. poſſunt etiam diebus feriatis in honorem Dei explicari, quantum ad hoc ut teneant: ſed talem actum celebrantes peccāt, niſi certis caſibus, ut in notulis ſeq. Et vidi in doctoratu illuſtriſſimi Flauij Vrſini olim ſcholaris, & Dñi mei, & poſtea Auditoris Cameræ Apoſtolicæ meritiſſimi & tūc Cardinalis ampliſſimi in collegio Peruſino, nō modicam alternationem; quia dict⁹ Dominus cupiebat præſentari in die feriata in honorem Dei, hoc eſt in die S. Angel de menſe Septēbris, & aliqui doctores multum reclamauerunt dicentes, hoc non debere fieri, quod eſſet peccatum cum eſſet actus, in quo iudex debet pro tribunali ſedere, tamen obtentum fuit quod fieret, forte, quia magis cupimus hominibus placere, quam Deo & eodem anno 1556 fuit Doctoratus illuſtriſſimus

Do. Vn-

Do. Andreas Matthæus de Aquauiua, ad præſens meritiſſimus eps de Venafro, qui licet fuerit præſentatus die non feri ta, ſed iuridica fuit tamen doctoratus in feſto S. Aug. nec forte fuit in decens in feſto doctoris fieri quem doctorem, de hoc late per Ab in c. fin de fer. & in tit. de citat. §. 1.

quia duxit uxorem, l. ſed & ſi per prætorem. §. feriæ, ff quibus ex cau. maior, cum enim non ſint inductæ fauore partium, merito non poteſt eis per partes renũciari, facit l. omnes dies. in fi & l. a nul lo, C. de ferijs, & ita per doct. in c fi. de ferijs.

bus iudiciorum [a] ſtrepitus debet conquieſcere, ut niſi uel neceſſitas [b] cogat, uel pietas, ſuadeat, conſentientibus etiam partib. proceſſus habitus non teneat.

Feryſ indultis hominum cauſa, renunciari poteſt, h.d.

Aliud tamen obtinet, ſi ob hominum neceſſitates [d] feriæ indultæ fuerint, tunc .n. acta cuncta tenent, ſi de partiũm proceſſerint voluntate. [e]

Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſſionis, & deſignare auditorium, ſecus eſt in ordinario, h.d.

Iam vero multum intereſt, delegatus ne citet, an ordinarius. Ille enim cum, aliena vtatur iuriſdictione, longe remotos, [f] non niſi litteris commiſſionis ſuæ tenorem cõtinentibus [g], & intra certa ſpatia, [h] quem vocare poterit. Et cum proprium non habeat auditorium, certum huiuſmodi litteris locum, ubi ſe citatus exhibere ualeat, deſignare illum oportebit. Cum in ordinario nulla ſubſit huiuſmodi neceſſitas. [i]

Ponit quid agendum ſit delegato, ſi iuriſdictio eius expiret in peremptorio, h.d.

Item in delegato [k] quæri põt, ſi peremptoriè partes eas citauerit, & earum altera, die data, ſeſe abſentat cõtumaciter, an ſaltẽ circa vltimã diei partẽ ſit in negotio procedẽdũ, & vtrũ ſi duxerit expectandũ, ſit iterũ citandus [l] contumax? Et in ſpecie multum intereſt, duret iuriſdictio poſt peremptorio

a Iudiciorum. Sed an idem ſit in cõpromiſſis, q in iudicijs? Reſp. idem ſm Ab. in c. fin de fer. & hoc intellige i uero arbitro, ſecus eſt in arbitratore & amicabili compoſitore, c. 1. de ferijs Spec. in tit de arb § fin. verſ. in forma Io. And. & Abb. in c. fi de fer.

b Neceſſitas, puta quia ſit ea tpe penuria. Plura exẽpla dãtur in l. 1. & 2 & le. 3 ff. de fer. fac. l. 1 ff. de dam. infec.

c Pietas Puta, quia ſit cã miſerabiliũ perſonarum, nec .n. in operib. miſericordiæ eſt habẽda dierum diſtinctio, arg. ca. ultimã diſt. 76 & ca. nunquam, di. 5. & alijs calib. per Abb. & Doc. in ca. fi. de ferijs, qui concludũ tur uerſibus.

Hæc faciũt cauſas feſtis tractare diebus
Pax, ſcelus admiſſũ, manumiſſio, res peritura,
Terminus expirãs mora, teſtis abeſſe ualenſis,
Cumque poteſtatis patriæ ius filius exit.

De quorum uerſuum declaratione, Abb. & alij in d. c fi.

f Longe remotos. De quo per Abb. capit. præterea, de dilat.

g Continentibus. Ad hoc, ut reus poſſit inſtrui, & deliberare, quid dẽat in termino rũdere, habetur late in ca. præterea, de dilat, & per Spec. in tit de citatio. § ſequitur ver. vtrum aũt citatus, ubi allegat multa concordantia.

h Spatia, i. intra duas dietas, c. non nulli, & c. dilect⁹, a de reſc. c. ex parte, de for. compet. c olim, de except. cum concord. Et hic nihil fuit expreſſum de duab. dietis quia iſta materia de duab. dietis, habet multa capita, & multas diſtinctiones, de quib plene per Spec. in tit. de cit. §. 1.

i Neceſſitas. Habes ergo quomodo differant citationes ordinarij, & delegati Sed de hoc d. ca plenius, immo pleniſſime, vt Spec. in ti. de citat. § cum de citatione, & alibi in d. tit

K In delegato Nõ autem in ordinario, cuius iuriſdictio tempore non expirat, & ſic commode annectitor ſuperiori §. in quo ponitur alia differentia inter delegatum & ordinarium. concor. ca. conſuluit, de offi. deleg. un de ſumitur.

d Neceſſitates. Vt meſſium, vindemiarum. Sed quid dicemus ſi ſimus in loco, ubi non recolligitur vinum, vel granum? Item quid ſi recolligitur quidem, ſed quæſtio vertitur inter milites, vel clericos, an tunc poſſit procedi? Reſpon ut no. in cali per Abb & alios, de ferija.

e Voluntate Idem etiam dicas de ferija repentinis, puta, ſi ſint indictæ ob res proſpere geſtas Vel propter natiuitatem filij ipſius principis. Vel

l Citandus Videbatur, quod peremptorium eſſet circumductum & ſublatum vt iterum eſſet citandus, ut l. poſt peremptorium. ff. de iud. Sed nunquid parte non comparente, circumducatur edictũ ipſo iure? Reſpon. non, vt per Ab in c conſuluit de offic. deleg ſuper glo. Quod ergo remedium habet para comparens contra abſentem? Reſpon. duplex. Primum quidem vt faciat circumduci terminum, & ab illa citatione abſolui: nec enim debet propria

auctoritate recedere. Secundum eſt, vt faciat ſe abſolui ab inſtantia iudicij. Eſt autem inter hæc duo remedia differentia non modica, ut proſequitur Abb. in d. c. conſuluit. verſ. nunquid, aut parte non comparente.

rere de mane, quia electio ſolet fieri illa hora propter miſſam Spiritus ſancti, ut no. in c. cum nobis de elect. citatus ergo ad certam diem, dēt comparere hora qua iudex non ſolum poteſt, ſed ſolet indicare, fac. l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædi. edic. fac. l qui ſe miſſe, ff. de viu. & c. ex litteris, de cōſti. & l. penul ff. de iuſt. & iure.

rium terminum, an expiret. Primo enim caſu, in diem alteram æquitate [a] ſuadente iudex expectare poterit, nec propterea perēptorio elapſo pars contumax citanda erit, niſi gratiam [b] eidem fecerit benignitas iudicantis. Poſteriore vero, ne fruſtra iudicia lis inſtantia [c] euaneſcat, ſi pars cum id nouerit, ſeſe iudici, non præſentauerit hora [d], qua congrue procedi poſſit, ad exequēdū, propter quod [e] eis legitime terminum [f] peremptorium aſſignauerit, ad executionem libere procedere poterit.

Iudex in peremptorio non debet terminum nimium coarctare, h. d.

Diſcretus tamen iudex in aſſignatione peremptorij [g], non debet iuriſdictionem ſuā, niſi neceſſitas vrgeat, adeo coarctare [h].

Citatus poteſt ex legitimo impedimento non comparere, quo tamen ceſſante, debet ſe iudici præſentare, h. d.

Adhuc tametſi omnia ſolēniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad iudicem, quibuſdā caſib. excuſandus erit, vtputa ſi facto aduerſarij impeditus [i], aut ad maius tribunal [k] vocatus, vel vinculis [l], aut infirmitate [m] detentus, aut alijs ſimilibus [n] cauſis implicatus non acceſſerit. Debet tamen ceſſante impedimento, quanto potuerit ci

a Aequitate. Ergo æquū & honeſtū eſt differentia diē alterum nec. n. ſtatim atque non cōparuit poteſt dici contumax, quia poteſt habere iuſtā cām abſentiæ, & ſic reuocabitur ſententia, ca. cum Berthold. de re iudi. nec ꝑtorfeſtinare debet ad decernē dum, vt iubeat poſſidere. vt l. ſi finita, §. ſi forte, ff de damn. infect. non tamen eſt neceſſarium, ſi nolit in diem alterum expectare.

b Gratiam. Ecce quāta poteſtas detur iudici circa iudicia, ut poſſit parcere contumaci in præiudicium alterius l. 1. C quō. & quando iudex l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de arb. Non enim quidquid iudicis poteſtati permittitur. iuris ēt neceſſitati ſubijcitur, leg. nunquid. ff. de iudi. & eſt contra id 3 q 9. c. fin. Item licet iudex poſſit parcere inferendo ſententiam termino conſtituto, nō tamen poteſt ei parcere in expenſis, & ſumptibus, alioqui ipſe de ſuo reſtituet expenſas, l ſancimus, C. de iud. Sed uidetur quod de iure mero teneatur expectare vſque in ſequentem diem, l qui hoc anno. ff. de ver. obl. Vel ſaltem, ꝙ ſuprema hora diei poſſit iudicare, 2 q 6. c. biduum, dic ut no. in c. conſuluit, de offi deleg per Abb & alios.

c Inſtantia Id eſt poteſtas.

d Hora. Nota hic & ex c. conſuluit, de offic. deleg. quod citatus pro certa die, hora tamen non determinata, debet comparere hora, qua congrue poſſit iudex incipere & finire actum incumbentem, nam ſecundum qualitatem actus, tacite videtur hora diei præfixa. Vnde dixit Innoc & ſecutus eſt Abb in d. c. conſuluit quod canonicus citatus ad electionem faciendam certa die, debet compa-

e Propter quod i. id propter quod.

f Terminum perēptorium. Sine cuius aſſignatione non valeret ſnīa, l. 1 § item cum ex edicto, ff. quæ ſen. ſi. appel. re cin. niſi ipſemet iudex partes in ſua præſentia conſtitutas moneret, hæc. n. monitio uim hēt trinæ citationis.

g Peremptorij. l. e. nunquam, ff. de iudi. cap tam ex litteris, de reſtit. in integr.

h Coarctare, c. cōſtituit, de off dele. c. reprehenſibilis, de appel. 2. q 6. ca. appe. ore, l. non tātū, ff. de excuſ tut.

i Impeditus Exēplum hēs in ca. ex litteris, de in integr. reſt facit ca. paſtoralis, §. 1. de off. dele. ſi tamen citatus tarde arripuit iter, nō excuſatur ob impedimētum poſt tarditatem contingens, l. 1. ff. ſi quis cau. in fin. facit no. per Inno. in cap P. & G de offic deleg. De iudice, qui nimium ſe arctabit in petendo conſilio, & notata per Abbatem in cap. cum in ueteri, verſic. ſi, ultim not. de elect.

K Tribunal. l contra pupillum, §. 1. ff. ſi quis caut. & per Eeguſtas in l. 2. §. 1 ff. eod ti. Niſi procuraſſet ſe citari per maiorem iudicem, c. paſtoralis, circa fi. de offi. deleg. & per Spec. in tit. de citat. §. 1. verſic. item quod vocatus fuit.

l Vinculis Facit l. ſuccurritur, ff ex quib. cau. maio l. 2. § ſi cum ll. ſeq. ff ſi quis caut.

m Infirmitate. C. ſi epiſcopus, d. 18. cum ibi not c. querelam. de procur

n Similibus. Puta, quod iuſſus fuerit eſſe in legatione a Rege, capit. ſi epiſcopus diſtinct. 18 c. cum parati, de appellat. & de his ſimilibus caſibus per Spec.

ſpecula.in titu.de citatione,§.1.& per Abbatem in ſua practica,capit.17.verſ.& multis, & per Fel. & alios,in c.cum olim de re iudic.calores tamen immoderati non excuſant,ca. cum dilecti, de dol. & contuma.

tius iudici ſui copiam facere.[a]

DE DOLO ET CONTVMACIA, ET *in poſſeſſionem miſſione.*

TIT. VI.

Quis dicatur contumax, & quid ſit contumacia, hoc dicit.

ERgo iuridicè [b] vocatus nulla legitima [c] cauſa impeditus [d], ſi ſe iudici præſentare neglexerit [e], aduerſario [f] accuſante [g], contumaciæ crimen [h] incurrit. Eſt [i] enim contumacia erga iudicē,vel prælatum cōmiſſa in obediētia.[k]

Contumacia variè punitur. h.d.

Hoc autē variè [l] iuribus coercetur,nunc enim litis damno [m], nunc mulcta [n] nunc

a Facere,cap cum dilecti,de dolo, & contu. Debet etiā mittere ad iudicē ad faciēdam fidē de impedimento, vt per Ab.& alios, in ca querelam,de procura. Et hæc excuſationis miſſio multum operatur, & maximè quod ſētētia lata à iudice per excuſatorē certificato non tenet Abb & alij, in dicto loco.

DE DOLO, ET contum. &c.

Continuatur,tit. iſte prout ex principius apertè colligitur,ſi quidem cum citatus ſæpe,nō intendat, nec velit comparere,& propterea incidat in cōtumaciam. hinc eſt quod poſt titu. præced. proponitur iſte, qui diuiditur in tres partes, in quarum prima habetur quid iuris in cōmuni de dolo, & contum in ſecunda tractatur de miſſione in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ:in tertia demonſtratur an contumax poſſit puniri multiplici pœna: ſecunda ibi, illud quoque, tertia ibi, quod autem.

ERgo iuridicè CASVS non figuratur, cū definiendo. & theoricam dando procedat.No tamen quod ide contumacia eſt crimen. & conſequenter poteſt puniri,quia nos de iure naturæ, & diuino tenemur obedire ſuperioribus legitimè conſtitutis, dicente Apoſtolo,obedite ſuperioribus veſtris,&c.ſi.ut aūt cōtumacia in ſpecie non eſt vna tm̄:ita etiā non vna tm̄ pęna debet puniri, hoc tamen intellige de contumacia deluſa,ſecus aliter.

b Iuridicè. Ideſt, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt titulo proximo

c Legitima cauſa. De quibus ſupra titu.prox.§ ſit tamen cum ſeq.

d Impeditus Poterit aūt de legitimo impedimento conſtare nō ſolum per legitimas, ac ord narias probationes:ſed etiam per ſolum iuramentum impediti,c.ex litteris,de teſti.in integ. quod forte nō procederet,de iure ciuili,vt per Ab.ibi.verſic. licet plenè non probetur, & fortè ſolū in cauſis fauorabilibus,vt in d.c.ex litteris.

e Neglexerit Aut etiam poſtquam venerit,illicentiatus receſſerit. Abb.in c conſtitutis, in princi. de princ.& in cap.prout,eod.& in ſua pract.capit. 18. Quis dicatur contumax,poſt Speculat.in titu.contumacia,in prin. Abb.in c.conſuluit,de offi. deleg. verſi.& ideo.

f Aduerſario. Not. ꝙ collitigans ciuiliter dicitur aduerſarius, & ſic ex facto à iure non improbato quandoque oritur inimicitia, nec inſpicitur iuſtè quis litiget an iniuſtè, vt p Ab.in ca.1.de iud.& ꝑ c.1.de pl' peti.& in c.propoſuiſti, de for.com. & ſac.no.in c.cum ſup.de of. del.Pu. ioti ꝙ minor ſit appellatio aduerſarij, q inimici, & ꝙ licet eis qui eſt inimicus ſit aduerſarius, qui tñ eſt aduerſarius, non ſēper eſt inimic⁹.

g Accuſante. Hec ideo,quia ſi aduerſarius non accuſaret, qs non poſſet dici contumax, l. properādū, §. & ſi qdē C.de iud.vbi Bal.l. cōſentaneo, & ibi Bart. C.quo, & qñ iudic. immo non veniente actore in ultimo peremptorio circumducitur citatio,adeo vt neceſſe ſit reum ex integro citari,l.& poſt edictum,ff de iudi. Legiſt in l.fi.§. ſed ſi ſtipulator, ff. de eo per quem fact erit. Sed contra videtur quod not. Abb.in c.1.ver. no iudicē poſſe,de iudi.ibi ait,ꝙ iudex pōt mulctare contumacem,etiam parte non petente.Solut.contumax quis non eſt parte non accuſante, ſed per accuſationem partis redditur cōtumax,& iudex mulctat etiam parte non petente contumacem mulctari, quod tamen fieri non poteſt incontinenti. Sed in ipſa mulcta imponenda debet contumax de nouo citari. Ab in c.veniens,de accu ſac.c.cum contumacia,de hær. in 6.

h Crimen.Nota,quod contumacia eſt crimen,& quidem interdum capitale l.omne § contumacia, ff.de re mili.& eſt peccatum mortale, Abb.in cap. verſ nota contumaciam,de iudi.

i Eſt enim &c Hanc definitionem ſiue deſcriptionem ponit Hoſt.in ſum.eo. ſequitur Ab in ſua pra cti.c.quis ſit contumax.

K Inobedientiæ.Contumax in uno articulo citādus eſt ad alios,niſi à principe fuiſſet citatus ad totā cauſam.Ab in c.additis,de proc.ſi iſta inobediētia nō egreditur actū, in quo quis fuit inobediēs.

l Variè. Adeo vt poſſit colonis interdici,ne domi nis de fructibus reſpondeant ,vel ne colant agros contumacis Ab in c grauem,de ſen.excom

m Litis damno.l.contumacia,ff de re iudic. Item nec poterit litis in qua eſt contumax,pendentiam allegare,ut per Ab.in c.ex tenore,de reſcr.in fi.verſic nunquid autem conuentus,&c.

n Mulcta,l.1.ff ſi quis iuriſd. non obtemp.l.1.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit. Sed hæ duæ pœnæ non habent locū, niſi in uero contumace, non autē in ficto,

ficto. Doctores commu. in d. l. 1. §. fin. & in leg. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. Quis autem ſit verus contumax, vel fictus, Legiſtæ in fin. ff. de reſtitut. in integ. & in l. properandum, §. ſin autem, reus, Cod. de iud.

ſicut idem delictum poteſt augeri, & grauius reddi, ità quoque pœna & augmẽtum debet recipere, & grauior imponi. No. tertio, caſum in quo acquitur poſſeſſio, & quomodo ipſa acquiratur, not. vltimo, duo honeſti viri quo ad hunc caſum æquiparantur ſuperiori,

a Refectione l. ſancimus, ubi traditur, C. de iud.

b Sequeſtratione. c. 2. eo.

c Innodatione, c. quoniam frequenter, §. fin. ut li. non conteſt ca. 1 eo. in 9. c. cõſtitutus vbi no de ſent. excom. in 6. & iudex, ſi viderit hanc pœnã, magis tenere debet illã imponere, pars tamen non poſſet hoc petere quia cum excõicatio proferatur loco mulctæ, nulla actio ad hoc competit parti. Bar. in l. 3. ff. ſi quis in ius vocã. non ierit & per Ab. in ca. 1. de iudi. & in c. prout, eo. in fi. Vbi etiam hoc limita, vno modo, hodie tñ non eſt deueniendum ad hanc pœnam excommunicationis, niſi cum non poteſt aduerſus reos realis, vel perſonalis executio fieri, ut per Conc. Trid. ſeſſ. 25. in decretis reformat. c. 3.

refectione [a], & rei ſequeſtratione [b], vel eccleſiaſticæ ſententiæ innodatione [c] ob contumaciam ſuam conuentus afficitur.

Actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei contumacis, & poſt annum efficitur verus poſſeſſor reſeruata quæſtione ſuper proprietate, h. d.

Illud quoq. videtur ordinariũ, ut contumace aduerſario exiſtente, in poſſeſſionem earum rerũ, de quib. quæſtio vertitur, vel quæ alias ſunt in patrimonio rei, pro modo debiti, ſi perſonalis [d] inſtituatur actio, cuſtodiæ cauſa [e] inducaris [f], vt tædio [g] affectus reus, veniat aliquando reſponſurus. Quod ſi adhuc per annum in ſua contumacia perſeuerauerit, iudice decernente, verus poſſeſſor [h] efficieris, ſuper proprietate duntaxat, aduerſæ parti defenſione reſeruata [i].

Fructus ne dilapidentur, tunc ſequeſtrandi.

Sed ſi miſſus in poſſeſſionẽ fructus dilapidet, ſequeſtrandi erunt [k]: & quod diſtra-

quod facit pro appellare uolentib. qui cõpiam ſuperioris non habẽt, ut alibi dicemus.

d Si perſonalis. Quò caſu prius incipiendũ eſt a poſſeſſione mobiliũ, demum ſi nõ ſint res mobiles, uenitur ad immobilia ut late per Legiſtas, in leg. à diuo Pio, ff. de re iudic. & per Canoniſtas in c. quoniam frequenter, §. fin. vt lit. non cont.

e Cuſtodiæ cauſa. Vnde hæc miſſio non eſt valde p̃iudicialis. vnde non mirum, ſi ſit etiam contra abſentem reip. cauſa, l. ignotare. Co. de reſt. in integr. niſi tamen abſẽns acceſſiſſet ad ſedem Apoſtolicam, cap. meminimus, de appell. & ibi Abb verſi. ex his poteſt reſponderi.

f Inducaris c. fi. de eo qui mit. in poſ. cap. qñ frequenter, § fi ut lit. non conteſt Hæc tñ inductio in poſſeſſionem põt facile impediri, nã ſi uel amicus aliquis rei cõpareat pro abſente audiendus erit ut per Ab. i d. §. fi. Sed an huiuſmodi amici ſint citandi ante q̃ fiat huiuſmodi miſſio. R ñ. Legiſtæ multi tenent hoc non eſſe neceſſariũ. neq. cõtrariũ alicubi probari contrariũ tñ no. in c. cauſam, de do. & cõtu. & tenet hoc Ab in c. conſultationib. de offic. del. in verſ. tertio, no. quod amici per illum tex.

g Tædio Tædium aut conſiſtet in hoc, quia actor miſſus in poſſeſſionẽ expellet reũ de poſſeſſione, percipiet fructus, & conſeruabit eos, c. 2. & c. 3. de ſeq. poſſ. & fruct. an perſonali uero actione tædiũ erit quia cũ cultura ſpect. ad contumacẽ. miſſus erit cum eo. In agro ne ille contumat fructus, l. is cui § qui legatorum, ff. ut in poſ. l. ſi finita, §. ſi quis autem, ff. de dam. infect & not. in ca quoniam frequenter, § fi ut lit non cont & in c. contingit. eod.

h Verus poſſeſſor, c. qñ frequenter, § fi. ut lit non cont. an autem incommutabiliter, dic ut ibi not.

i Reſeruata, c. quoniam frequenter, §. fi. vt lit. non conteſt

K Sequeſtrandi erunt Hoc intellige, ſi ante annũ miſſus in poſſeſſionẽ diſtrahet, ut in c. dilectus de ſequeſt. poſſ. & fruct. & no ex hoc, q̃ miſſio i poſſeſſionẽ nõ reuocat, licet miſſ⁹ perperã ſe gerat circa cõſeruãdos fruct⁹, ſed fit ſequeſtratio. Sed quid ſi non

Illud quoque. Hæc pars diuiditur in duas partes in quarũ prima habetur qualis ſit iſta in poſſeſſionem miſſio, in ſecunda quando locum non habeat demonſtratur, ſecunda ibi, ſed iſta quidem, quoad primum CASVS ita poteſt in communi figurari. Duo fuerunt citati ad iudicium occaſione quorundam bonorum, & cum noluiſſent comparere, iudex ob talem commiſſam contumaciam uolebat alterum poſſeſſione præd. bonorum priuare, alterum vero excõicare. fuit dubitatum an poſſet, primũ. n. pena non dẽt eſſe grauior delicto, l. reſpiciendum, ff. de pœnis c. ſicut, de homic. d. negatiue reſpondebatur, confirmatur, quia ſi delictum eſt eiuſd. generis, non debet diuerſa pœna puniri Sol. tamen ut in hac parte legimus, tum per rationem in tex. aſſignatam, tũc etiam quia nec in poſſeſſionẽ miſſio, nec excõicatio ſimpliciter imponuntur ſed donec & quouſque nolunt obedire, qua ratione ſuadente, prima obiectio n. l. uidetur concludere, ad confirmationem autem puto dicendum, vel contumaciam non fuiſſe omnino eiuſd. generis, vel ſi erat talis, tali pœna debebat puniri quæ magis timebatur, §. ſi. hoc eod. Not. primo, quod mittere aliquem in poſſeſſionem habet latitudinem quia ad diuerſum finem ordinatur, & iõ aliqñ eſt perfecta & aliqñ imperfecta; Not. ſecundo, quod

ſi non dilapidet adhuc, ſed ſit ſuſpectus de dilapidatione, an erit facienda ſequeſtratio; Reſpon. non, ſed erit ab eo, qui miſſus eſt in poſſeſſionem danda cautio de fructib. debito tempore reſtituendis, no in c. ſuſ. Itata de teſtit in integ. & p Ab. in dic. c. dilectus.

etiam expenſas reficeret, arg. in c. uenerabilibus §. idem, & §. ſecus. de ſen excom in 6. & per Abb. in d. c. cum veniſſent. et fac. hoc ad limitandum, cap. quoniam, § in aliis, ut lit. non. conteſt. Item dicas etiam ſi non cauit, per eum tamē nō ſtetit, ut ſtatim ſequitur.

ctum in priſtinum ſtatum reuocandum [a].

Si ob potentiā aduerſary contumacis non poſſit actor poſſeſſionē ingredi, vel illā amiſerit, nehilominus efficitur uerus poſſeſſor elaſpo anno. h.d.

Si tamen [b] propter rei potentiā, ſiue dolū contingerit, ut intra annū rem cuſtodiēdā nanciſci non poſſis, vel etiam acquiſitam amitras, ne contumax melioris [c], quam obediens cōditionis exiſtat, de canonica æquitate ſācitū eſt, vt hoc etiā caſu uerus elapſo anno, poſſeſſor, actor [d] conſtituatur [e].

Si reus contumax dederit cautionem de ſtando iuri, nec mulctandus eſt quod aduerſarium nō fuerit paſſus eſſe in poſſeſſione, & miſſionem paſſus reſtiuetur. h.d.

Hoc tamen obtinet, cum reus nullā cautionem præſtitit, nam ſi de ſtādo iuri cauerit [f] nec mulctandus, quod in poſſeſſione actorem eſſe paſſus non fuerit, & miſſionem paſſus illico reſtituendus [g] erit.

Actor anno lapſo non reputatur poſſeſſor ſi per eū ſteterit, quo minus intrauerit poſſeſſionē. h.d.

Idem iuris eſt, ſi annus lapſus eſſe proponatur, per reūm tamen non ſteterit [h], quominus ante terminum, & poſſeſſionem receperit & cautionem dederit.

Excommunicatus a delegato Principis, etiam delegato mortuo, non poteſt ab ordinario abſolui uel alio præterquam in mortis articulo, uel de mandato Papæ; h.d.

Quæri contingit, ſi delegatus [i] qui reum propter contumaciam manifeſtam excommunicationis [k] uinculo innodauit, vel petitorem cauſa rei ſeruādæ in poſſeſſionem induxit, rebus eximatur humanis, an eidē in-

a Reuocandum. Not quod ille, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, ſiue reali actione agatur, ſiue perſonali, infra annū nō facit fructus ſuos, ſed cuſtodire eos dēt ut ſi intra annū reus recuperare uelit poſſeſſionē, ei fructus reſtituant: expenſæ tñ neceſſariæ pro fructib. percipiēdis factę primo dēnt deduci. l. fundus, in prin. ff. fam. erci. anno aūt elapſo lucrantur omnes fruct⁹. ut no in ca. contingit eod. & hoc in reali.

b Si tamen. Nota caſum, in quo quis ſine aliqua apprehenſione oā ciſcit poſſeſſioōē, cōcor. c. contingit. eo. vnde ſumitur, de aliis habes per Legiſtas, in l. t. ff. de a. q. poſ. Itē nota remediū vnum contra eum, qui non admittit aliū in poſſeſſionem de aliis plurib. habes in c. tuæ, vt lite. nō conteſ.

c Melioris. Facit ca. contingit, eo & le. 3. §. 1 ff de don. inter ui & vxo. le. Seruius, ff q̄d ui aut clam. le. non ſ. lū. ff. de noxa. l. itaque fullo ff de fur. cap ad hæc, de poſtul. 16 qu. 1. c. l.

d Actor. Siue agat reali, ſiue perſonali: de quo tamen dic ut late in c. contingit eod.

e Conſtituatur, Sed an ipſo iure uel ſequiratur ſētentia? Reſp. ut in c contingit. eod.

Sed ſiue. Caſus Quidã iudex Mutinẽſ. ſatis imperitus, ſuo sẽſu iudicabat, vñ fuit quæſitum an poſſet, & dato, qđ non poſſet, qualiter eſſet puniendus, in 1. ca. affirmatiue ridebat, qa ſi aliter eſſet, non poſſent lites definiri cum ll. ſint ſimiles, & ſnĩa reſpiciat caſum ſingularẽ: in ſecũdo uero iuxta l. reſpiciẽdum, & l. aut facta. ff. de pænis, uidebat eſſe procedendum. Cæterũ utrũq. ca. Sol. prout in hac parte cauetur, qa alioquin ll. eſſent fruſtratorię, & pęnas non poſſent imponere, quod non eſt dicendum. Non obſtant obiecta, quia ad primũ rñdetur, quod lex uniuerſalis debet applicari ad caſum particularẽ & ſic ſecundum ll. iudicare, uel dicas, quod in illis caſibus põt modo præiudicare in quib. habet arbitrium, ſecus aliter. Ad ſecundum dico, prædict. ll. eſſe intelligendas in illis caſib. in quibus pæna non eſt a lege impoſita. No. 1. argumentum quod propriũ ſit ſententiæ declarare ius litigãtiũ, quod facit ad q. an ſententia faciat ius. No. 2. ꝙ dupliciter actus dicitur nullus, uidelicet ipſo iure & per exceptionẽ, ſed in dubio præſumitur ualidus. no. 3. aliquẽ poſſe puniri multiplici pæna ob diuerſos reſpectus atque cauſas, ut docent Docto. in c de tuis, de accuſa. No. 4. quod nõ ſolum tranſgreſſores legũ & canonum ſunt puniẽdi ſed etiam contemptores pęnarum.
d Legibus. Nota differentiam inter iura ciuilia & canonica. Nam legum appellatione ueniunt iura ciuilia: appellatione canonum ueniunt canonica, & large ſumpto vocabulo omnis cõſtitutio eccleſiaſtica poteſt appellari canon. c. 1. ubi Abba eo & c. 1. de conſti. & c. Nicæna. diſt. 31. uide de hoc gl. in ſum. diſt. 3. Itẽ canones poſſunt dici leges. d. c. Nicæna, arg. contra. diſ. 2. c. lex eſt. Et mirum probatur hic, & in d. ca. 3. unde ſumitur, qđ ſnĩa

Canon.

e Sentẽtia Nota qđ ſnĩa nulla appellatur ſnĩa, ſed hoc large & improprie, ſecus ſi eſſe. l. ſanc...mus. C. eo. fac. l. 4. §. cõdẽnatũ. ff de re iud. no. in Cle. 1 de ſeqſt. poſſ & fruct.
f Non ſubſiſtet. c 1. eo vbi de hoc latiſſime ꝑ Abb.
g Summi Põtificis. Ideſt, Papæ Romani. Interdũ. n. & ſimplex eps appellat ſũmus ſacerdos, & Põtifex Maximus. diſ. 21. c. cleros ver Põtifex. fac. c. i cauſis, eo. unde ſumitur.
h Similibus. Sed cõtra l. nemo. C. eo. Sol. contrariũ ꝓcedit in ſnĩa inferiorũ: ſecus in ſnĩa principis, vt hic, & in c in cauſis, eo. & in l. fi. C. de ll. ratio diuerſitatis: qa quid quid principi placuit & c. §. ſed qđ prin. Inſt. de iur. nat. gen. & ciuil. Et quia non præſumitur quod proceſſus principis hẽat maculã, c. in ſede & cap. hæc eſt fides, 24. q. 1. omnia n. præſumũtur per eũ plene examinata, ca. Apoſtolicæ, 35. q. 9. arg. l. uni. ff. de offic. præfec. prætor. Sed inferiorum non ſic præſumitur iudicium integrum, nec habent legis condendę poteſtatem, uel interpretandi quoad alios, fac. quod no. in c. 1. de poſtul præl & per Inno. in c. cum ſpeciali, de app. immo plus in re dubia iudicare debemus exemplo etiam inferiorum, c. ſi quis, eo c. ti. ubi etiam gl. diſt. 20. l. ſi de interpretatione. ff. de ll tenet Abb. in d. c. in cauſis, ubi prolixe, & per diſtinctionem multorum membrorum hoc declarat, ſcilicet quando ſententia principis faciat ius quoad alios.
i Iuris ordo. Hoc intellige reſpectu præiudicii quod generaretur, ſi princeps non ſeruaret legis, æquitatem, & iuris ordinẽ, non quod ipſe ſit magis aſtrictus, quam cæteri, cum ſit ſupra leges l. digna uox, C. de ll. & l. princeps. ff. de legib. c. propoſuit, de conceſs. præb. immo ſententia lata per principem non ſeruato iuris ordine ualet ſecundum diſtinctionem Abb. & Doct. in d. le. princeps, & l fi. C. de legib.

a Obſer-

erit,[a] niſi cũ ille aliquid cauſa neceſſitati[b] & vtilitatis diſpenſatiue duxerit ſtatuendum.

Licet ſententia lata contra ius conſtitutionis, ſit nulla, ſecus tamen eſt in ſententia lata contra ius litigatoris, h.d.

Si tamen ſententia non contra ius conſtitutionis expreſſe[c] a iudice lata fuerit, ſed contra ius litigatoris, cum iure quidem teneat, legitimis modis retractanda[d] erit.

Sententia quando dicatur lata contra ius conſtitutionis, vel contra ius litigatoris, h.d.

Dicitur[e] autem iudex contra ius conſtitutionis pronunciaſſe, veluti cũ defunctus, & minor quotuordecim annis fuiſſe aſſeritur,[f] & teſtamentum iure feciſſe pronunciatur. Contra ius vero litigatoris, veluti cum minor quatuordecim annis, annum quartũ decimum impleuiſſet, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe aſſeritur.

Qui contra leges, & conſcientiam corruptus iudicat, varie punitur. h.d.

Is autem,[g] qui in grauamen[h] partis alterius in iudicio[i] aliquid iniuſte fecerit[k] per gratiam, vel per ſordes,[l] ſiue ordinarius[m] ſiue delegatus[n] ſit, ab executione officij[o]

a Obſeruandus erit. De hoc 35.q.9.

b Neceſſitatis. Vel ſaltem vtilitatis, nec enim Papa debet ſine cauſa diſpenſare, traditur in cap. de multa de præb.

c Expreſſe. Cap. cum inter eo. Videtur ergo requiri ad hoc, ut ſnĩa ſit ipſo iure nulla ꝙ contineat iuris errorẽ expreſſum in ea, & ꝑ hoc l. ſi expreſſũ, ff. de appel l.2. C. de ſẽten. quæ ſi app reſcin. & 2.q.6 c. diffinitiua, §. ſnĩa, & ita tenetur cõiter in c.1. eo. & ĩ d. c. cũ inter, licet Ab. in d. c.1. nõ putet materiã hanc ſtricte accipiendam.

d Retractãda. Immo vr quod hæc ſnĩa ſit ipſo iure nulla, q a & ipſa eſt contra ius conſtõnis, & ius cõe: nã ius cõe mãdat iſtam ſnĩam ferri, ut inf. §. proxi. & in c. forus, de uer. ſig. Sol. ꝙ lata ſẽtentia contra ius litigatoris licet mediate &, implicite, uideatur contra ius cõe, tamẽ non eſt expreſſe cõtra, quæ expreſſio requiritur ad inducendã hanc nullitatẽ, ca. cum inter eo. rõ diuerſitatis eſt quia qñ nil exp[illegible] contra ius cõe pra[illegible] ſumitur ſnĩa iuſta, maxime cũ pars videatur a quieſcere non appellando, ca. cauſam, cum ſeq eod. ſed quando exprimit cauſam contra ius tollitur omnis præſumptio ſententiæ, merito tanquam notorie iniuſta dicitur nulla.

e Dicitur. Concor. 2.q.6 §. item ſi ſententia.

f Aſſeritur. Quo caſu non ſufficit ad concludendam iniuſtitiam ſnĩæ oſtendere ex actis probationem contra q̃ ſnĩa eſt lata: quia non ſemper iudex in ſententiando applicat mentẽ ad vnam ſpeciem probationis Ant. de But. in c. in pñtia, de renunc.

g Is, autẽ dixi ſupra qũo debeat ſe gerere iudex, ut ſententia ualeat nunc dicit de pęnis, quæ debent infligi male iudicanti. Et continet hic §. quædam requiſita ad hoc ut poſſint habere locum pœnæ de quib. hic. Primum eſt, quod decernat in grauamen partis. Secundũ, quod in iudicio. Tertiũ, qđ fecerit. Idem ſi eſſet, ſi omiſiſſet, ſecundum Ioan. An. Arch. & Peruſ in c.1. eo. in 6 cum ẽt omittens dicatur facere l. ſi mora. ff. ſol. matr. Quartũ, ꝙ per gratiam, uel per ſordes. Quintum, ꝙ contra iuſtitiã. Sextum, ꝙ contra conſciam, & ſi vnũ iſtorum deficeret, non eſſet locus diſpõni iſtius, §. argu. l. ſi quis ita ſtipulatur, ff. de verb. obl. l. ſi hæredi plures, ff. de cond. & dem. Sed mihi vr, ꝙ vltimũ requiſitũ deſtruat totã materiam, cũ cuilibet ſit ĩ prõptu dicere ſe nõ feciſſe cõtra cõſciam.

h In grauamẽ. Primum requiſitũ.

i In iudicio. Secũdum requiſitum. Sed quid de arbitro, nunquid hæc pęna in ipſo locũ hẽbit? Reſp. non, de ordinario. n. & dele. tãtum, cauetur, & hæc eſt pœna, ideo non ampliando ca. pęnæ, de pę. d.1. c. odia. & ca. in pœnis, de re iu. fac. no. ĩ c.1. de for. cõp. in 6. & hoc cõiter probatur, licet contrarium uideatur ſẽtire gl. in cap. 1. de confeſ. in uerbo iudices in 6. uide ibid. per Peru. & hoc intellige in arbitro compromiſſario, ſecus in eo, qui ſuccedit ĩ locum iudicis ordinarij, uel delegati, ad hoc ca ab arbi. de off. del. & no. in c.1. eo. in 6.

k Fecerit. Tertiũ requiſitum. Idem ſi omiſerit.

l Per ſordes, i. prece, uel pretio, uel aliter ex corruptione, & eſt quartum requiſitum.

m Ordinarius. Fallit hoc in epiſcopis, qui licet cæteris delinquendo grauius peccent, ca. cum quidã de iureiu. tñ aliqua ſuſpicionis pęna è canone inducta non comprehenduntur, niſi de ipſis caueatur nominatim. c. ſi compromiſſarius. § huiuſmodi. de ele in 6. & ca. quia periculoſum, de ſent. ex. eod. lib. & infra de ſuſpen. §. ſi.

n Siue delegatus. Quid in auditore & mero executore? Rñ. ſm Hoſt. & alios, in ca.1 eo. in 6. non hẽt locum quod hic dr, cum hi non ſint iudices, c. ſuper qq. § & §. uerum, de off del. ſecus ſi eſſet executor mixtus, iuxta not. in cle. 1. de off. deleg. in glo. magna, & per Peruſ d. c.1.

o Officij. Quid de beneficio? Reſpõ. ſm Hoſt. hoc nõ extenditur ad beneficia, quia ſi Papa voluiſſet utiq. expreſſiſſet, ca. ad audientiam, de deci. & de hoc per gl. in c. cupiẽtes, de pęn. in uer. ſuſpẽſi. & per But. ĩ c. inter ſolicitudines, de pur. Can. ĩ prin.

a Per

a Per annum. Ex tunc inchoandum, c. cupientes, §. cæterũ, de ele. in 6. & de hoc no. in c. 14. diſt. 55. & in c. quæ fiuit, de verb. ſig.

b Condemnabitur. Fac. l. fin. de pena iud. qui male iudi. & infamis eſt, l. fi. & l ſi filiusfa. ff. de iudi.

apt per Bal. in l. in eum, Cod. de furt.

Lata tamen. CASVS. Fuit lata ſententia contra Præpoſitum S Gregorij, in cauſa fornicationis qui intra decem dies ab ea non appellauit, & cum poſtea voluiſſet appellare, iudex nolebat appella-

per annum [a] ſuſpendendus erit, & ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, nihilominus condemnabitur.[b]

Suſpenſus ingerens ſe diuinis, irregularitatem incurrit. h. d.

Et ſi ſuſpenſione durante diuinis [c] ſeſe ingeſſerit [d], irregularitatis [e] quoque laqueo innodatus, a qua non niſi per ſummum Pontificem [f] liberari poterit, alijs quoque legũ animaduerſionibus coercebitur, cum dignum ſit, ut qui in multis [g] audet offendere, pœnæ etiam multiplici [h] ſubdatur.

Sententia lata poſtquã per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari nõ poteſt, h. d.

Lata tamen ſententia, niſi per appellationem intra terminum a lege conſtitutum ſuſpenſa fuerit amplius reuocari non poterit [i]. Cum enim poſt decem dierum ſpatiũ [k] ſententia in auctoritatem rei iudicatæ [l] tranſeat, quo ad prouocationis ſubſidium, intra id temporis ſpatium non recurrit, ideo appellandi ſibi aditum precludit quia

& iure authenticorum condemnatur in triplum ſi ciuilis ſit cauſa, ſi criminalis l cõfiſcationẽ bonorũ c. in exiliũm agitur, auth. ut litig. ex ord. lit. iurent. §. ſi qs aũt, auth. ſed nouo iure, C. de pena iudi. qui male iudi. Si aũt p imprudẽtiã iudex male iudicauerit, tenetur ex quaſi maleficio, l qt tũ viſũ fuerit iudi:i l fi. ff. de va. & extra ord. cog. & inſti. de oblig. quæ ex quaſi delic. in prin.

c Diuinis, ſ officijs, non beneficijs, ſm Hoſt. & hoc intellige nõ ſolum de officio miſſæ, ſed ẽt de alijs, puta, de veſperis, & matutino, & ſimilibus, ſecũdum Io. An. & Peru. in c. 1 eo. in 6.

d Ingeſſerit. Videlicet officiãdo, ſec⁹ ſi priuatim, & ſolus dicat illa officia, quia non ſolum non incurrit pœnas hic poſitas, ut irregularitatem, verum etiam tenetur dicere, licet ſuſpenſus, ut no. in c. pſbyterorum, diſt 28. & ſequitur Arch. & Peruſ. in c. 1. eo. in 6. Sed an incurrat irregularitatem, non dicendo officium diuinum? Reſp. non ſecundũ glo. in cle. 2. de priuil. in verbo celebrari non debet.

e Irregularitatis. An & quando ſuſpenſus incurrat irregularitatem ingerens ſe diuinis, uide per Peru. poſt alios, in c. 1 eo in 6.

f Summum Pontificem. No. caſum Romano Pontifi. reſeruatum, de alijs plurib. habetur in c. 1 eod. in 6. & ibi Io. An. Dom. & Peru. ponũt unũ quod eſt valde no. ſ. quod ſi iſta abſolutio non eſſet reſeruata ſummo Pontifici, nihilominus epſ talem ad tempus ſuſpenſum non poſſet abſoluere, & valet hoc ad limitationem c. nuper, de ſent. exco & fac. not. in c. 1. eo. tit.

g In multis. Quæ ſunt Deus iuſtitia, ſolitum officiũ, humana natura, fac. ca 1. de cri. fal & c. cordi in fi. de ap. in 6. no. per Io. An. in c. ad Apoſtolicæ eo. in 6.

h Multiplici. Si ergo lex noua inducat nouam pœnam, non cenſetur abrogare veterem, ſed potius accumulare, de quo per Bar. in l. 1. ff. qui bon.

tionẽ admittere vnde fuit quæſitũ, quia cum appellatio ſit ſpẽs defenſionis, nunquam videtur dinegãda, argumẽto cle. paſtoralis. de re iudicata Solu tũ, ut hic legimus, quia ob bonum cõe fuit olo conueniens, in certo caſu tollere ius appellandi. Ad obiectionem autẽ dico, quod appellatio licet ſit defenſio quædam eſt tamẽ iuris humani, & iõ potuit ab eodem iure aliquãdo tolli. Not. 1. cauſam propter quam res iudicata pro veritate habeatur, vt dicit l res iudicata, ff de regul. iur. No 2. argũ. quod in quibuſdã reb. ueritas attẽditur, & in quibuſdam præſumptio, & opinio. Ioã Bapt

i Nõ poterit. Via ſcilicet ordinaria & iure ordinario: ſed per ſupplicationem, & in integrum reſtitutionem, bene quandoque poteſt, vt infr. de reſt. in integr. § fi. & per tot. vbi de hoc.

K Spatium. Quod currit a die latæ ſententiæ, & ſic non excluditur à numero dies illa, in quo fuit ſententia lata, ſed tempus currit de momento ad momentum à principio, tamen hoc tempus eſt vtile, ſed in progreſſu eſt continuum. l 1. §. dies, qñ app. ſit. ubi no. & 2 q 6. §. biduum, vbi gl in ver ſic. vices, ſi. n. iudex à quo, & ad quem, ſui copiam non facit, tempus non currit, conſulit tamen Bar. quod pars proteſtetur, & appellet coram publicis perſonis. ſequitur Abb. in cap. quo ad conſultationem, eo. pro quo videtur tex. in c. paſtoralis, §. præterea, de offi. del. & in c. fin. de app. & ibi late habetur, dic ut ibi.

l Iudicatæ. Ante ſententiam: ergo non eſt repetire rem iudicatam, ſi ergo ante mandatur executioni, reuocabitur executio, capitul non ſolum, vbi not. de appellat. in 6. quod habebit locum etiã in cauſa criminali, tenet Abb. in capitu quo ad conſultationem, eodem fac no 2. per Bart. in l. qui vltimo ſupplicio, ff. de pœnis, nota per Abba. in capitu. conſanguinei, verſicul. vltimo quæro, eodem.

a Ob-

per hoc videtur interpretatione iuris uelle latæ ſententiæ obtemperare.[a]

Interdum nec poſt decem dies ſententia tranſit in iudicatum, h.d.

Excipiuntur tamen multi caſus, in quib. ſententiæ etiam poſt decem dies rei iudicatæ firmitatem ſibi vendicare non valent, veluti cum de matrimonio[b] eſt quæſtio, aut ſeruata ſententia ſalus animæ in diſcrimē[c] adducitur, & alij plures.[d]

Rei inter alios acta alÿs præiudicium regulariter non adfert, h.d.

De eo quoque admonendi ſumus,[e] quod etſi ſententia[f] tranſierit in rem iudicatam præter eos, inter quos dicta fuerit regulariter[g] neminem læder,[h] ſi quis tamen cum ſibi primū de ea re actio, vel defenſio cōpeteret, ſuſtinuit ſequentē agere, aut paſſus eſt eum a quo cauſam habuit, experiri, ipſe quoque ſentiet ex re iudicata præiudiciū.

ſit rem iudicatam, ſi ergo ante mandatur executioni, reuocabitur executio, c. non ſolum. ubi not. de ap in 6. quod habebit locū, etiā in cauſa crimina li tenet Abb. in cap. qpo ad cōſultationē eo. fac. no per Bar in l quis ultimo ſupplicio, ff de pœn. & no. per Ab. in c. cōſanguinei. ver. ultimo quæro eo.

a Obtēperare. Sententia enim tunc demum poſt decē dies trāſit in rem iudicatā, qñ uitiū forte in ea contentū eſt per partes remiſſibile, & nō alias Abb. in c. iurauit. de prob. contra l fi. C; de ſen. quæ ſine cer quan ti. & l. ab eo Cod. qſio & qñ iud. Et inducitur hoc ad q an ex ſententia cōdēnatoria iniuſta oriatur naturalis obligatio. vſ .n. quod oriatur: quia ex conſenſu oritur naturalis obligatio. l. j ff de pact die ut p Bar. i d l. ab eo, & per Ab ī c. quo ad cōſulationē. eo No. tamē, quod omiſſio appellationis, pſertim ex cauſa, non purgat uitiū ſnīæ quo minus pars poſſit hēre regreſſum cōtra iudicē qa iſte cōſens⁹ nō eſt uer⁹, ſed interpꝛetatiu⁹ ut per Ab. ī c. paſtoralis, § q auero. de of. del. idem ſi pars fecit q̄ tñ potuit puta, quia bis appellauit.

b De matrimonio c. lator. ubi de hoc late hī. eod. cauſa tamen matrimonialis tranſit in rem iudicatam quo ad iuſtitiam, quia non poteſt amplius ſuper dicta cauſa procedi ex primis actis. Abb. in c. ex litteris, de reſt. in integ.

c Diſcrimen. c. inter monaſterium, ubi in fin. not. eo. Ab. in c. nouit de iudi. Ratio: quia hoc non eſt per partes remiſſibile Abb. in c. iurauit, de prob. & no. ſup. in uerbo. obtemperare.

d Plures Puta, ſi ſimus in cauſa beneficiali reſpectu ſuperioris. Abb. in c. cū Bertholdus, eo. & in c. niſi, de pb. & in c. 1 de conce. pb. & in c. cum olim. de do. & cont. & in ca. cum contingit, eod tit. & in c. cum dilecti. de ele. Idem in ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ Ab. in c. ad reprimendam, de off ord. & e alijs pluribus, de quib. per. Iaſ. ī l. admonendi, ff. de iureiur. & viginti quattuor ſimiles caſus enumerat. Venuſi. i ſuo ſpe. aureo l prin. 3. partis principalis 1 dicij Not. tñ quod in omnibus caſib. in quibus ſententis non tranſit in rem iudicatam debet nihilominus appellari infra 10. dies, ſicut ab alijs, alias lapſo dicto termino appellari non poterit, ed ſolum per viam querelæ poterunt tales ſententię reuocari, nec pt adiri iudex appellationis qa per lapſum dicti termini tollitur remediū deuolutiuum. not. in d. c. ad reprimendam, & per Abb. in cap conſanguinei. & in c. ex parte, de reſtitutio. ſpoliat. uerſi. concludo breuiter. Fel. in d. ca lator. Peruſi in c. directe de appellat. vnde non uidentur dictæ cauſæ ab alijs differre.

De eo quoque CASVS. Cum ſententia ſuper certo negocio præſuppo natura lata, nec a b eo fuerit appellatū ille ad cuius fauorē lata fuit, uolebat ea contra aduerſus quoſdam tertios in proceſſu nōiatos, ea rōne motus, quia res iudicata ſimpliciter & non reſpectiue pro ueritate hī l. res iudicata ff de re iu. Sol. tñ ut hic in tex. legim⁹, q a actiones morales eum a circumſtātijs regulantur, ſe cundum eatum quoq; ueritatem uariantur & ideo uerificatur regul. in tex. ad not. & obiectio in contrarium facta nō obſtat Not iudicium afficere ſolum res, & perſonas in proceſſu nominatas, ſed limit iuxta tex & ibi Doct. in c fi de probat.

e Sumus Hic § & cap quamuis, eo, vnde ſumitur, materiam continent ſubtilem, & prolixā, & copioſiorem, quam ut per notula tradi poſſit, ideoque pro eius clariore, & pleniore elucidatione recurrendum eſt ad not per Doct. in d. c. quamuis

f Sententia. Quid dicemus de alijs actis cauſæ, ut puta, de atteſtationibus, & ſimilibus: Dic quod regulantur ſicut Vnde quibus nocet uel prodeſt ſententia, nocent vel proſunt acta, c. inter dilectos, verſi nec atteſtationes, de fi. inſtr. Inn & Abb in c. cauſam quæ. de teſtib per Legiſtas in l. ſæpe. ff. de re iudi. Item de cōfeſſione, vt per Doct. in c quāuis, eo. quæ ratione publicæ utilitatis facit fidem etiā in alio iudicio, Abb. in d. c cauſam quæ

g Regulariter. Bene regulariter, quia hoc habet ſatis multas exceptiones, de quibus per glo in ca. quamuis ca. in verbo res inter alios, & prolixius, & exactius ibidem per Abb.

h Lædet. Reſpectu pleni præiudicij, ſed quoad præſumptionem inducendam bene præiudicat, quia acta inter alios transferunt onus probandi in eum contra quem faciunt, Abb. in ca. cum inter canonicos, de elect. & not in ca. dilect a. de ſimo. & in cap. interrogatum, 2 quæſtio 5. & per Legiſtas in l. ſi duo, ff. de iureiura Immo Bart. in l. ad mouendi ff de iureiur. tenet, quod illa ſententia fa

ciet ſemiplenam probationem. Ab.in ca.quamuis, eod.dicit hoc relinquendum iudicis arbitrio. Sed an ſaltem proſit. Reſp.non, l.res inter alios C qui bus res iud.non no.& fac.illa regula. Contrariorum eſt eadem diſciplina.

DE EXECVTIONE REI IVDICATAE.

TIT. XVI.

Rem iudicatam ſequitur executio, h.d.

SI igitur ſententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit, intra ſtatuta tempora executioni mandanda [a] erit.

Sententia lata in reali actione ſtatim executioni demandatur, in perſonali poſt quattuor menſes, h d.

Sed multum intererit, vtrum in reali, an vero ſuper perſonali actione ſententia lata fuerit. Primo.n.caſu ſtatim.[b] Secundo, non niſi poſt emenſa quattuor menſium [c] ſpatia executioni mandabitur.

Quadrimeſtre tempus poteſt prorogari & breuiari, h.d.

Licet autem quadrimeſtre tempus in perſonali actione ſit regulariter ſtatutum, ex cauſa [d] tamen nonnunquam [e] & arctari, & prorogari [f] poteſt. Sed qui ab initio terminum recepit ſponte breuiorem, ſibi id imputare [h] debebit, cum ex volũtate propria

DE EXECVTIONE rei iudicatæ.

Poſtq̃ in præcedenti uidimus de ſentẽtijs, & re iudicata, ſequitur uidere de illarũ executione, ꝑpea ꝓponitur hic tit.iſte, qui diuiditur ĩ 3. par.in quarũ prima hr̃ qualiter res iudicata ſit exequẽda: in ſecũda, a quo exequẽda: ĩ tertia an executor poſſit de fraude cõtra eam oppoſita cognoſcere: ſecũda ibi, ſed ſi ordinarius: tertia ibi, ꝙ ſi princeps.

SI igitur. CASVS. Alter litigantiũ uidẽs ꝙ à ſnĩa ad eius fauorẽ lata nõ fuit aliter appellatũ petebat eã executioni mandari, quia ſi via eã reſcindẽdi eſt denegata, ſolũ executio remanebat: ſed pars aduerſa ſe oppoſuit, quia vr̃ abſurdũ executionẽ cõcedere niſi prius cognito, an ſit iuſta. Sol.ut in tex legimus, quia aliter res iudicata non haberetur pro iudicata, & ſic tenet rõ pro altera parte adducta, pro altera vero limitatiue qñ .ſ. vt dicit text. executio excederet Not.1. quod etiã in executione datur certus terminus, idq videtur factum ut inde iuſta appareat vnde no. ſecũdo arg. quod creditor non debet eſſe ad exigendũ ita prõptus, vt debitor cogatur ſtatim vere ſoluere.

a Mandanda erit. Quia parum eſt iura eſſe in ciuitate, niſi ſint, & per quos iura mãdentur executioni, l.2 §.poſt originem ff de orig iur & de materia vide per Hoſt.in ſum.eod.§. quando & a quibus, & per Spec.in § videndum, & in c quoad cõſultationem, eo vnde ſumitur, & aliqi ſæpe.

b Statim. Vt no.in quærenti, de off dele. Et idẽ in cã criminali, ut ibidẽ hr̃, & 11.q.3.in c cum apud. Et habetur hæc materia clare per hos uerſus

In perſonali poſt menſes quattuor in re,
Protinus eſt omnis ſententia perficienda
Sic in criminib. ſed caſus excipe quinque
Cõfeſſus pregnãs iratus, et inſula. ſeruus.

Quotũ verſuũ declarõnem hẽs in d.c. cum apud.

c Quatuor menſium. Sed an hoc tempus dandum ſit & his, qui à principio confitentur debitum, cũ hic non feratur ſententia, ſed ſolum fiat præceptũ de ſoluendo iuxta no.in c.dubium,2. de ele. & 2. q.1.c. nos in quẽquam, & in l 1.C. de confeſ. Quidã ꝙ nõ, ut no.in l ſi debitori, ff d iud. & in §.oẽs, inſtit. de verb.obl. Sed ĩ cõtrariũ vr̃ tex.in l.certũ, §.fin ff. de confeſ. dic ꝙ primã opi approbat conſuetudo, quæ dat cõfeſſo ſolum decẽ dies. Secũda eſt de iure uerior, ut per Bart in d l. ſi debitori. ſi ergo ceſſet cõſuetudo, tũ §.fin is aũt cui hæc tpa indulgẽtur, vt euitet oẽs moleſtias, dẽt ſatiſdare de ſoluendo d.l. ſi debitori ubi Bart.& ꝑ Ab. in d.c. quoad conſultationẽ, eo. verſi. ſed quæro iuxta ꝓdicta, ꝙ putat verũ Ab. qñ talis debitor eſſet de fuga ſuſpect⁹, vel nõ eſſet ſoluẽdo.

d Ex cã. Quis aũt probare debeat in cauſa appellationis, an appellans, quod ſine iuſta cã iudex terminos iuris breuiauerit, an appellatus, quod ex cauſa fecerit: uide per Abb in ca. quoad conſultationem, eo.vers.qui autem probare.

e Nonnunquam. Non ergo ſemper & indiſtincte ſed cum cauſæ cognitione, iuxta not in l. a procedente.C.de dila.& per Ab.in c.quoad conſultationem, eo.verſi.ſed ego, & verſi & ad hæc littera, & in c.cum ſit, de appel Bar.in l.2.ff. de re iud. & in c.quærenti de offi.deli.

f Prorogari. Poterit aũt prorogatio fieri ẽt ſine cã cum ſit fauorabilior coarctatione, ita not. in l.4.§. ſi quis ff de re iud. ꝙ intelligit Ab.quantũ ad hoc ꝙ factum iudicis valeat, niſi appelletur, poterit tñ ſm eum appellari, quia non debet alia n partem ſine cauſa grauare, de quo late per Legiſtas in d.§. ſi quis, & per Nattam in Clem.ſæpe, de verb.ſign.

g Sponte. Secus ſi contradixit, & inuitus recipit, ſecundum Hoſt. ſed ſecundum Inn in dubio præſumitur quis ſpõte recepiſſe de quo dic latius per Abb.in c quoad conſultationem, eo.

h Imputare. Sed cõtra, quia immo videtur, quod lex ſuppleat factum hominis, l.4.§. ſi quis condẽnatus, ff. de re iud. Solu. ſecundum glo.in c.quoad con-

iuris beneficium contempſiſſe videatur. Vnde poſtea non audietur appellans, niſi forte aduerſus eum modus executionis canonicus excedatur,[a] ſiue ab ordinario,[b] ſiue etiam ab arbitratore res iudicata fuerit.

Delegatus à principe poteſt propriam ſententiam intra annum exequi. h.d.

Sed ſi ordinarius[c] ad mandatum[d] iudicis à Principe[e] delegati nolit, aut quibuſdam obſiſtentibus ſententiam ab eo latam ſuo effectui mancipare nequeat, datus ipſe iudex illam executioni mandare poterit,[f] & reſiſtentes eccleſiaſtica[g] ſententia coercere,[h] & non ſolũ vſq; ad quadrimeſtre tp̃s quod ad ſoluendum debitum à lege reo cõceditur, ſed vſque ad annum[i] integrum ad

conſultationem eo, ꝙ id quod hic dicitur, procedit quando iudex arctat cum cauſa, vt not hic in verbo nonnunquam contrarium quando ſine cauſa, ſed hæc non placet. Ab. quia ſi põderentur verba verſiculi, & qui ab initio, clare ibi innuitur, ꝙ ẽt ſi ſine cã iudex decurrauit ſpatiũ, imputandum eſt ſponte recipienti alias ver. ille ſuperflueret, quia vbi iuſta cã ſubeſt, non requiritur quod iudicium exerceatur in inuitum, ſecundum Hoſt. quẽ ſequitur Ant. vis ergo tota videtur in hoc, ſ an pars ſpõte receperit terminum breuiorẽ an non ſponte, vt per Ab ibi, ver. & tam circa prima, fac. l. ad ſolutionẽ, ff. de re iud.

a Excedatur. Sic 2. q. 6. § ſũt quorũ & § ab executore, & capitulo nouit, de appellat. & c. ſuper quæſtionib §. nos autem, de off. delega. & l. ab executione, C. quorum appell. non reci. Sed videtur quod nunquam ſit neceſſaria appellatio, quia aut executor facit quod mandatur, & tunc non excedit, aut facit aliud, & tunc nulla eſt ſententia ſua, vnde non eſt neceſſe appellare, c. 1. de ſent. & re iud. quia nõ fuit ſeruata forma mãdati, vt cap cum dilecta. de reſcript cap. examinata de confirm. vtil. vel inuti. Reſpon. iudex poteſt excedere mandatum faciendo, quod mandatur plus aggrauando illum contra quẽ fit executio, nã tũc nulla eſt ſententia & neceſſaria eſt appellatio. Item ſi obijciatur excommunicatio, ca. 11. quæſ. 3. ca. cum excommunicatio, & ca cum inter, de exec. & cap. pia, eodem titu. in 6 item ſi inuocatio facta eſſet poſt rem iudicatam: nam tunc mutatur ordo executionis, l. 4 § ſi ex conuentione, ff. de re iudic. Item ſi præuenire velit tempus quadrimeſtre, d. l. 4. §. ſi quis condemnatus. Item ſi malè interpretetur ſententiam. l. ab executore, ff. de app. Item, ſi obijciatur quæſtio falſi, c. de cætero, extra de ſent. & re iudi. l. iudicati, C. ſi ex falſ. inſtrum & cap. ſuper eo, de falſarijs. Item ſi fiat exceptio, per quam retro, nullum fiat iudicium, vt in ca. noſtra, de procu & hæc not in ca. quoad conſultationem, de ſent. & re iudic. ſuper verbo excedatur Sed adhuc contra d. l. diligenter, ff man. vbi dicitur, quod qui exceſſit mandatum, aliud quidem facere videtur. Solue, vt per Ab. in d. c. quoad conſultationem, ver. ſed contra præcedens dictum

b Siue ab ordinario. Vt Per Hoſt. in ſumma eo. §. quando, & à quibus, ver. & à quibus, & per Specu. eo. § nunc dicendum.

Sed ſi CASVS. Quidam iudex delegatus volebat ad petitionem alterius partis, ſuam ſententiam executioni mandare, ea rõne, quia qui poteſt circa antecedens videtur ẽt poſſe conſequens. c. translato, de conſt. altera vero pars oppoſuit exceptionẽ de poteſtate, quia iã ſanctus eſt officio ſuo l. iudex ff. de re iudi & ideo nõ videt̃ ipſe poſſe ſe amplius intromittere. Solũ tamen vt in tex. legimus, quia ſi aliter eſſet executio, ſæpe traheretur in longum, ad obiectiones añt dico ꝙ per vnam cõfirmatur ſolu. altera vero aliquando verificatur. No caſum in quo iuriſdictio delegati extẽditur ad euitãdũ abſurdum, & ſic eſt ĩferendum quædam eſſe cõcedẽda aliquando ꝑꝑ aliqđ bonum, quæ alias prohiberentur.

c Ordinarius Ad quem regulanter pertinet executio ſententiarum, vt infra eodẽ §. cum igitur.

d Ad mandatum. Not quod delegatus Papæ poteſt mandare ordinario loci quod ſententiam ſuam exequatur, nec mirum, quia quo ad cauſam ſibi commiſſam maior eſt omnibus poſt Papam, capitulo ſtuduiſti, de offic. delega & repreſentat perſonam Papæ, vnde honorari debet, vt Papa, capitu. ſane, de offic. delegat. capitul. finali, diſtin. 93.

e A Principe. Secus in delegato ab inferiore, de quo per Abbatem in capi. ſi quis contra clericum, de foro compet & aliquid per eundem in ca. ſignificaſti, de offic. delega. vnde hic ſumitur, & per Legiſtas, in l. à diuo Pio, ff de re iud.

f Poterit. Sed an poſſit delegatus à principe non requiſito, vel non detractante vel impedito ordinario, per ſe principaliter propriam ſententiam executione mandare? Et non videtur, cum hæc littera, & cap. ſignificaſti, de offic. delegati. videantur late hanc poteſtatẽ concedere ob defectũ ordinari, cõtrarium verius, vt per Abb. in d. ca. ſignificaſti. ver. ſed quæro nunquid.

g Eccleſiaſtica ſententia. Cap quæſitum, & cap. ſignificaſti, de off. dele. Sed an poſſit talis delegatus Principis inuocare brachium ſæculare? Reſp ſunt opin. communiter tenẽtes ꝙ ſic, vt per Abb in d. c. ſignificaſti, ver. extra glo quæro, non tamen poteſt habere officiales armatos.

h Coercere. Cuiuſcunque dignitatis ſint reſiſtentes. ratio: quia repræſentat perſonam Papæ, cui totus orbis ſubeſt, 9 q. 3. c cuncta per mundum, vnde ſecus in delegato alterius.

i Ad annum. Poſt annum vero expirat iuriſdictio talis delegati, licet ſententia non fuerit executioni mandata quãquam aliud ſit in ordinario lege prima, ff. ne vis fiat ei, & not. in c. quæſenti, de

exequendam ſententiam iuriſdictionem [a] exercere poterit.

Iudex deputatus ſuper executione ſententiæ admittat executionem fraudis, ſeu nullitatis, non vt ſuper ea pronunciet, ſed negotium ad ſuperiorem, qui iudicauit tranſmittat. h.d.

Quod ſi Princeps propriam ſententiā per aliquem executioni mādati iubeat,[b] & circa negotiū fraus interueniſſe dicatur,[c] executori de toto negotio cognoſcendi facultas [d] erit, ſed ad ſuperiorem quæſtiones, ſi quæ inciderint, deferri oportebit.

Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati à Principe etiam iniuſtam. h.d.

Cū igitur [e], regulariter cōtingat, ꝙ executio ſententiæ ordinario demandetur, quæri poterit, an ſi ipſam iniuſtam eſſe cognouerit, executioni eā mandare debeat, an ſit ei ſubſiſtendum potius. In qua ſpecie reſponſum eſt, quod cū ordinarius delegato teneatur obſequi, licet ſententiam non eſſe [f] iu-

offi.del. vnde ſumitur, & ibi late per Gloſſatores, & Doct. erit aūt hic annus continuus vnde curret omni tempore Regulariter n. oē tēpus intelligitur continuū, niſi reperiatur contrarium, no. in rub. ff. de diuer. & temp. præſt. & in cle. vni. de reſti. in integ. & ſic curret ēt diebus feriatis, & dato impedimēto & habebit iſte annos dies 365. ſicut annus qlibet, nec eſt curandū, quod incidat annus biſſextilis. nam ſecūdum Abb. in d. ca. quærenti pro regula capiendum eſt, ꝙ vbi à iure datur annus intelligitur de 365. dieb. continuis, l. 3. §. Stichus ff. de ſtat. lib.

a Iuriſdictionem. Niſi fuiſſet dies ꝑfix' iuriſdictioni, quia tunc poſt terminō non poſſet delegatus ſe impedire ſnī Io. An. in c. de cauſis de off. del. ſequitur Ab. in c. ſignificaſti, eod. tit. in 1. no.

Qđ ſi princeps. Hæc pars li. et habeat plura capitula, qñ tū caſus pōt in oib. cōmode figurari, propterea eſt aduertendū ꝙ quidā executores ſnīarum cū ab altera parte audiuiſſent quandam ſnīam non eſſe exequendam propter fraudem, vel quia alia de cauſa erat iniuſta, vel propter appellationem à principe admiſſam non obſtante clauſula, appellatione remota, vel propter reſtitu. in integrum, vel propter aliā ſimil. qua de re volebant vel tale negotium cognoſcere, vel ipſum ad ſuperiorē referre, & ſic executionem retardare, idq; putabant ſibi eſſet licitum, quia alioquin aliquis indebitè, & iniuſtè læderetur quod repugnat iuri, & rationi. Cæterum Solu prout in hac parte cauetur, quia regulariter ad executionem eſt omnino proceden. cum res iudicata pro veritate habeatur, vt ſæpe dixit: aliqñ tamen ob qualitatem caſus contingentis aliter eſt dicendum, & tūc procederet obiectio in contrarium facta Not. primo, quod executio aliqñ ob diuerſas cauſas ſuſpenditur, quod facit pro illis qui cupiunt eum euitare. No. ſecundo, quod argu. rei iudicatæ etiam inſtrumenta debet regulariter executioni mandari, quod cum dictum videtur habere aliquam difficultatem. No. tertio, quod executor tenetur ſine cauſæ cognitione mandare executioni ſententiam, licet iniuſtam, ſed cum hoc negotium faciat, vide gl. hic, in ver. tenebitur.

b Iubeat. Et ſic nota, quod executio ſententiæ eſt delegabilis, quod in delegatione principis nō habet dubium, vt hic, & c. de cætero, eod. vnde ſumitur. Sed dubium poteſt eſſe de inferioribus & cōmuniter tenetur idem eſſe ſaltem de iure canonico, quo iure omnia ſunt delegabilia, habetur in c. quod ſedes. de offi. ord. ex quo infertur ſecundum Ab. in d. c. de cætero, ꝙ ordinarius, vel delegatus à prīcipe poſſunt delegare executionem ſentētiæ, licet executio requirat maiorem iuriſdictionē, quam requirat deciſio cauſæ.

c Dicatur. Scilicet circa negotiū principale, vt quia fuerit obtenta ſententia per fraudē, puta per falſos teſtes vel per falſa inſtrumenta, nam ſi hæc objiciantur coram executore, vt executio differatur, non eſt executori facultas hoc cognoſcendi, quia ſic aſſumeret partes iudicis ꝙ eſſe non debet, l. ſi vt propo nis. C. de exec. rei iudi. ſed debet referre ſuperiori, ca. de cætero, eodem fac. capi. ſuper eo. de falſis.

d Non erit. Immo contra 25. quæſtio. 2. cap. etſi non cognitio, C. contra ius, vel vti. pub. Sol. ſecundum gl. in cap. de cætero, eodem quod hic ſumus in mero executore, qui nullam habet iuriſdictionem annexam ſed nudum tantum miniſterium. Contraria vindicāt ſibi locū in executore mixto, qui ſcilicet habet iuriſdictionem, & cognitionem annexam. Hæc Solutio non placet Ab. quia merus executor nullam admittit exceptionem, l. ſi vt proponit. C. de execu. rei iudica. ſed hic admittitur exceptio. & executor cognoſcit non vt pronunciet ſuper principali, ſed vt remittat negotium infectū ad ſuperiorem, ſed non cognoſcit de toto negotio, vt hic, & in d. c. de cætero, ſuperior ergo plene cognoſcet & pronunciabit. Nec huic expoſitioni obſtent cōtraria, ibi n. dicitur, quod executor poteſt cognoſcere de fraude allegata, vt ſi fraus interuenerit de toto negotio cognoſcatur, non dicit per executorem, quia intelligitur per iudicem. Ita nota. in dicto ca. etſi non cognitio, & per Ioan. & Ab. in d. c. de cæto.

e Cum igitur. Pro intelligentia tam huius. §. quā vniuerſæ materiæ præmitte. ꝙ plures ſunt ſpecies executorum, de quibus per gl. & Doct. in ca. paſtoralis. §. quia vero, de off. delega vnde hic ſumitur.

f Non eſſe iuſtā. Secus ſi executor nouerit ſententiam eſſe nullam, vel præceptū nullum ipſo iure,

tunc

ſtam nouerit, exequi nihilominus tenebitur [a] cũ ſibi nõ cognitio, ſed executio tantũ fuerit demandata, niſi à dato iudice impetrare valeat, vt ab hoc onere ipsũ liberet [b], nec.n. dẽt iudicis delegati mandato violenter reſiſtere, ſed & apud eundẽ inſtare [c] poterit, vt executionem tandiu differri patiatur, donec principi rei veritas innoteſcat.

Si Papa ſcienter commiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato, dato cum clauſula, appellatione remota, iuriſdictio primi delegati eſt ſuſpenſa quo ad executionem, h.d.

Sed quid ſi cum a ſententia lata auctoritate litterarum Apoſtolicarum, in quib. inhibita [d] fuerat appellatio, prouocatum fuerit, & litteræ poſt appellationem ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum poſteriorum iudicum executio ſententiæ à prioribus delegata retardari [e] debeat; Et quidem cum Apoſtolicus alijs iudicibus appellationis cauſam ex certa ſcientia [f] committit, & appellationem videtur recipere, & ſimul priorum iudicum reuocare iuriſdictionem. Vſque eo igitur ſententiæ ſuſpendetur executio, donec appellationis merita plenius diſcuſſa [g] fuerint.

Poſtulatio reſtitutionis in integrum differt executionem, h.d.

Dantur & caſus alij, in quib. licet ſñia in rem tranſierit iudicatã, differẽda nihilominus erit executio, vt puta, ſi non protelan-

quæ enim non tenetur quis tali mandato parere, nec enim põt in tali actu dici iudex, argu. c. forus. de uerb. ſignif. Immo tali iudici exequi uolenti reſiſti poteſt propria auctoritate ut per Ab. in c. paſtoralis, §. quia uero, & in c. ſi quando, de offic. deleg. & no. per Ab. in c. ſup eo. de crim. falſi. Eſt tñ differentia, an ſit lata p falſas literas delegatorias, vel contra falſum ꝓcuratorẽ, an p falſas probationes. Primo. n. caſu ſine vlla tpis præfinitione non mãdatur executioni. Secundo uero tẽpora ad agẽdum de falſitate ſunt limitata, ut per Ioan. And. in c. cum venerabilis, de exce. & per Abb. in d. c. ſuper eo.

a Tenebitur. Sed an hoc ꝓcedat ẽt in cauſa criminali ubi ſñia eſt corporis afflictiua? Inn. nõ putat hoc caſu ſñiam iniuſtã exequendã, & approbat Abb. in c. paſtoralis, §. q a uero. de off. dele. pro quo facit, qđ etiã taciturnitas partis nõ purgat ſñiam, quia nemo eſt dñs mẽbrorũ ſuorũ, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & c. contingit, 2. de ſent. exco. hinc eſt, quod condemnato ipſo inuito, põt tertius appellare, l. non tm, ff. de app. & 2. d. 16. in ſumma. Item nõ ꝓcedit quod hic dr in executore extraiudiciali, quia tunc executor non tenetur exequi mandatũ ſuperioris iniuſtum. De ratione diuerſitatis inter executorem iudiciarium, & extraiudicialem. per Abb. in c. vniuerſitatis, de ſent. excom.

b Liberet. Cap paſtoralis, §. quia uero, de off. dele.

c Inſtare. Quid ſi inſtiterit nõ tamẽ impetrauit? Reſpond. appellet & tenebit appellatio. cap. ſuper eo de off. dele. c. cum ſuper controuerſia, eo. no. in c. paſtoralis, §. quia uero. de offi deleg.

d Inhibita. Eſt autem huius inhibitionis vis in eo, quod tollit appellationis effectum, ut non habeat impedire executionem ſententiæ, nec deuolueretur cauſa ad ſuperiorem, niſi a Pape, quo ſuperior ex certa ſcientia admiſit appellationẽ, ut hic, & in c. paſtoralis, §. præterea, de offi deleg. vñ ſumitur.

e Retardari. Vt priores iudices ſententiam neque per ſe, neque per alios exequantur, ut in c. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg. vnde ſumitur.

f Scientia. Nõ intelligas ꝙ ſit neceſſe hæc verba ex certa ſ. ia poni ĩ cõmiſſione cauſæ appellationis. Sed quod in literis commiſſionis fiat mentio de ꝓceſſu cauſæ, de appellatione interpoſita, & de exceptione oppoſita, ſ. quod prius fuerat cauſa cõmiſſa appellatione remota, alias cõmiſſio cauſæ appellationis nõ valeret, niſi fieret mentio de illa clauſula, quia ſi Papa ſciuiſſet, non ſic de facile admiſiſſet appellationẽ. vnde Papa dr̃ cõmittere ex certa ſciẽtia qñ fuit certificat° de oĩbus quæ potuiſſent eũ mouere ad cõmiſſionẽ denegandam. Vñ de qualibet clauſula appoſita in primis literis, quę põt eſſe impedimentum ſecundarum, debet fieri mentio in ſecundis, alias non dr̃ concedere ex certa ſciẽtia, ſed per ignorantiã & ſurreptionẽ, no. in c. cum dilecta, & capit. cæterum, de reſcript. & per Abbat. in cap. paſtoralis, §. præterea de off deleg. & in cap. inter, eod. fac. l. fina. C. de precibus Imperat. offeren. Et ad hanc materiam referuntur hæc verba, ex certa ſcientia, non autem ad merita cauſæ appellationis ſecundum Abb. in dicto §. præterea, & ita tolluntur quædam obiectiones ibi per eum factæ.

g Diſcuſſa. Confirmatione vel ceſſatione, ſed pone, qđ iudices appellationis ꝓnunciauerint male appellatum, & ſic confirmauerunt ſententiam latam. Quis mandabit ſententiam executioni? vtrum primi iudices, an ſecundi? Reſpon. materia

di cauſa in integrum [a] reſtitutio petita fue rit, & alij plures [b].

DE APPELLATIONIBVS, [c] TIT. XVII.

Quid ſit appellatio, & quare inuenta, b.d.

APpellandi vſus præcipue iudicantium iniquitatem [d] corrigit, & imperitiam detegit. [e] Eſt autem [f] appellationis iuriſdictionis prioris iudicis per ſuperioris innocationem legitime facta ſuſpenſio. Vel appellatio eſt prouocatio ad maiorem [g] iudicem ratione

eſt prolixior, quam vt breuibus notulis tradi poſſit ideo uide per Doct. in ca. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg.

a In integrum reſtitutio Regulariter enim reſtitutio in integrum impedit executionem ſententię l. vnic. C. ſi ſæp in integ. reſt. poſtul. ſi tamē eſt præſūptio contra petentem, quod hoc petat malitioſè, & cā protelādi executionē, tunc mādatur executioni ſententia pręſtita cautione, de qua in ca. ſciſcitata, de reſtit. in integr. & per Bal. in l. falsā, C. ſi ex fal. inſtru. vide etiā per Lātian. in c. quoniā contra, de proba. ver. reſtitutio autem in integr.

b Plures. De quibus per Doct. in cap. quod ad conſultationem, eodem.

DE APPELLATIONIBVS.

Continuatur ti. & materia iſta per gl. rub. & iō nō occurrit aliud adnot. diuiditur aut tot. iſte cōtex. in 2. par. principa in quarum prima tractatur de appellat. in ſecunda de confirma ſecunda ibi, poſt ſent. Prima rurſus ſubdiuiditur in tres partes, in prima habetur quid, & cur ſit introducta appellatio, in ſecunda quotuplex ipſa ſit adnot. in tertia quantis ſit declaratur, ſecunda ibi, appellationum: tertia ibi, multum autem intereſt.

APpellandi vſus. CASVS. non figuratur, Not. tamen, quod litigantes poſſunt in iudicio grauamen recipere aliqñ ob iniquitatem, & aliquando ob imperitiam iudicum. Not. ſecundo, quod ex hoc text. poteſt inferri limitat ad regul. qua cauetur, quemlibet in dubio præſumi bonū.

DE APPELLATIONIBVS.

c De appellationibus. Hæc rubrica ſecundum Abb. continuatur poſt duobus modis. Primo, ad totum præcedentem tractatum huius tertij libri. Secundo ſpecialius ad rubricam proxime præcedentem. Primo ſic, ſupra in præcedentibus rubricis viſum de his quæ fiunt in iudicijs, & tandem de ipſius ſententijs, merito reſtabat tractare de remedijs, quibus ipſi litigantes reuelantur in iudicijs, ideo ſubijcitur, & c. Vel ſecundum Ioan. And. extra eo. quoniam ſi à ſententia non appelletur, trāſit in rem iudicatam, & de hoc vidimus ſupra tit. prox. appellatio autem impedit effectum rei iudicatæ, ideo de illa eſt videndum. Vel tertio ſupra viſum eſt de ſententia & eius effectu, ſed quia appellatio eſt remedium contra ſententiam, merito ſubijcitur hæc rubrica.

d Iniquitatem. Sic l. 1. ff. de appel. Et dic iniquitatem cum dolo imperitiam ſine dolo. Ad primum, l. præfecti ff. de minor. Ad ſecundum, l. 1. C. eod. ad vtrumque Inſt. de iniu. §. 1. & vtrobiq; facit litem ſ. iam, vt Inſt. de obl. quæ ex quaſi delict. in princ.

ſi autem contra conſtitutionem iudicetur, ipſo iure non valet ſententia, & non eſt opus appellatione, vt l. 1. ff. quæ ſent. ſit ap. reſcin.

e Detegit. Iſti ſunt duo effectus appellationis accidentales, nec enim ob appellationem detegitur imperitia, vel iniquitas iudicis à quo. Immo interdū iudex ad quē ſniam latam à iudice a quo, ī peiꝰ reformat, l. j. ff. eo. Producit autē appellatio duos effectus naturales, & ordinarios, vnū, ſ. ſuſpēſiuum, aliū deuolutiuū. Effectus ſuſpēſiuꝰ eſt triplex. Nā ſuſpēdit pronūciatum vt in c. venientes, de iureiu. c. paſtoralis, §. præterea, de off. del. & licet tex. ī l. 2. ff. ad Tur pil. dicat, quod appellatio extinguit pronunciatum intelligendum eſt ꝙ extinguit de præſenti, & tpaliter; ſed quoad futurum ipſ ſuſpendit, ut per Ab. in rub. eod. Item ſuſpendit iuriſdictionem iudicis quoad illā cām de quo in cap. ſuper eo. de præſumpt. & ſtatim dī hic in deſcriptione. Item ſuſpendit præſumptionem, quæ erat pro ſententia, ca. cum ad ſedem, de reſti. ſpol. & not. in c. in præſentia, eo. ti. Nec tamē appellatio operatur ſemper oēs iſtos effectus, nā interdum operatur deuolutiuum tantum, exemplum in appellatione ſententiæ cenſuræ eccleſiaſticæ: nam per eam talis ſententia non ſuſpenditur, c. paſtoral. §. eo. cap. is cui, de ſent. excom. in 6. deuoluit tamen talis appellatio cauſam ad ſuperiorem, c. cum contingat, de offic. deleg. c. per tuas, de ſent. excom. & tollit præſumptionem ſentētię. vt per Inn. in cap. bonæ. 1. de elect. & in capit. qm contra, de proba. fac. no. in cap. ad reprimendam, de offi. ord. Idem eſt cum appellatur à ſnīa nulla, talis enim appellatio non ſuſpendit pronunciatum, cum viribus non ſubſiſtat, ſed operatur effectum deuolutiuum duntaxat; deuoluit enim cauſam ad ſuperiorem, & hoc reſpectu appellari poteſt a ſententia nulla, ut habetur in c. dilecto, eod. & per Bar. in l. ſi expreſſim, ff. de appel. & per Au. & Peruſ. in rub. eod.

f Eſt autem. Hæc deſcriptio eſt de mente Hoſt. in ſum. eo. §. quid ſit. & licet Bar. in l. 1. ff. eo. aliter definiat, eius tamen definitio non diſcrepat in ſenſu ab iſta, licet eam Abb. non probet in rubr. eo. Aliam ponit ipſe Abb. quæ quanquam complecti videatur naturam appellationis, prolixior eſt tamen quam ut definitio conueniat.

g Ad maiorem iudicem. Et hoc eſt unū de ſubſtantialibus appellationis, contra quod non valeret conſuetudo, iuxta not. in ca. 2. de conſuet. in 6. fac. l. 1. § ſi quis in appellatione, ff. eod. quanquam autem non valeat cōſuetudo, quod appelletur ad minorem, vel parem, vel eundem iuriſdictione, ut in dicto c. 2. Valeret tamen conſuetudo appellanda

grauamini illati, vel inferendi.[a]

Appellatio alia extraiudicialis, alia iudicialis. Et de iure canonico etiam extraiudicium appellatur, quæ appellatio prouocatio dicitur. h.d.

Appellationum duæ ſunt ſpecies, [b] aut enim extraiudicium appellatur, aut in iudicio. Extra iudicium appellatur, cum quis ante litis ingreſſum ab aliquo grauamine appellat, vt puta ab electionibus, postulationibus, prouiſionibus, & quibuslibet extraiudicialibus actibus, [c] quibus ſe grauatum putet, licet enim ſæculares leges non niſi in caſibus [d] ante ſententiam appellationē admittant; ſacri tamen canones etiam extraiudicium [e] paſſim appellare permittunt, nec ſolent [f] huiuſmodi dici propriè [g] appellationes, ſed prouocationes.

Appellatio iudicialis diuiditur in duas ſpecies, hoc dicit.

Rurſus [h] in iudicio appellatur, aut ante definitiuam ſententiam, aut poſtea. Antea appellatur, vt cum ab interlocutoria, vel alio grauamine prouocatur. [i] Poſtea, vt cum ab ipſa definitiua ſententia appellatur.

Appellatio ab interlocutoria, debet in ſcriptis appellare, & intra triginta dies Apoſtolos petere, & exhibere continentes cauſam appellationis, aliàs cauſa cenſebitur deſerta. h.d.

d omiſſio medio, c. referente, vbi not. de probat & c. Romana, §. 1. eo. immo etiam ceſſante conſuetudine ualeret appellatio omiſſo medio, ſi non fuiſſet obiectū, no. in c. dilecti, eo. & traditur per Abb. Peruſ. in rubr eo. fac. 2. q. 6. c. anteriorum, §. illo videlicet. Et hanc ſecundam definitionem approbāt, & difficile declarant Modern. Venuſ. in ſuo ſpeculo aureo, in tit de appella.

a Vel inferendi. Hoc verbum reſpicit & extraiudiciales appellationes, dic vt habetur in c bonæ, eo.

Appellationum. CASVS nō figuratur No. tñ cām diſti quia ſicut quis aliqñ in iudicio & aliqñ extra pt grauari, ita quoq; conuenit, vt ei duplici appellatione ſubueniatur. — Ioã. Bapt.

b Species. Colligūtur hę duę ſpecies ex c. 1. eo. ī 6 & ex c. cum ſit, & c. ſu p eo. ti. in antiq Sed qūo differunt hæ duę ſpecies quoad effectum? Reſp. ſecundūm Inn in c. dilecti, de maio & obed. & ibi etiam Panor & p eundē Inn. in c. quia propter, de el. Appellatio iudicialis ſuſpēdit factū de pterito. & ēt de futuro, donec expediatur factū appellationis, nā ſuſpēdit pnunciatū, & iuriſdictionē iudicis à quo, vt in c. fin. à iudice, eo. in 6. & in l. 1. ff. ad Turp Sed extraiudicialis non ſuſpendit, quod geſtum eſt, ſed ſummittit in futurum protectioni ſuperioris, nec quis indebitè moleſtetur, vt not in c. cū ſit Romana, eo. & not. Bar. in l. ſi ff. de app. reci. ſunt & aliæ plures differētiæ, vt p Ab ī c. bonę, eo.

c Actib Siue fiant à iudice ſiue à priuato, vt in c. cōcertationi, eo in 6. & ibi no. & in c. 1. eo. ti. & li.

d In caſibus, 2. q 6. §. ante ſententiam.

e Et ā extraiudiciū. Nedum poſt vel ante ſnīam, con eo ca. ſuper eo. 1. eo & 2. q 6 ca. ad Romanam, cum ſeq & c. accedens, vt lit. non conteſt.

f Nec ſolent. Quomodo hoc procedat & qūo ſit intelligendum no. in c. cum ſit in verbo, nec ſolet eo vnde ſumitur, & per Abb. in c. ſuper eo. de ſeq. poſ & fruct vbi declarat, nu. 7.

g Propriè. Vnde ſi ſtatutum maximè odioſum faceret mentionē appellationis, non contineretur extraiudicialis, vt de Ab. in c. cū ſit, & in c. bonę, eo.

h Rurſus. Secunda diuiſio appellationum iudicialium. Et quomodo differant hæ ſpecies inter ſe, vide per Ab. ſua praxi, c. centeſima.

i Prouocat. Quod hodie p Concilium Tridentinum, ſeſſione 13. in primo decreto reformationis, no. licet indiſtincte. Nā ī cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis & inhabilitatis, nec non criminib. ab epō ſeu illius in ſpiritualib. vicario gñali, ante definitiuā ſnīam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine nō appellat, nec eps, vel eius vicarius huic appellationi tanq̄ friuolę tenetur deferre, nullo obſtante ſtylo, vel conſuetudine, niſi grauamen huiuſmodi p definitiuam ſnīam reprobari, vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit, vñ ex hoc apparēt cor recta multa iura.

Multa aūt. Hæc pars diuidit in 7. partes, ī quarū prima habetur quid obſeruari debeat appellādo: in ſcđa quid ſit agendum ſi appellatio congrua non fuerit: in tertia adno. caſus ī qb. appellatio prohibetur, in quarta habetur qualiter iuriſdictio iudicis, à quo ſuſpendatur: in quinta qualiter tacitè appellatur, in ſexta quid iuris ſi cauſa eſt inter plures, & corā plurib. in ſeptima agitur de proſequēda appellatione, ſecunda ibi, qꝫ ſi iudex, el 2. tertia ibi, non omnis, quarta ib, licet autē, quinta ibi, appellaſſe autē, ſexta ibi, qꝫ ſi à pluribus, ſeptima ibi, illud tñ iudiciali. Quo ad primum caſus ita figurari pōt, quidam clericus habens diuerſas lites, in vna fuit in iudicio grauatus per ſnīam definitiuā, in altera vero per ſnīam interlocutoriam. qua de re ab vtraq; appellauit ita ſimpliciter, vt nec Apoſtolos poſtulauit, nec de termino ad proſequēdū curauit, nec cauſam aliq̄ appellationis aſſignauit, vñ fuit quęſitū qd iuris de hmōi appellationib. & cū practici dicāt in ſecunda iſtātia nō deducta eſſe deducēda, & non probata probāda, nō videbatur p gea eſſe dubitandū in — Ioã. Bapt.

b Commune eſt. Licet in hoc iudicialis, & extraiudicialis appellatio cẽſeatur eodẽ iure. ſunt tñ inter eas dñiæ multæ; de quibus p Doc. in ca. bonæ. eo. & nota ſep. eo. §. 1.

d Annus 2õ. q. 6. c. ei qui, & c. cum ſit. & c. oblatę. eo.

e Iuſta cauſa Et euidenti, cum ſit. ubi no. Abb. quod non ſtabitur aſſertioni partis, ſed oportet ꝙ aut ꝓbetur, aut cã ſit notoria, & qualis reputeẽ iuſta cauſa, per Abb. in ca. ex rõne, uer. ad quintam qõnem.

f Bienniũ. Immo dabitur etiã trienium ex cã, ca ex ratione, c. & no. ĩ cap. cum ſit. eo. in princ. ſed ut dicit Abb. in d. c. cum ſit, hoc nullibi probatur expreſſe.

n Cõpromiſſum. Non ſic in eligẽtibus, qui compromittũt, quibus bene currũt electionum tempora, c. ſi cõpromiſſarius, in prin. de ele. ĩ 6. ubi ponitur diuerſitatis ratio, ſi ergo compromiſſarius non pronunciat, reuertitur appellãs ad iudicẽ, idẽ ſi pronũciat, ſed appellãs vult pœnã ſoluere, & appellationẽ proſequi. Itẽ ẽt ante pronũciationẽ cõpromiſſo durãte poterit appellans ad iudicẽ redire, ſoluendo pœnã, c. ſignificantibus ubi nota de offic. del. & not. in cle. quamdiu eo.

o Expreſſo. Non ſufficeret ergo tacitus cõſẽſus, puta ꝙ ſimul appellans & appellatus domum redirent, uel longã peregrinationẽ ſimul arriperent, imputet .n. ſibi appellans, qui ſic itinerat. Itẽ per procuratorẽ proſequi poterat, ut no. in clem. quamdiu eod.

g Interpoſitæ. Vel a die illati grauaminis, ubi à futuro grauamine appellatur, cle. ſicut eo. unde ſumitur, quæ tollit varietatem opinionum circa hoc de quibus per Legiſtas, in l. ſi. C. de temp. app. & per Io. And. in d. cle. ſicut, vbi late.

h Finire. In hoc conuenit tempus reſtitutionis in integrum cle. vnic. de reſt. in integr.

i Cum appellato. Licet ergo dilationes quas petit appellatus per quas protelatur proſecutio appellationis proſint appellanti, ſicut & reſtitutionem petenti proſunt quas petit reus contra quẽ petitur. l. pe. de temp. reſt. in integr. Ipſa tamen proſecutio quam facit etiam appellatus, ſibi non prodeſt, ratio: quia in appellato dicente male appellatum, & ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam, nulla eſt contrarietas, vt late deducitur in cle. ſi appellationem, eo. in verbo appellatus.

K In rem iudicatam, c. cum ſit, & c. ſæpe. eo.

l Sententia. Quæ tamen erat aliqua: ut quia contra ius litigatorus lata. ſi .n. a pricipio fuiſſet nulla

p Currit. Non intellige, quod compromiſſo finito habeat appellans tempus integrum, ſed ſolum habebit quantum tempore compromiſſi ſupererat, dormit enim tunc illius temporis curſus fac. clem. vni. de reſt. in integr. & c. dilecto. de uer. ſig. & l. ſed & ſi per prætorem, §. quoties, ff. ex quibus cau. maio.

q Appellanti. Nec appellato.

r Imminere. ut in cã electionis, & ſpiritualis mrĩmonij, c. oblatæ, eo. vnde ſumitur. Idẽ in matrimonio carnali, ſm̃ Goff. Hoſt. & Aegid. c. qm̃, vt lit nõ conteſt. Idem in alijs, quæ celeritatem deſiderant. l. 1. ff. de dã. infect. & l. 1. & 2. ff. de fer. & tradunt Legiſtæ, in l. 2. ff. de offi. eius cui mand. de iuriſd.

s Præciperet. Poſt illud ergo præceptum incipiẽt currere tempora.

t Et licet. Sumitur hic §. ex c. cum ſit, & capitulo ablata. & capit. conſuluit, & cap. ad aures, & cap. ad hæc, & capitul. perſonas, & capitu. ſuperior. eodem.

a Diſtan-

lantibus indulgeatur, poterit tamen iudex, à quo, ſecundum locorum diſtantiam, [a] perſonarum, & negotij qualitatem reciſius [b] tẽpus moderari, intra quod ſi is, qui appellauit, cauſam appellationis non fuerit proſequutus, tenebit ſententia. Coget [c] ergo iudex partes appellatione non admiſſa, vt vel appellationem interpoſitam proſequantur, vel coram iuris pareant æquitati.

Quando periculum eſt in mora, debet iudex breuiare terminum proſequendæ appellationis, hoc dicit.

Superior [d] quoque iudex, ſi ex dilatione viderit imminere periculum, [e] poteſt & debet neutro appellationem proſequente, vt periculum euitetur, occurrere, puta, ſi à ſententia lata ſuper confirmatione alicuius electi prouocatum fuerit, & utraque pars velit etiam ad annum appellationis proſecutionem differre, poteſt vtique, immo debet is, ad quem appellatum fuit, proinde terminum moderari, ne diu gregi Dominico cura paſtoris deſit.

Interdum ad proſequendum appellationem datur plus quam biennium. h.d.

Accidit tamen aliquando, vt non per annum, vel biennium, ſed etiam vlterius cauſam appellationis alicui proſequi concedatur, [f] vt puta, ſi quem per impotentiam [g] proſecutionem omiſiſſe conſtiterit, [h] vel cum iudici ex proprio officio [i] ſuper cauſa electionis etiam lapſo biennio co-

a Diſtantiam. Fac. diſt. 63. cap. cum longe, & 13. q. 2. cap. vbicunque, & l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infra cum l. ſeq & l. nonnunquam, ff. de re iud. & l. 2. ff. de re iudic.

b Reciſius. Argum. quod iudex poteſt abbreuiare inducias datas à l. ſic. ff. de re iu. l. 2. c. oblatæ. eod. & c. quoad cõſultationem, de ſent. & re iud. Arg. contra diſt in. 28. c. de his, & l. 4. § ſi quis cõdẽnatus, & 3. q. 3. c. de inducijs. Sol. induciæ quę dãtur à lege, vel canone ſeruandę ſunt, niſi iuſta cauſa ĩteruenerit, ob quã sũt breuiandæ & tunc id committitur arbitrio iudicis, c. cum ſit, c. & l. cõtinuus §. 2. ff. de uer. oblig. Quædã tamẽ ſunt induciæ a iure ſtatutæ, quæ alterari non poſſunt vt tẽpus 10. dierũ datũ ad appellandũ tẽpus intra quod peti debet reſtitutio in integrũ, & terminari, vt not. in d. c. cũ ſit, & in ca. præterea. de dilat. Sed nũquid quod iudex poſſit diminuere de anno appellatiõis, ita ſimpliciter intelligendũ ſit, ut appellãs teneatur causã appellationis finire intra minus tempus anno, vel biẽnio? Reſp ut not. in d. c. cum ſit, in verbo reciſius, ver ſi. ſed nunquid.

c Coget. c. ad hęc. 1. c. conſuluit. 1. c. ad aures. eod cum concor.

d Superior. Sic cap. oblatæ §. ſuperior, vnde ſumitur.

e Periculum. Ne ſcilicet eccleſia in ſpiritualibus vel temporalibus ex mora detrimentum incurrat, c. quam ſit, de elect. in 6. quo caſu poſſet etiam hic non conteſtata lite procedi. c. quoniam, §. 1. arg. ca. conſtitutus, eo. & no. in c. oblatæ, §. ſuperior.

f Concedatur. Non exprimit ipſo ne iure, an per reſtitutionem in integrum, & uerbum concedatur hic poſitum eſt aptum utrumque comprehendere de quo dic vt late habetur in c. ex ratione, eo.

g Impotentiam. Verbum hoc eſt generale, vt in. c. ſciſcitatus, de reſcr. unde hæc importantia varijs modis poteſt intelligi, vt quia appellãtes fuerint, impediti, iuſta de cauſa, uel per iudicem petit. vnde eſt non imputatur, 2. q. 6. ca. anteriorũ, §. ad hoc. & §. biduum, & §. ſi forte, & c. ex inſinuatione, eod.

h Conſtiterit. Sed quomodo poterit cõſtare. Spec. in §. nũc breuiter, ver. quid ergo, eod. tit. dicit, per iuramentum impediri. Sed Io. An. ibi in additionibus dicit, hoc procedere, quãdo appellaretur ad iudicẽ valde remotum, quia tunc difficile eſt ſecum adducere teſtes, & ſi daretur terminus ad probandum in partibus occuparetur forte maius tẽpus. Si autem loci diſtantia impedit debet impedimentum plene probari ſecundũ eum, et hoc placet etiam Anto. de But. Sed Abb. in c. ex ratione, eod. ver. quarta quæſtio, firmiter tenet, quod ẽt data diſtãtia locorũ nõ ſufficiat hoc caſu probare impedimentũ per iuramentum; quia ob impedimentũ nõ trãſit ſententia in rem iudicatam, c. cum ſit, cum ergo hic agatur de maximo præiudicio, & de abdicando iure iam quæſito appellato per deſertionem appellationis, debet impedimentum plene probari, ſicut probari debet in quolibet facto graui nõ obſtante diſtãtia locorum, & licet Abb. loquatur cum agitur de dando ſecundo fatali, tamen idem erat dicendum, & multo fortius in terminis, §. noſtri.

i Officio. Vt in c. conſtitutus, eo, nec etiam ex negligentia appellantis ceſſat officium iudicis, vbi iudex ſine parte potuiſſet procedere, quod eſt vbi cõcernitur vtilitas publica. Exemplũ in c. criminaliter de colluſ. det. fac l. quãuis, C. de adult. aliud eſt ſimile, in c. ſi forte, iuncta gl. de cle. in 9. fac. c. cũ nobis, & c. cum dilecti, de cle. Aliud eſſet ubi cã non eſſet talis in qua officium iudicis exuberaret, vt

puta, concernens merum commodum priuatum, quia tunc iudex non debet ſe impedire actore, vel appellatore ceſſante, iuxta no. in ca. ad noſtram, 2. de iureiu. fac. not. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn infec. & l. ad peremptorium, & quod ibi Bart. ff. de iud.

hoc, quod non licet tertio appellaſſe ab eodem articulo, procedit etiam in ſententijs quæ non tranſeunt in rem iudicatam, vt no. in cap. fraternitatis, de frigid. & malefic. Sic etiam in huiuſmodi cauſis poſt 30. dies licet appellari non poſſit, poteſt tamen agi per uiam querelę, not. in ca. ad reprimendum, de off. ord.

gnoſcere conceditur.

Pars poteſt ſibi terminum proſequendæ appellationis breuiare, non prorogare. h. d.

Pars quoque [a] interdum ſibi [b] proſequendæ appellationis terminum præfigit. Sed cũ hoc gratia litium citius [c] expediendarum indultum fuerit, iuris terminus à parte præueniri, non prorogari [d] poterit, ſicut nec in vna cauſa tertio [e] prouocare licebit.

Confirmatio in forma communi nõ præiudicat appellationi, nec laudum inualidũ roborat aut proceſſum impedit, ſed obtenta ſuper re ab aliquo pacifice poſſeſſa, facit vt quis non poſſit conueniri apud ſedem Apoſtolicam, h. d.

Poſtremo ſciendum eſt, ꝙ ſi ſententiã appellatione ſuſpẽſam antequam ipſius appellationis cauſa cõmiſſa [f] fuerit, vel laudũ contra [g] iuris, vel compromiſſi [h] formam latum Apoſtolico reſcripto in forma [i] cõi cõfirmari obtẽtũ fuerit, talis cõfirmatio nec appellationi præiudiciũ afferre [k] nec inualidũ laudum

a Pars quoq;. Nedum iudex a quo concor. cap. perſonas, eo.

b Sibi, Sed an appellatus ualeat talem terminũ præfigere, ſicut poteſt appellãs & iudex? Reſp. hoc nõ reperitur iure cautum, nec mirum: quia eſſet in poteſtate aduerſarij duram conditionẽ imponere ſuo aduerſario, ꝙ non eſt concedendum, ſed appellans hoc poteſt quia ipſe imponit legẽ ſibi ipſi præiudicando reſtringẽdo terminum iuris & hoc cõmun. tenetur, vt p Abb. in ca. perſonas, eo.

c Citius. cap. cbla ra eo.

d Non prorogari. Quia inducta ad vnum propoſitũ nõ debent operari contrarium, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1.

e Tertio, cap. directè, & ca. tuæ, eo. & 2. q. 6. capit. ſi quis in quacunque, & l. vni. C. nulli, in una eadẽque cauſa ter. prouo. Sed contra 2. q. 6. ca. quoties, vbi dicitur, quoties ſe putauerint grauari, ad ſedẽ Apoſt. appellent. Sed dic quoties, id eſt ſecũdo, & non vltra in definitiua ſnĩa, ſiue ſuper eo, & ſic in d. ca. directè, & ſic verbum illud generale, quoties, reſtringitur, diſt. 18 c. placuit, & diſt. 75. c. 1. ꝙ dicit in fi. & 12. q. 2. c. ſine exceptione, & c. ſedes, de reſcript. Vel dic ſecundum Abb quod verbum, quoties, intelligitur propriè, ſed verificatur in diuerſis grauaminibus. Nã ſi millies qui grauaretur in eadem cauſa, toties poterit appellare, hic autẽ, §. procedit, quando ſuper eodem fuit bis appellatũ per eandem partem, & bis ſententia fuit confirmata. Item intellige reſpectu eiuſdẽ partis, ſecus diuerſæ, nam hoc reſpectu ſuper quolibet articulo poterũt interponi quatuor appellationes, vt per Legiſtas, in d. l. vni. & per Io. Andr. in d. ca. directe. Sed adhuc contra, ꝙ immo eadẽ pars ter appellat. 31. q. 2. cap Lotharius, vbi ꝙ Taberga ter appellauit. Sed dic ter appellauit. i. ter vocẽ appellationis emiſit, dicendo, ſcilicet appello, appello, appello, nec enim per hanc geminationem vĩ recedere à iure ſuo, ſed potius loqui ex quadam cordis abundantia, ad hoc c. bonæ eo. & ſacrile. 1. eo. Et nota, quod rificari; No. quod licet cõfirmatio ſolum ius antiquum corroboret, ſi ſimpliciter conſideratur, tamen cum diuerſimodè concidat, ſecundum formam conceſſionis debet cognoſci eius effectus.

f Commiſſa. ca. bonæ, de confirm. vti. vel inut. vbi habes exemplum.

g Contra iuris. Quia fortè laudum fuit latum per ſordes, vel per gratiam, & ideo nullum, l. 1 C. de arbit. c. examinata, de confirm. vtil. vel inut. vnde ſumitur.

h Compromiſſi. Nil enim poteſt arbiter facere contra formam compromiſſi, capit. cum dilectus, de arbit. l. Pedius, & l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitr. & c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil.

i In forma communi. Dicitur autem confirmatio facta in forma communi, quando fit conditionaliter non cognito de cauſa, vt ſi dicitur, confirmamus tibi poſſeſſiones, quas iuſtè poſſides, vel per ſimilia verba, vel ſub ſimili forma, vt per Abbat. in capitu. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. de qua etiam vide text. cum gloſ. in can. quia diuerſitatem, de conceſſione præbend.

K Afferre. capit. bonæ, de confirmatione util. vel inutili.

Poſtremo CASVS. Cũ iudex ad quem vidiſſet proceſſũ cauſę, & conſideraſſet merita eius, volebat litẽ terminare, partes autem timẽtes exitum iſtius inſtantiæ, diuerſas petebant a principe cõfirmationes, vnde ob hanc varietatẽ fuit quæſitũ quid iuris, & tum arg. ... l. C vt lit. pendẽ. tum arg. §. illa vero, ſupra eo. reſpõdebant ſolum primam ſententiam eſſe cõfirmãdam, vel reijciẽdã. Sol. tũ vt hic legim[9], quia cũ petere cõfirmationẽ de iure aliquando non prohibeatur, propterea ſecũdũ qualitatem caſus contingẽtis modo deciſio & aliquando obiectio poteſt ve

Liti-

ullo firmitatis robore muniet. Nam etiã ſi ante ſententiam litigioſæ [a] rei confirmatio nẽ ab Apoſtolica ſede quis impetrauerit, nõ ꝓpterea minus de cauſa poterit iudex cognoſcere, & eã fine debito terminare. Quãquã ſi tẽ pacifice quis poſſediſſet, cũ inde cõfirmationem [b] obtinuit. [c] non erit licitũ iudici de quęſtione poſtmodũ exorta abſq; mãdato ſedis Apoſtolicæ decernere, niſi certũ ſit quod per falſã ſuggeſtionem fuerit elicita. [d]

DE RESTITVTIONE [e] IN INTEGRUM. Tit. XVIII.

Minor & Eccleſia reſtituuntur aduerſus ſententiam a ſede Apoſtolica latam: h. d.

ADhuc autem iis, qui appellationis remedio deſtituti sũt, auxilio reſtõnis integrũ ſuccurritur, ſed nec oib. nec ſemper, nec omnibus

a Litigioſæ ea 1. de confirm util. uel inutil. & dicitur res litigioſa de cuius dominio cauſa mouetur inter petitorem & poſſeſſorem, auth. litigioſa res. C. de litigio. & ſic controuerſia ſup poſſeſſione orta non facit rem litigioſam, de quo dic ut no. in d. c. 1. & per Caſſad. de reſcr. deciſ. 6.

b Confirmationẽ. Pro declaratione mat rię ſciẽdũ eſt ſm Abb. in capi. 1. de confir. util. uel inuti. ſuper ſcdã gl. quod quãdoq; cõfirmatio tribuit multũ noui iuris ut cõfirmatio electionis facta p ſuperiorẽ. Nã tribuit ptãtẽ adminiſtrãdi, c. trãſmiſſa, & c. qualiter, de elec. qñq. nullũ ius tribuit, ut cõfirmatio cõceſſa a Papa in forma communi, ſed ſolet ad cautelã impetrari, ne ui deatur ſine ſciẽtia Papæ procedere & ut per gl. in d. c. 1. ca. quãquam, diſt. 13. Quædã confirmatio uetus ius cõfirmat & conſolidat vt quando fit confirmatio ex certa ſcientia, & dicitur ex certa ſcientia quando totum negotium fuit Papæ reſeruatum, & ipſe poſtmodum confirmauit maxime opponẽdo clauſulam ex certa ſcientia. & hæc confirmatio operatur plus uel minus ſecundum ſubiectum diſpoſitum: nam ſi iuſte poſſidebat ut inferior non poſſit amplius de illa re cognoſcere, ſ. Felice, utrum iuſte poſſideat nec ne, c. 2. de cõfirm uti. uel inuti. & dicitur. hic. Item facit rem maioris autoritatis, cap. quis neſciat diſt. 11. Quandoque operatur maiorem effectum: nam ſi iſte iuſte non poſſidebat, incipit iuſte poſſidere, unde ſolet Papa opponere clauſulã: Supplentes de plenitudine poteſtatis omnem defectum, & c. & ſic inualidũ facit ualidum. c. 1. de tranſac. & 1 q c. 6. hæc quippe.

c Obtinuit. Non facta mẽtione de litigioſo, alias. ſi facta eſſet mẽtio, arripitur illa cauſa ab inferiore iudice, ut c. 1. & ibi Abb. in 1. no. de confirm. uti. uel inut.

d Elicita. Vt in c. 1. & 2. & ibi plene per Abb. & Doct. ſuper glo. in uerbo exorta.

DE RESTITVTIONE IN integrum.

Continuatur ti. iſte per tex. eius princ. ut etiam animaduerti gl. rub. diuiditur aũt in duas par. in prima habetur cõtinuatio, in ſecunda propoſitæ materiæ declaratio, ſecunda ibi, ſed nec omnib.

e De reſtitutione in integrum, Continuatio patet ex principio tituli. Reſtitutio autẽ in integrũ nihil aliud eſt, quã in priſtinum quia repoſitio 2 q. 1. in ti. & l. 1. C. de ſẽt. paſ.

ADhuc. CASVS. non figuratur. No. tamẽ ꝙ reſtitutio uř ꝓducere eundẽ effectum, quẽ producit appellatio, ſed cũ ſecundũ locum habeat, debet dici remedium potius extraordinarium, quam ordinariũ, facit l. in cauſæ ff. de mino.

Sed nec omnib. Hæc pars in 2. pa. diuiditur, i prima tractat de reſtõne q̃ a iu. e cõ. editur in ſecunda ea quæ per gratiam cõcedi ſolet, ſecunda ibi, per ſupplicationem, Prima pars rurſus ſubdiuidit in 6. particul. I prima demonſtratur cui reſtitutio iuſta cõcedatur, in ſecũda quando conceda tur, in tertia intra quantum tempus, in quarta an ſemel, in quinta coram quo iudice. ſecũda ibi ſed, & ſi tertia ibi ſed ſiue, quarta ibi, quod ſi ſemel, quinta ibi, huiuſmodi uero. Quantum attinet ad caſus figurationem cum commode in omnibus iſtis 5 particul. poſſet in communi meo iudicio adnotari, propterea puto animaduertendum. quod quidam ma or habens cauſam communem cum certa eccleſia, ſimul litigauerunt coram iudice delegato, a quo tandem contra ſe re portauerunt ſententiam, a qua cum intra tempus debitum non appellaſſent, poſtea petierunt coram eo. iudice reſtitutionem in integrum, & non tantum ſemel ſed ẽt bis, & ſępius cum a prin. non obſeruauiſſent intra quantum tempus debebãt id petere putabãt autem ſuam petitionẽ eſſe licitam, & honeſtã, arg. c. qñ frequẽter, ut li nõ cont. & ibi docto. iudex aũt pd. putãs habere ptãtem c. forus de verbo. ſig. nolebat eam admittere, quia cũ cã eſſet contra aliã eccleſiam, indicabat obſtare tex. in l. ſed & milites, ff. de excuſa tut. ac etiam quia cũ ſentẽtia tranſeat in rem iudicatam qñ nõ appellatur, c cum inter, de re iud. non haberetur ꝓ talſ cõtra. l. res iudicata. ff. de reg. iur. vnde quĩ fuit quid iuris: Solut. prout in hac parte habetur, quia

 rentæ

certæ perſonæ præſumuntur hanc hr̄e ignorantiā iuris iuxta not. in reg. ignorantia de reg. iur. in 6. & ideo aliquando eis ſubuenitur, ne tamen reme re, & indifferenter huiõi extraordinariū ſubſidiū eis concedatur, propterea eſt obſeruandum, qđ in hac parte leg m⁹ qua ratione ſuadẽ tr nõ obſtāt obiecta, quia c. qm̄ frequenter, habet locum in caſib. omnino diuerſis, vt in eo legimus iudex autẽ nec eſt cōpetens, cū eius auctoritas ſolū à mandato dependeat ut alibi diximus, nec etiā potuiſſet id denegare, quia d. l. ſed & milites intelligit de lucro acquirendo, ſed non de dāno euitando, at l. res iudicata fauore huiõi pſonarū limitatur. Nota. quod minores & eccleſia æquipatā tur, & ideo tenet argumentum ab uno ad aliud No. 2. quod aliquādo priuilegiatus pōt uti priuilegio aduerſus priuilegiatum. Not. 3. argu. qđ gratia a principe conceſſa aliquando intelligitur pro unica uice. facit l. boues, ff. de verb ſignifi.

in integrum, quia in eo ſunt multi minores.

b Grauiter. Pro modica enim læſione nō daretur reſtitutio in integrum. l. ſcio. ff. eo. l. ex cauſa iudicati. t. ff. de min. c. pen. de reb. ec. non alie. Sed quæ dicetur magna læſio, uel parua? Reſp. ex conditione eccleſiæ nam ſi eccleſia eſſet tenuis i redditibus, modica læſio reputaretur, grauis & enormis cōtrarium eſſet in eccleſia ualde abundanti, ſic Abba. in ca. 1. c. continebit ergo libel.⁹ enormem læſionem, vt habetur in capit. tam ex literis, eodem.

c Conquerantur. Et plene probent læſioē & cauſā ex qua reſtitutionem petūt, ut per Abb in c. tam ex literis ver. dubiū eſt, eo & ex text. in clem. 1. c. & in proxim. ſequenti.

d Negatur. Sic 35. q. 9. c. ſentētiā & ca. tam literis, eod.

e Surreptum. cap. cū olim, đ re iud.

f Aetatum. d. 86. ca tanta, & 26 q. 2. c. hoc ſcit, & ca. tēpors, & d. 50. c. pœnitentes.

g Tēporum. diſt. 55. cap. priſcis, & 35. q. 7. c. neceſſaris & c. quod pro remedio.

Minor igitur & eccleſia, [a] ſi ſe prolatione ſententiæ grauiter [b] læſos conquerantur, [c] & appellandi tempora iam fluxerint, reſtitutionem in integrum implorare poterunt.

Eminentia iudicis reſtitutionem non impedit hoc dicit.

Quod quidem adeo obtinet, vt etiam ſi ab Apoſtolica ſentẽtia lata fuerit, non propterea magis integrū reſtitutionis petitio impediatur. Nec .n. negatur, [d] Romanæ ſedis ſniam in melius poſſe commutari, cum aut ſurreptum [e] aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, [f] & temporum [g] ſeu grauium neceſſitatum aliquid ordinauit.

Reſtituitur eccleſia aduerſus quamlibet læſionem, etiam aduerſus aliam eccleſiam h. d.

Sed & ſi nō ſententia, ſed vel contractu, [h] vel confeſſione, [i] vel probationis omiſſione, [k] vel temporis fluxu eccleſia læſa fuerit, reſtitutio indulgenda erit, nec ſolum contra priuatos homines, ſed etiam aduerſus eccleſiam. [l]

a Et eccleſia. Habes ergo duos qui reſtitui poſſūt in integrum minorem ſcilicet & eccleſiā, fac. c. cōſtitutus, & c. tam ex literis. eo. quod procedit etiā ſi prælatus iurет non petere talem reſtitutionem, nam licet valeat iuramentum, nihilominus reſtitutio in integrum poteſt peti. vt not in c. 1. eod. in §. & tenet Abb in cap. in antiquis. Adde tu tertio, etiam Remp. l. Rempublicam. C. de iure reipubl. lib. 11. l. Reſpublica. C. ex qui cauſ. maio. Sed an ciuitas? Hoſt. in ſumma eo. §. cui, tenet, ꝙ non. Idem tenet Inno in c. 1. eod. Et quod dr̄ de Republica intelligunt de Republ. Ro. l. eum qui vectigal. ff. de verb. ſign. Contrarium not. glo. in d. l. Reſpub. quā videntur ſequi Butr Bar. & Bal. dicentes, quod ciuitas habeat reſti. in integ ſaltem ex clauſula generali, ex quo enim regitur per adminiſtratores habet rationem ſaltem petendi reſtitutionem in integrum ſaltem ex clauſula generali. & hoc ſequitur ēt Abb in c. 1. eo allegans l. legatis, ff. de iud. iuncta auth multo magis. C. de epi. & cler. Idem etiā tenendum ēt de caſtris & villis, & piis locis, vt latè cōprobat idem Ab. in d. c. 1. ubi tenet, quod etiā collegium ſcholarium poſſit petere reſtitutionē

h Contractu cap. 1. eo. in 6. l. 1. Co. ſi aduer vend. l. 1. C. ſi aduer. dona

i Confeſſione. ca. 2. eod. in 6. l. certum §. pen. ff. de confeſ. Sed contra. ut enim eccleſia confeſſa eſt veritatem, contra quam non datur reſtitutio Aut falſitatem, & hoc probato, non nocet confeſſio, ut in d. ca. 1. non ergo eſt recurrendum ad extraordinarium remedium ex quo ordinarium competit l. 2. ff de min Sol dixit. Hoſt. quod poſſet eſſe, qđ falſitas confeſſa probari non poſſet, unde expedit reſtitutionem dari. Vel dic, quod fuit confeſſa nō per errorem, vel nō poteſt error probari, ſed læſio vel fuit confeſſa tempore quo nō debuit, uel lata eſt ſententia, tamẽ eſt adhuc infra quadriennium a die confeſſionis.

K Omiſſione. c. 2. eo Quid ſi dicat eccleſia ſe læſā præſcriptione? Reſp. vt traditur in c. auditis. eo. & vide per Hoſt. in ſumma, eod. §. in quibus.

l Aliam eccleſiam. c. auditis. eod. quod non uidebatur, cum priuilegiatus cōtra pariter priuilegiatum ſuo priuilegio vti non poſſit, l. ſed & milites, ff. de excu tut.

a Con-

Beneficium reſtitutionis in integrum non indulgetur niſi intra quatuor annos, ſi non ſubſit aliqua rationabilis cauſa, vt dictum ſpatium prorogetur.

Sed ſiue ſentẽtia, ſiue cõtractu, [a] vel aliter ſe læſã prætendat eccleſia, & propterea ſe ad beneficiũ reſtitutionis in integrũ admitti poſtulet, ſi quadriennij [b] ſpatiũ à die læſionis lapſum fuerit, amplius reſtituenda non erit, niſi præuaricationis, [c] vel manifeſtæ fraudis [d] probetur ſuper hoc interueniſſe cõmentũ, [f] aut alia cauſa [g] ſubſit, quæ iudicẽ ad hoc beneficiũ concedendum mouere debeat. Et ſi tẽpore læſa aſſeratur, non fiet reſtitutio, niſi ad tantum temporis, inquãtum ſe læſã eſſe legitimè probauerat. [h]

Reſtitutio in integrum ſemel negata, non conceditur amplius etiam in alio iudicio, niſi duobus caſibus hic contentis. h.d.

Quod ſi ſemel reſtitutio in integrum in alio iudicio denegata fuerit, præterquã ad appellationẽ omiſſã, non erit eidẽ amplius cõcedenda, [i] niſi nouis defenſionibus, [k] ad huiuſmodi beneficium admittenda fuerit.

Ponit qui & quando poſſint de reſtitutione in integrum, cognoſcere, h.d.

Huiuſmodi vero reſtitutionum cauſæ ſolum corã iudicibus ordinarijs adminiſtrationẽ habentibus, [l] vel delegatis ab eis, tractari poterunt, & terminari, ſiue hoc ipſis delegatis [m] ſpecialiter demãdatum fuerit,

a Contractu. Not. vnum, quod quando eccleſia petit reſtitui contra contractum, maius eſt eius priuilegium, quam minoris; quia ſi minor iurat non cõtrauenire, non reſtituitur, auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. ven. ſi autem prælatus iurat non repetere, vel nõ cõtrauenire in contractu dãnoſo eccleſiæ, licet cõtraueniendo deleret eccleſia tamen eodem petente, vel alio ex iudicis officio reſtituit, 30. q. 9. c. ſi quis, & c. ſi quis de reb. ecc. nõ alie. ca. intellecto, de iureiur. c. cum veniſſent, de inſt. c. 1. eo. in 6.

b Quadriennij. c. eo. in 6. & clem. 1. eodem, cum ibi al leg.

c Præuaricationis. Quoad ſentẽtiam & quid ſit præuaricatur, ut hr in l. 1. ff. ad Top. & 2. q. 3. §. notandum.

d Fraudis. Reſpectu cõtractus, vel reſpectu utriuſq;

e Probetur. Quia qui allegat dolũ, & cæt. l. quoties, § qui dolo, ff de probat.

f Commentum. Machinatio, deceptio.

g Cauſa. verbi gratia ſecundũ quoſdam, ſi prælatus malè cõtrahẽs dixit dicto quadriẽnio ſpatio, tunc enim non currit pſcriptio 16. q. 3. c. ſi ſacerdotes, & hoc tenuit Inn in ca. tam ex litteris, eodem, & ſequuntur plures, vt per Peruſi eo. in 6 & licet quidã ſecus teneant, cũ tamen hæc opinio faciat in fauorem eccleſiæ, ſcilicet, tenentinm contra non tenenda, arg. l. ſunt perſonæ, ff de relig. vel iuſta cauſa erit ſi multas prælatorũ habuit mutationes, vt no. in c. 1. in 6 Peru ſ tamen quod hoc forum ſit reponendum in iudicis arbitrium.

h Probauerit. Cle vni. eo.

i Concedenda.] Alias nullus eſſet licitum finis, ſecundum Hoſtienſem, ſed de ratione iſtius diſpoſitionis, vide per Abb. in c. fi. eo. vnde ſumitur, verſi. vita gloſſam ſcias.

K Nouis defenſionibus. Tunc enim propter nouas defenſiones iterũ auditur, l. 1. 2. & 3. C. ſi ſæp. in integ. reſt. poſtul. ex quibus ſumptum eſt quod hic dicitur, & in c. fi. eo. Sed quas intelligemus eſſe nouas defenſiones? Reſp. ſecũdũ quoſdam, tã illas, quæ tunc erãt, ſed non fuerũt allegatæ, quæ occultæ erant, ſiue quæ poſtea emerſerunt. Quidam tamẽ intelligũt de primis omiſſis tãtũ, quaſi nõ poſſint aliæ de nouo superuenire & hoc putat verius gl in c. fin. de reſti. in integr. Sed cõtra hoc videtur quia ex noua cauſa recuſatur iudex poſt litẽ conteſtatam. c. inſinuante, de off. del. c. paſtoralis, de exc. & 4. q 3. c. ſi qs teſtib. & quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrog. act. Solu. vt habetur in d. c. fin.

l Habẽtibus. Sicut eſt epũs poteſtas, & hmõi, & alij etiã minores ordinarij qui hẽt iuriſdõnẽ cõtentioſã, & præſunt alicui vniuerſitati, l. j §. ſi de poſtu. l. fin. C. vbi & ap. quos ẽt 11. q. 1. c. de pſona, & no. 1. c pen. vnde ſumitur.

m Delegatis. Et multo magis delegatus à principe facit, l. fi. C. vbi, & apud quos reſti. in integ. & c. pen. eo. vnde ſumitur. Sed non uidetur quod ordinarius demandare poſſit cognitionem iſtã cũ in integrũ reſtitutio cauſæ cognitionẽ deſideret, l. 1. ff. de reſtit. in integr. & l in cauſa, §. cauſa, ff. de min & c. tam ex litteris, eo. ſed quæ officio iudicis cauſa cognita excipiuntur, alteri demãdari nõ poſſunt, l. nec quidquam, § vbi decretum, ff. de off. proconſ. Solu. reſtõ in integrũ competit iure magiſtratus, & tranſit cognitio reſtitutionis ſiue generaliter committatur, d. l. fi. ſed ea, quæ competunt iure magiſtratus, l. 1. ff. de of. eius, & c. Sed adhuc cõtra:

ſiue commiſſo eis negotio huiuſmodi quęſtionem incidere contingat. Delegati vero ab ordinarijs, qui adminiſtrationem non habent, [a] ſed tantummodo iudicandi facultatem, ſiue arbitris de his cauſis cognoſcere nequeunt, niſi coram eis incidenter [b] motæ fuerint.

Per quærelam, & ſupplicationem retractatur ſententia. Et ſub qua forma ſupplicatio porrigatur, h.d.

Per ſupplicationem quoq; principi porrectam, aut per quærelam [c] appellationis remedio deſtitutis ſubueniri ſolet. Erit autem ſupplicatio [d] intra decem dies poſt ſententiam offerenda, [e] quo ſubſecuto ſententia non aliter executioni mandabitur, quã ſi victrix pars idoneam fideiuſſionem præbuerit tantum reſtituendi, cum legitimis augmentis, [f] quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur.

Omiſſio formæ impedit effectum remedij intentati. h.d.

Et niſi ſub hac forma ſupplicatio porri-porrigatur, executio ſententiæ ſine fideiuſſione procedet, retractationis [g] iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit, vt intra biennium ſupplicare valeat.

quia ea, quæ magis ſunt imperij quam iuriſdictionis magiſtratus facere non poteſt, ſed reſtituere eſt magis imperij, quam iuriſdictionis, ergo non permittitur magiſtratus, l. ea quæ, ff. ad municip. ergo multo minus poſſunt delegare. Sol. vt not. in c. pen. eo. in verbo delegati.

a Non habẽt Qui autem ſint iſti no. in c. pe. eo. vnde ſumitur.

b Incidẽter. Principaliter autẽ iſti cognoſcere nõ poſſunt de reſtitutione, cum cauſa iſta req̃rat maiores iudices. & hoc ex officio ſuo faciant ſi aũt inciderit quęſtio reſtitutionis in ĩtegrũ in negotio de quo eſt cõpromiſſum, uel ꝙ eſt alijs delegatis cõmiſſum, poſſũt tunc de reſtitutione cognoſcere, ſic l. quoties. C. de iudi. & l. 1. C. de or. iud. ibi n iudex cognoſcit de cauſa ſtatus incidenter, qui alias cognoſcere non ualet. Nec dr̃ arbiter tũc facere cõpromiſſum, quia hmõi reſtitutio nõ eſt alia cauſa ſiue negotiũ ab eo, de quo compromiſſum eſt, ſed oritur ex illo, & illi cohæret, de quo cõpromiſſũ eſt, vt puta, ſi omiſit probationem arbiter, & de hoc & conſimilibus, quæ incidunt in cauſa poteſt cognoſcere, vt not. in cap. pen. eod.

c Quærelam. Hoc uerbum large ſumptum includit omne remedium, per quod quis recurrit ad ſuperiorem per uiam grauaminis, & tunc includet etiam appellationem, & in integrum reſtitutionem l. ad eo, & ibi not. C. quo. & quand. iud. & declarat Abb. in ca quærelam, de procur. & Fel. in c. quærelã. col. pen, de iureiur. Accur. But. & alij in l. ſi ab arbitrio, ff. qui ſac. cog. Strictè vero cum ab eo q̃ remedio appellationes deſtitutus eſt iudex aditur vt hic, & per Car, Alex. in ca cũ ſit Romana, de ap eſt Rota, & tam per Canoniſtas quam per Legiſt. in locis ſupra alleg. & per gl. & alios in c. ad reprimendum, de off. ord. Abb. in c. cõſanguinei, eo. pe, c. fin. de re iud. & competi. hoc remedium quærelæ, tam in extraiudicialibus, ut per Car. in d. c. cũ ſit, quam iudicialibus. Vnde ſi iudex tardaret expeditionem cauſæ, licet ab hac tardatione nõ poſſit appellari poterit tamen quærelari, Bal. in l. ii. §. illud C. de temp. ap.

d Supplicatio. Sic in auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imp. offer. vnde ſumitur.

Per ſupplicationem CASVS. Quidã maiores putantes eſſe per ſententiam lęſos, & cum in princ. id nõ cognouiſſent, nõ appellauerunt intra tempus debitum, qua de re ſupplicauerunt principi, ꝙ vellet ius concedere talem ſententiã melius cognoſci, & in melius reformari, quæ petitio videbat̃ ex eo honeſta, quia ſi ſecus eſſet, contra iuris intentionẽ iſti priuarentur iure ſuo, quod non videtur dicendum, princeps vero dubitabat an de iure poſſet id concedere, quia inde aperietur uia ad perpetuãdas lites, ut de ſe patet. Sol. tamẽ vt hic cauetur, q̃a ſecundum qualitatẽ negotij gratia cõcedi vel denegari debet, & ſic obiectiones non obſtant, cum aliquando poſſunt verificari. Not quod ſi iſte text diligenter conſideretur ex eo colligitur huiuſmodi preces eſſe reijciendas. No. 2. cautelam qua aliquando poſſet euitari executio ſentẽtię, ſed in foro animæ non eſſet regulariter admittenda.

e Offerenda In ſcriptis.

f Augmentis. Id eſt fructibus, & acceſſionibus.

g Retractationis. Sed quomodo tractabitur? Reſpon, vt not. in authen quæ ſupplicatio, C. de prec. b. Imperat. offer. & not. hic, quod pendente ſupplicatione mandatur ſententia executioni, non ſic pendente appellatione, l. 1. ff. nil nou. appel. pendente.

FINIS LIBRI TERTII.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER QVARTVS.

DE ACCVSATIONIBVS,[a] *DENVNCIAtionibus, & inquiſitionibus.*

TIT. I.

Criminalia iudicia non habent aliquid ſimile cum ciuilibus. Et inſtituuntur per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem.

CRiminalia[b] iudicia nihil ferme[c] ſimile habẽt cum cæteris iudicijs de quibus proxime locuti ſumus: magnaque diuerſitas[d] eorum eſt, & in inſtituendis & in exercẽdis. Inſtituuntur autem, aut per denunciationem, aut per inquiſitionem.

Accuſationem inſcriptio denunciationem charitatiua monitio præcedere debet. h d.

Per accuſatio-

DE ACCVSATIONIBVS, DENVNciationibus, & Inquiſitionibus.

Continuarut iſta propoſita materia per gl. Rubr. cui addi poteſt quod cum in iudicio crimina. conſiderentur tria, videlicet modus agendi, delicta, & delictorum pœna, compilator volens primo modum iſtũ demonſtrare, propoſuit præſentem tit. qui diuiditur in 4. pa. in quarum prima adnot. an ſit dfia inter iudiciũ ciuile, & criminale, in ſecunda proponit & explicat modus criminaliter agendi in tertia demõſtratur quid iur. s ſi modus iſte non ſit obſeruatus, & reus confeſſus ſit delictum in quarta declaratur an criminis exceptio ſit modus agendi criminaliter, ſecũda ibi, inſtituuntur, tertia ibi, ſi qs tamen, quarta ibi, accidit aut.

a De accuſationibus. Continuatur ad præcedentia, & ſequentia. Supra dictum fuit de iudicijs ciuilibus, ſequebatur videre de criminalibus, & quia ea inſtituuntur per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, merito omittit de his. Ad ſequentia cum eſſet tractandum hoc quarto libro de criminibus, & ſuper his procedatur per accuſationẽ, & denunciationem, & inquiſitionem, merito de his præmittit.

CRiminalia. CASVS non figuratur No. tñ quod quidam ſcolares dubitauerunt an iudicia iſta habeant aliquid ſimile arg. enim l. 1. ff. de arbi. affirmatiue reſpondebant, cæterum aliter fiunt data ſolut. prout hic legim, quia longe maior videtur eſſe differentia inter iudicium ciuile & criminale, quam inter iudicium ciuile & compromiſſum, & ideo obiectio non videtur concludere.

b Criminalia Sũpta eſt limitatio ex tit de publicis iudicijs, in inſt ciuilibus ſimilis citatio ſupra in ti de præb. in prin. & in titu. de regu. & monachis in prin. An autem dicantur criminalia ea iudicia, in quibus pœna pecuniaria venit imponenda, per Ab. & al os in rub de iudi.

c Ferme. Melius hic dicitur ferme, quam in inſt. ciu. de pub. iud. in prin. nec omnino quidquam ſimile habent enim aliqua ſimilia, eſt & hoc de intentione Accur. in d. princ. in vtriſque n. libellus porrigitur, ĩ vtriſque de calũnia iuratur, vt not. in d. prin.

d Diuerſitas. Quia in ciuilib. agit. Vt aliquid detur actori, in criminalib. aũt nõ, vt aliquid dẽt principaliter, ſed vt puniatur, actus, & ita conſiderata petitione magna eſt diuerſitas, eadem eſt conſiderato fine. Item eſt aduerſitas ẽt in exercitijs, cum in ciuilib. prob et actor tantum, l. qui accuſ. C. de eden. ſed in criminalib. actor & re qñq l. fallaciter, C. de aboli. & l. vbi, C. ad le. C. 1. de falſis.

Inſtituũtur. Hęc pars diuiditur in 12. part. in prima proponitur mod⁹ iſte, in ſecunda explicatur. ſecunda ibi, per accuſationem. Quoad primum caſus non figuratur, ſed No. quod delictum proponitur in iudicio autem per modum agendi, & per modum excipiendi, ſi primum, aut ex officio, & datur inquiſitio, aut ad inſtantiam partis læſæ, & hinc datur accuſatio. quicunque aũt agat aut agit ad pœnam & ideo modis præd. ageret, aut ad correctionem, & inde oritur denunciatio, de exceptione autem dicamus infra in 4 part. Per accuſationem. Hæc pars licet poſſet ſubdiuidi puto tamen caſum in ea eſſet ita cõiter proponendũ. Quidam Vicarius Mutinenſis criminaliter agitabat contra quoſdam clericos, & cum iſti rei eſſent plures, contra quoſdam procedebat per inquiſitionẽ nulla præcedente infamia, contra alios per accuſationem, ſed non facta prius per accuſationẽ ſubſcriptione ad pœnam talionis, contra alios deniq; dicebat procedere per viam denunciationis, ſed non facta prius correctione, & cum ſibi fuiſſet ſignificatum quod non procedebat legitime, nolebat nihilominus ſuum errorem defendere illa ratione

quia

nem, [a] cum ſolenni præcedente inſcriptione [b] per accuſatorem rei crimẽ ad iudicem defertur. Per denunciationem, vt cum nulla [c] præcedente inſcriptione, ſed tantũ charitatiua monitione [d] ad iudicis notitiã crimen deducitur.

Inſcriptio quare magis neceſſaria in accuſatione quam in denunciatione, h.d.

Ideo [e] autẽ cum in modum accuſationis crimen objicitur, eſt inſcriptio neceſſaria, non cũ in modũ denunciationis: quoniã ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciatio facienda.

Accuſator non probans obiectum crimen, tenetur ad pænã talionis, niſi ſuã innocentiã purgauerit, & interim, dum purgat, eſt ſuſpẽdendus. h.d.

Accuſator igitur, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus eam pœnam debet incurrere, quam, ſi probaſſet, reus ſubſtinere debebat. [f] Denuncians [g] vero licet ad talionem non tenetur, ſi tamen in probatione deficiat, donec [h] ſuam purgauerit [i] innocentiam, ab officio, & beneficio ſuſpenden

quia cum interſit reipub. delicta corrigere & punire, c. vt famæ, de ſent. excom. non videbatur neceſſarium certam ſolẽnitatem eſſe obſeruandã ſi quidẽ ſi ſecus eſſet, poſſet contingere delicta remanere impunita. & nõ correcta, quia de hoc cũ de hoc fuiſſet q̃ſitũ quid iuris, Sol. prout in hac parte legimus quia ſicut finis agen. cõuenit ratio ni, ita ẽt modus debet eſſe rõnabil. aliter. n. daretur occaſio infamãdi ẽt viros honeſtos, ꝙ de iure nõ eſt permittendũ. Nõ obſtat aũt obiectio, q a ẽt ob dictũ intereſſe pub. legitime eſt ꝓcedendu, cũ melius ſit nocẽtẽ abſoluere q̃ innocentẽ cõdemnare: No. ꝙ a fine debet regulari modus agẽdi. hinc legimus in c. qualiter el 2. de accu. & inquiſi. ꝙ ſen. debet eſſe cõformis libello. No. ſecundo, qđ non omnia in iure conſiderata sũt ordinata ad iuſtitiam, & ideo põt limi. l. iuſtitia in fi. de iuſt. & iu. ff. in ver. inſti. atq; multi. ſcientia.

a Per accuſationẽ. Adde ꝙ per exceptionem etiã intẽtãtur interdũ crimina, vt in c. ſuper his, eo. §. accidit, inf eo. ſed nõ adiungitur hic modus tribus hic enumeratis? Quia licet per exceptionẽ opponantur crimina, non tñ per illum modum vere, criminale iudicium inſtituitur cum exceptio in iudicio ſit quid dependens, & concor. cum hac littera c. qualiter 2. & c. licet Hely de ſimon.

b Inſcriptione. Sed qñ dicetur facta ſolennis inſcriptio? Quidã ꝙ qñ accuſator profitetur in ſine libelli accuſationis ſe perfectu libelli decidi., per, ꝙ ſtatim obligatus intelligitur, ad talionem. Alij ꝙ inſcribere eſt qñ accuſator profitetur, & promittit de proſequenda accuſ. vſq; ad finẽ. & de hoc no. in l ſi cui. ff. eod & in l. cauſis. C. eo. Tertij. quod tũc quis dr̃ inſcribere, cum ſe obligat ad eandem pœnam, ſi non probauerit, quam reus debuit pati ſi probaſſet ipſe accuſator. vt 2 q 8 c qui quis, & ca. qui etimen & hæc tenenda, pro qua c. tuæ de procur. & per glo. in c. ſuper his, eo. & ibidem Ab. Sũt autem caſu, in quibus non eſt neceſſaria hæc inſcriptio, vt in crimine abigeatus l cui. C. de abige. Item in ſeruis, ar. l. licuſa ff. eod. Item in his. quæ appertiores referũt. l. ea quidem C. eo Item in crimine apoſtaſiæ l. apoſtatarũ. C. de apoſta. Item cũ accuſatur Chriſtianus, qui contraxit cum Iudæa, vel contra. l. ne quis. C. de iudæ. & no. de his, in c. ſuper his, eo vbi etiam Abb. & per eundem in c. fi. de calum.

c Nulla pręcedẽte inſcriptione. Cap. ſuper his. eo.

d Monitione. ca. qualiter. § ſi & c. cum dilectus, eo.

e Ideo aũt Nota, hãc rõnẽ, q̃ ſumitur ex c ſuper his, eod. q̃ nihil aliud infert niſi ꝙ cũ ex ſui natura modus procedẽdi per denunciatione nõ importet alicuius pęnę impoſitionem, nõ conuenit rei & negotio, vt quis ſe inſcribat ad talionis pęnã, q̃ non venit imponẽda. finis. n. cuiuslibet denũciationis eſt correctio, & licet denunciatus q̃nq; compellatur ſatisfacere, qñ. ſ. aliter ſe corrigere nõ pt, illud tñ accidit in quandã cõſequentiã, vnde nõ eſt in cõſideratione l. t. ff. de aucto. tut. Et in accuſatione inſtatur principaliter ad pęnã vnde nõ miru, ſi eſt inſcribendũ. & ſi opponatur ꝙ crimina, quocunq; clamerint ſui puniẽda, 24. q 3. c. ecce. Reſp. ſecũdũ Ab in d. c ſuper his, ꝙ ſunt punienda ſecundũ modum propoſitum & probatũ, idem tñ Ab. in c. inquiſitioni. ſuper gl. in ver. accuſationis, videtur contrari. ſentire, cũ dicit ſaluando dictũ Hoſt ꝙ ius non cõſiderat modum procedendi, ſed effectu pęnæ, limita tñ & declara ſuperius dicta, vt per Ab in c. fi ante fi. de calum.

f Debebat 5. q 6. ca. 1 c. 2 & traditur de hoc, 2. q. 3. per totam.

g Denuncians. Ca fi de calum. vnde ſumitur.

h Donec. & c Sic in c. fi de calum & vr̃ hoc mirabile ꝙ primum quis puniatur tamquam calumniator, & poſtea recipiantur probationes ſuper innocentia: videtur. n. hoc eſſe dupliciter abſurdũ, primo, quia pæna præcedit probationem delicti, & ꝙ ſæpe innocens poterit pænã pati l. contra abſente. ff. de pæ. dic, ꝙ forte operatur præſumptio delicti eod enim ꝙ non probat non ſolũ præſumitur denuncians, vel accuſans calumniator, verũ etiam cõuincitur, licet hoc pluribus caſibus nõ procedat, vt in c fi de calum. per Abb. Antan. & alios.

i Purgauerit. Sed q̃ erit canonica purgatio? Quidã ꝙ per iuramẽtu uenũciãtis. arg. c. prætereu, de teſti. & c. paſtoralis, de exce. Sed tu dic, ꝙ huiuſmo

di

dus [a] erit, vt cæteri ſimili [b] pęna perterriti ad aliorum infamiam facile nõ proſiliant. [c]

Ponit quando procedendum ſit per inquiſitionem.

Per inquiſitionem [d] criminale iudicium inſtituitur, cũ præcedente diffamatione ac quaſi denunciãte fama [e], de crimine iudex inquirit. Conſtitutum eſt enim, ne criminũ facilis nimis ſit obiectio, vt ſicut ad accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio,& denunciationem charitatiua monitio, ita & inquiſitionem clamoroſa [f] inſinuatio præcedere debeat.

Confeſſus crimina coram inquiſitore, non poterit confeſſionem ſuã eo prætextu reuocare, quod non præceſſerit fama inquiſitionem, h. d.

Si quis tamen,[g] poſtquam coram eo, qui contra ipſum ſuper certis criminibus inquiſitor deputatus [h] fuerat, eadem crimina

dĩ purgatio præſtabitur ad arbitrium iudicis ex quo iure non determinatur,e.de cauſis,de offic.dele.item oẽs purgationes hodie ſunt arbitrariæ,uti de purgat.canonica,per tot.& 2.2.q.5.c omnibus, & c.conſuluiſti,2.q.5.& not. in c. ſi.de calum. per gloſſ. & Abba. & alios.

a Suſpendendus. Quam pœnã euitabit denuncians vel accuſator,ſi ꝓbet intentionem ſuam. nel crimen obiectũ per unũ teſtẽ Doct. cõiter in ca.2 de calum. ſecus eſſet ĩ pęna cõuentionali, qa ipsã oõ euaderet niſi plene probaret,ut in c.cũ dilecti,de elect. & ibi pulchre Abb. verſiculo tertio, oppono contra text.

b Simili pęna. Ita pęna uni⁹ eſt metus multorũ. 2.q.7.c.quapropter,& l.capitalium,§.famoſos. ff de pœnis,& c. irrefragabili,de off.ord. & c.ſi.de calum.

c Proſiliãt. Deficiente tamen denũciatione,vel accuſatore, non prohibetur iudex ex ſuo officio inquirere ad vtilitatem Reipub.cap.cr.mina,de colluſ deteg l quamuis,C.de adult. & per Abb.in c. conſtitutus.de appel.in primo notabili.

d Per inquiſitionẽ Sunt inquiſitionis plures ſpecies. Quædam generaliſſima,ut cum prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouinciæ,de qua in c.ſicut,eod & in capit.Romana,de cenſi. in 6 & per Abb.in c.qualiter,3 eod & in hac non eſt neceſſe infamiam præcedere,immo tenetur prælatus quolibet anno hanc generalem inquiſitionem facere, c.cum venerabilis,de exceptionibus Quædam generalis,ut cũ inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis,caſtri, vel alterius particularis loci, nec tunc exigitur quod infamia præcedat,facit,ca.1.de offi.ord.l cõgruit, ff.de offic.præſid.Quædam eſt ſpecialis cõtra certam perſonam, & hæc interdum ſit non ad pœnã imponẽdam,ſed ex debito officij,vt puta,nec carnale matrimonium ſtante legitimo impedimẽto cõtrahatur. Vel nõ cõfirmetur electus,& nec hoc caſu exigitur infamia: quia non agitur ad pœnã, ex quo fit ex debito officij,fac.capit poſtquam,& cap.cum dilecti,& c nihil,cum ſimi. de elect.cap. ſina. de clande. deſponſ. & not. per Innocent in cap.1 de exceſſ.prælã & per Hoſtien.in cap.nõ vt eccleſ.benefi & per Abb.in dicto cap. qualiter, & in cap.penulti eo.quandoque iſta ſpecialis inquiſitio ſit ad pœnam imponendam, & tunc ſi ſit ad denunciationem publici officialis, non eſt neceſſarium, quod fama præcedat, l.ea quidem, C. eo.c.præterea,de teſtibus cogend.quamquam dici poſſit,quod hoc caſu præcedat fama,quia non denunciantur,niſi notoria,alioqui denuncianti non creditur,ſecundum Abb.in d ca.qualiter,not.in §. aliqñ 4.q.4.& in ſupra alleg. iurib. Quãdoque ſit ſpeciali fama deferẽte, & tũc hẽs locũ quod hic dicitur, quod tamẽ recipit aliquas diſtinctiones & limitationes,de quibus habetur in d. c.qualiter,& ĩ l.1. §.ex publico,ff.de adulter. ub. traditur,quę ſint inter has ſpecies differentiæ.

e Denunciãte fama. Sumitur hoc verbũ hic in malam partẽ, aliqñ tamẽ & in bonã, ca.nolo.12.q 1.& ſic eſt nomen medium, fungitur ergo fama corã iudice vice accuſatoris, unde hoc caſu nihil probabit, licet aliquando plene, aut ſemiplene probet, iuxta ea,quę hẽntur in c.veniẽs,de teſti.& in l.de minore.§ tormenta,ff.de qõ. quia ſi probaret in caſu noſtro teneret locũ accuſatoris & teſtis, quod eſſe non dẽt 4.q.4.c.1.& c & foros,de uerb.ſig. dẽt aũt hæc fama habuiſſe ortum non a maleuolis, ut traditur pleniſſime in c.qualiter,2.eo. ubi habet, quis ſit eff.ct⁹ famæ,q̃ bẽt ortũ a maleuolis,& an cõpellat infamatum ad canonicam purgationem.

f Clamoroſa. Id eſt,late ſparſa,cap.qualiter,2.vbi Abb & c.inquiſitionis.§.ad hæc eod.

Si quis tñ. CASVS. ita figuratur Quidã iudex ita cõtra inquiſitos, & de crimine accuſatos procedebat ꝙ formam agendi non ſeruauit, reorum tñ hoc non obſtante alter delictum fuit confeſſus,& alter a principio aliquã exceptionẽ nõ oppoſuit, vnde fuit dubitatum de ualore huiuſmodi proceſſus,q̃ videbatur nullus, per regulam quod forma dat eſſe rei l.Iul.ff ad exhibendũ.Sol. tñ prout hic legimus quæ ſolẽnitas iuris vĩ inducta ad ueritatem inueniendã, & ne quis indebite grauet & cũ hoc intereſt rei,põt ipſe renũciare:vñ obiectio eſt ĩtelligẽda de forma intrinſeca & eſſentiali, ſecus aũt de extrinſeca No ꝙ quis dr iuri ſuo renunciare aliqñ tacite, & aliqñ expreſſe, & iõ caute in iudicijs eſt procedendum No ſecundo,quaſdã ſolẽnitates eſſe neceſſarias ad arbitriũ illorũ, qui eis uti uolũt.

g Si quis tñ. Habes hic,& in §.ſeq duos caſus in quibus tenet proceſſus etiam non præcedente diffamatione:alios caſus uide in c ut eccl. benef ſin. di.confer & in l 2.§.publico.ff de adult

h Deputatus. Non ſolum ab Apoſtolico: uerum

etiam

confeſſus [a] fuerit, fruſtra poſtmodũ eo prætextu [b] confeſſionem ſuam impu nare contendet, quod ſuper eiſdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

Si iudex proceſſerit non excipiente inquiſito de non diffamatione, proceſſus tenebit, h.d.

Idem etiam erit, ſi is cui contra te cõmiſſa, [c] ſuper certis criminibus fuerit inquiſitio, te præſente, [d] nec quidquam ſuper hoc excipiente infamiæ inquiſitione omiſſa, ad veritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nec enim proceſſum huiuſmodi, eo quod non fuit de infamia primitus inquiſitũ, vlterius impugnare poteris. [e]

Si crimen opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio. h.d.

Accidit [f] autem interdum, vt alicui nec accuſando, nec denunciando, nec inquirendo, ſed excipiendo [g] crimen opponatur, vt puta cum quid obijcitur, vt quis ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur, quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria. [h]

etiam ab ordinatio, ſecundum Archi. Io. Andr & Peruſi. in c. 2. eo in 6. unde ſumitur, fac. quę habentur, in c quod ſedem, de off. ord.

a Confeſſus. Nullæ ergo ſunt partes iudicis, niſi ut ſententiam ferat, quid enim quærimus de infamia, cũ de crimine clareat, 24. q. 3. c. ecce c. per inquiſitionẽ de elec c. ſi ſuper, de cõfeſs. l. ſi debitori, ff. de iud. tam enim eſt notorium crimẽ, cap. ueſtra, & c. ſi. de cohab. mulier. & cler.

b Eo prætextu. vel illo, quod capitula ſuper quib. qs fuit inquiſit[9] ſibi nõ fuerint tradita, c. 1. in 2. reſpõ. eo. li. 6. alio tamẽ prætextu puta, erroris, uel falſitatis ipſius cõfeſſionis, licet n. ex cõfeſſione in iudicio reſultet notoriũ, c. ſi. de cohab. cler. & mult. Cõfeſſio tñ põt non ſolum exponi, & declarari ita qđ illa non perimat, c. cum dilecti, eo. ſeu etiã reſpectu erroris, vel falſitatis reuocari, fac. le. cõfeſſionib. ff. de inter. ac. nec. n. fatetur qui errat, l. non fatetur. ff. de confeſſ. l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn iud. niſi tamen confeſſio facta fuerit deliberata, ut no in c ex literis, de diuor. ſecundũ Io. And. Arch & Peruſ. in d. ca. 1. Quod ipſum tamen multis modis limitant, vt per Peruſ. io. d. ca. 1. poſt alios plures, quos allegat.

c Commiſſa. Intellige ad petitionẽ alicuius, quia ſi Papa motu proprio committit inquiſitionem criminum alicuius, iam illum approbat infamatum, vt Epiſcopus, & metropolitanus procedant, etiam ad inquiſitionẽ, omiſſo tali articulo, 2 q 5. c. omnibus & ca. ſicut olim eo. Sed ſi ad petitionẽ alterius commiſerit, tunc prius inquirendum erit de infamia, ſecundum Inn in c. cum oporteat, eo. etiã ita not. in c. ſi. eo. in 6. quod declara vt ibi per Peruſi. & alios.

d Præſente. Sciente, nec reclamãte, ſecus. n. eſſet. ſi quis eſſet quidem pñs, ſed ignoraret, quod teſtes deponerent ſupra principali omiſſa inquiſitione infamiæ, quia tunc non valeret proceſſus, ca. 1. inquiſitionis, §. 3. ca eo. Vel ſi contumaciter abeſſet, vt per Doct in c 2. eo. in 6. non tamen tenetur reſpondere, niſi citatus Abb. in c. 1. de iud. nu 15.

e Poteris. Not. ergo, quod infamiæ inquiſitio non eſt de ſubſtantia proceſſus initi per viam inquiſitionis, cum poſſit omitti nõ ſolum expreſſe, uerum etiam tacite, de quo in c. 2 eod. in 6. & late per Peruſi in c. 1. eod ti. & lib. poſt alios. Alias autem iudex inquirens contra aliquem ſine indicijs ſiue expreſſo, uel tacito conſenſu inquiſiti, ſi eundem poſtea abſoluat, tenetur ſibi in expẽſis Abb. in c. cum dilecti, uer gl. ultima colligit arg. ex tex.

Accidit autem

CASVS. Fuit dubitatũ inter ſcholares, an modus proponẽdi crimina in iudicio per exceptionẽ, eſſet criminalis, quidã. n. affirmatiue putabãt eſſe reſpondendũ, quia ille reus ob ipſum delictũ aliquo modo ſaltẽ punitur, quidã uero alij putabant oppoſitũ, cum ſolũ delictũ talẽ reus ab illo actum excludat ſicut teſtis criminoſus, c. teſtimoniũ, de teſtib. Sol. tñ ut in hac parte cauetur, quia finis exceptionis opponitur fini iudicij ſiue ciuilis ſiue criminalis, cũ exceptio ſit q̃dã excluſio actionis uel intẽtionis agẽtis, l. 2. ff de exceptio. Not. quod exceptio non ſolum excludit, ſed etiam aliquando tollit ius quæſitũ, vt declarat c. ſuper his, & ibi Doct. eo. de accuſat. Not. 2. quod differentia diuiſiua deſumi debeat a fine, ut ſit vera & propria.

f Accidit. Ad ea, quæ in hoc, & in ſeq. §. veniunt dicenda, vide per Hoſtien. in titu. de exceptionibus, lib 5.

g Excipiendo. Sed an contra excipientem de crimine poſſit replicari de alio crimine, ad effectum remouendi reum ab exceptione? Reſpon. non admittitur triplicatio, ut traditur in ca. ſuper his, de accuſ. quia cuilibet quantumuis criminoſo reſeruatur defenſio legitima, ut in ca. intelleximus, de iudic.

h Neceſſaria. Cap. ſuper his, eod. c. cum dilectus, vbi late, de or. cognit. & hoc intellige iuxta verba huius literæ, ſcilicet qñ excipit de crimine, ad hoc ut teſtis, uel accuſator ſimpliciter repellãtur à deponendo, uel accuſando, hoc enim caſu non eſt inſcriptio neceſſaria, ſed ſi incidenter hæc exceptio operaretur alicuius iuris priuationem imponetur excipienti pœna extraordinaria, ut dicitur in §. ſeq. & in c. ſuper his, unde ſumitur. Si uero exciperet ad effectum puniẽdi principaliter, qua rõne

Non eſt neceſſaria inſcriptio. ſi crimen obiicia tur, ut qui, ab officij, uel beneficii aſſecutione ex cludatur, quo tamen caſu, ſi poſt confirmationem opponatur deficiens in probatione punitur pœna extra ordinaria h. d.

Sed an propterea crimen opponatur, ut q̄s a promotione officii, uel beneficii aſſecutio ne excludatur, neceſſaria tūc ſit inſcriptio? Et proditum eſt, ſi ante cōfirmationē obii ciatur, non cogi quemquam inſcribere, q̄a crimē hoc modo probatum promouēdū q dem impedit,[a] non tamen iam promotum deiicit. Poſt confirmationem [b] vero, cum, ſ. ordinandus fuerit aliquis, aut etiā cōſecra dus, quia & ab obtinendo repellit, & ab ob tēto deiicit, ad extraordinariam pœnā ſecū dum arbitrium [c] iudicis citra uinculū in ſcriptionis, ſi defecerit in probādo, eſt exci piens aſtringendus.

DE DVPLICI [d] PVRGA tione. Tit. II.

Quid ſit purgatio. h. d.

Ontingit etiam interdū, ut licet aduerſus criminoſū,[e] nec accu ſator cōſiſtat, neque teſtibus, aut propria ſit confeſſione cōuictus, ita tamē alicuius criminis, uel maculæ publica laborat infamia, q̄ ſup ma nifeſta fere nota eidē purgatio ſit indicēda. [f] Eſt autē purgatio demōſtratio [g] innocētię ſuper obiecto crimine.

re interuenire debet inſcriptio in directa accuſa- tione, eadem ratione debet in exceptione hoc ca ſu interuenire Ita Abb. in d. c. cum dilectus, po ē Bar. in l. ſi cui, ff. eo. ſed an crimen probatum per uiā exceptionis infamet, p Ab. in d. c. cū dilectus uer. quoad tertiū, & per eundem in c. ſuper eo, de elect.

a Impedit Immo obſtat l. dignitati bus etiam acquirē dis, ca. ſuper eo de elect. & arg. 2. q. 1. c. prohibētur, & c. omnipotēs, eo. q̄a ex iſta exceptione probata ſemp gra uata remanet eius opinio, l. Luci⁹. ff. de his, q not. infa. c. cū tu. de teſti. ca. ſuper eo. de elect. Sed contra uiderī facere, quia exce- ptio nō debet ope rari ultra intentio nem agentis, l. nō omnis ff ſi cer. pe. ergo hęc exceptio non debet operari remotionē ab alia Sol. ſecūdum Ab. in d. cap. ſuper his. q̄d hoc non opera tur uir⁹ exceptio nis, ſed aggrauatio opinionis, quę ſur rexit ex prima re- pulſione, ut no. in d. ca. ſuper eo. An autē iſte poſſit ſe purgare, ne reppel lat ab alia dignita te conſequēda, per Abb. in d. ca ſuper his, uer. & aduerte poſt glo.

b Poſt confirma- tionē. Tunc enim ſpirituale cōiugiū eſt contractum, c. īter corporalia. de transla præla. §. ſi. ſupra de cōfirma.

c Arbitrium. Eſt hoc generale ubi certa pæna expreſ ſa nō eſt in iure, c. de cauſis. de offic. deleg. l. 1 in fin. ff. de iur delib. & a tali pena im- poſita poteſt appellari. ſecus a pœna expreſſa in iure l. antep ff de uerb. ſign & in cap. ſuper his. de accuſ uel poſſet peti reductio pænæ ad abitrium boni uiri, c. Quintaualis, & ca. ueniens, ad fin. de iureiur.

DE DVPLICI PVRGATIONE. Cōtinuat tit. iſte prout colligitur ex prin. eius' ſiquidem cum ex modo criminaliter procedendi aliquando quis remaneat infamatus, & ideo de- beat ſe purgare, ꝑpterea conueniendi ordine pro ponitur hic tit. iſte, qui diuiditur in 4 par. in pri- ma parte adnot. continuatio: In ſecunda declara- tur quid & quotu plex ſit purgatio. ī tertia demonſtrat quid iuris de defi ciēte in purgatio- ne, in 4. adnecta. de delictis quędā diſ. ſecūda ibi. eſt aūt, tertia ibi, quicūq; quarta ibi. crimi- num.

DE DVPLICI purgatione.

d De duplici. Vul gari, ſcilicet, & ca- nonica.

Contingit. CASVS n̄ figuratur. Nota quod ex delicto in iudi cio legitime ꝑpo ſito, non tn̄ coclu denter probato cō trahitur infamia, quę cum a iure dā netur, ꝑpterea de bet de iure purga ri. No. ſecundo ar gu. quod caute eſt procedendum, in hoc criminali iu- dicio ne q̄s inde- bite infametur.

e Criminoſum. Id eſt qui putatur cri minoſus.

f Indicenda. Cap. de ſimo. & c. nos ī ter, de purg. can.

Eſt autem. CA- SVS nō figuratur Not. tamen quod purgatio cū ſit de mōſtratio innocē tiæ, aut eſt ſecun- dum canones, & iſta eſt permiſſa, aut eſt cōtra eoſd. cano & iſta eſt dā nata & ideo dicitē vulgaris, ſicut eſt duellum: per primam probabiliter demonſtratur innocentia; per ſecundam uero tentatur Deus, & ideo damnatur.

g Demonſtratio Non quemadmodum ſumunt Theologi, ut ſcilicet non poſſit res aliter eſſe, ſed per quaſdam coniecturas, uel media a iure adin- uenta, quæ uulgus, uel ius, habent loco demon- ſtrationum.

Aquæ

Quotuplex ſit purgatio, & quod uulgaris eſt penitus improbata. h. d.

Purgationis duæ ſunt ſpecies, vulgaris, ſ. & canonica. Vulgaris purgatio eſt, quā vulgus, uel inuenit vel ſequitur. Vt cū aquæ frigidæ[a] vel cādentis ferri,[b] uel ſingularis certaminis[c] quis ſubit iudicium, quæ cū Deus in ea tentari[d] Videatur, merito iuſſa eſt ſacris canonibus exulare:[e] licet enim quoſdā[f] ſingulare certamē iniuiſſe diuina ꝓdat hiſtoria, nūquā tamē, ut id ꝓ lege teneatur, diuina ſanxit auctoritas.[g]

Quæ ſit canonica purgatio. Et quales eſſe debeāt compurgatores. h. d.

Canonica purgatio dicitur, quæ ſacris canonibus[h] eſt comprobata, ut cum de crimine infamatus iurat, ſe non eſſe tali crimine, uel macula inquinatū, & certa cōpurgatorū manus eundem crimine immunem, & uerum credere illum iuraſſe, ipſa quoque iurciurādo firmat.[i] Erunt[k] autē cōpurgatores huiuſmodi honeſtatis & opinionis, ut uerisimile ſit eos tumore, uel odio, uel obtētu pecuniæ nō peierare, neceſſe etiā eſt, ut eius, quē purgare intēdūt, uitā & mores notos habeant.

Deficiens in purgatione habetur pro conuicto hoc dicit.

Quicunque uero in canonica purgatione defecerint, perinde[l] puniēdi sūt, atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitime conuicti, uel confeſſi fuiſſent.[m]

a Aquæ frigidæ. Cap. ex tuarum, de purg. canon.
b Ferri. Cap. fi. de purg. vulg.
c Certaminis. Cap. 1. de purg. vulg. 2. q. 4. c. monomachiam.
d Tentari. Quod eſt cauendum, 23. q. 8. ca. ſi nulla vrget. & 22. q. 2. c. quæritur.
e Exulare. Cap. 1. de purg. uulg. cap. monomachiā. 2. q. 4. irrepſerat tamē abuſus qdam nuper in Italia, ut paſſim ferme ſingulare certamē iniretur, ita ut aſſuetudine quadā licere videretur, unde de eo tāquā de re non illicita luculēti tractatus ſcripti comperiuntur, & Doctores paſſim conſulebant, ſed ſaluberrime prouidit nuꝑ Con. Trid. in ſeſſ. 25. in 19 decreto, ī decretis reformationum, per quod credendum ē huic magnę corruptelæ iam impoſitum finem, cum non ſolum uolentibus pugnare, verū & principibus, patrinis, aduocatis, magnæ pœnæ imponantur.
f Quoſdam. Vt Dauid cum Golia.
g Auctoritas. Nō ergo omnia, quæ ſunt, uel leguntur ī ſacra pagina ſūt imitāda. Quędam enim in ea dicuntur narratiue, ñ approbatiue, ut de Eſau ꝙ fuit uenator, c. Eſau diſt. 86 Quędam diſpēſatiue, ut de Iacob, ꝙ habuerit plures vxores, capit. gaudemus, de diuor. fac. c. occidit, 23. q. vlt.
h Canonibus. Vt de purg. cano. per tot. & 2. q. 4. per tot & 15. q 5.
i Firmat. Cap. conſtitutus de purg. cano. cuius autem numeri eſſe debeat hæc manus, vide ꝑ Hoſt. in ſummæ de purg. cano. §. quotus numerus.
K Erunt autem, &c. No. requiſita in purgatoribus. Primum enim debent iurare, ſecundum conſcientiam & opinionem ſuam. Secundum, ꝙ probentur ab eccleſia. Tertium, vt ſint bonæ famæ, Quartum, quod non fuerint de crimine condemnati. Quintum, ꝙ non ſint uicini, uel habeant conuerſationem cum purgando, ut in ca. conſtitutus, vbi Abb. de purga. cano. c. cum dilectus, cap. cum P. Manconella. eo. tit.

Quicunque. CASVS. Quidam cū fuiſſet de crimine infamatus, fuit ei indicta purgatio canonica, in qua cum defeciſſet, fuit quæſitū an vlterius contra eū eſſet procedēdum per ca. at ſi cleri. de iudi uidebatur abſoluēdus cum non ſit confeſſus, uel conuictus Sol. tamen ut hic habetur, quia cū nō potuiſſet ſe purgare, habetur ꝓpterea ꝓ conuicto, & ſic æquiparatur criminoſo notorio, in quo non cōcedit purgatio, & ita nec ēt obiectio uidetur obſtare. Nota in primis cautelā ad probanda delicta quæ cōcludenter, uel non ſunt probata, vel non potuerunt, ꝓbari: No. ſecundo, quod delictum notoriū æquiparatur cum delicto cōfeſſo, uel conuicto tā in condemnando, quā etiam in indicēdo purgationē.

Ioā. Ba p.

l Perinde ca. cum P. Manconella. de purg. Hoc tamen intellige ſecūdum diſtinctionē Abb. in ca. accedens. de accuſa. uer. & ideo vltra alios, videlicet, ſi aliquis modus agendi præceſſit purgationis īdictionem, nam tūc deficiens in purgatione punitur ſecūdum illum modū, vnde ſi ꝓceſſit accuſatio deficiens punietur vt mediante accuſatione conuictus, ſi præceſſit inquiſitio, vt conuictus medio inquiſitionis, cap. inter, & quod ibi no. de purga. cano. Aut nullus agendi modus præceſſit purgationem, & tunc deficiens punitur modo extra ordinario, & ſuſpenditur tantum ab officio, vt per Ioan. And. in ca. ſignificaſti, de adult & de hoc per eundem Ab inc. veritatis, ver. alius intellectus notabilis, de dolo. & contu. & in c. cum dilectus, in gl. 1. de purg. cano.

m Fuiſſent. Quod ſi purgauerint ſe, an nihilominus poſt purgationē accuſari poſſint, vel inquiri Reſp.

Rā.ſecūdum diſtinctionem Abb.in c.ex tuarum; uer.ſed quoad principalem,de purg cano.Notandum eſt, ꝙ ſi fuit pręſtita purgatio ſuper crimine enormi, nihilominus purgatus poteſt temporaliter ſuſpendi,c.inter,de, purgat.cano.

prima habetur quid, & vnde ſit dicta ſimonia, in ſecunda quotuplex ſit, in tertia quomodo, & in quibus rebus committatur. In quarta quis poſſit diſpenſare, in quinta adnot. an ſimonia ſuo vitio vitiet datum in diſpendiū electionis, in ſexta demōſtratur qua pœna, & quomō ipſa puniatur,in ſeptima deno. quis poſſit eā accuſare, in octaua ſoluuntur quędā dubia, ſecūda ibi, ſimoniæ, tertia ibi, contrahitur autē, quarta ibi,ſed videamus, quinta ibi, plane ſexta ibi, ac vetuſti,ſeptima ibi, huius autem, octaua ibi, ſciendum tamen eſt.

Niſi tamen aliud iudicātis [a] æquitas ſtatuendum duxerit.

Super notorio nulli erit indicenda purgatio. h.d.

Plane ſuper notorio nulli erit indicenda purgatio,[b] ſed tantū condēnationis promulganda ſententia. Cū patrati ſceleris euidentia [c] neque accuſatoris [d] clamore indigeat.

Criminum quædam ſolum Deum lædunt, quædam etiam homines. h.d.

Criminum [e] aūt quædam diuinæ maieſtatis læſionem continent, quædā verò & hominibus [f] damnum irrogant. Quæ Deū principaliter lædunt, hæc ferme habētur, ſimonia, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominibus vero læſionem inferunt, homicidium, adulterium, ſtuprū, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ, de quibus diſtinctius, ſed tamen breuiter videamus.

DE SIMONIA. Tit. III.

Quid ſit ſimonia, & vnde dicta. h.d.

SImonia nihil aliud eſt, quā ſtudioſa voluntas,[g] ſiue cupiditas emēdi vel uēdēdi ſpiritualia,[h] vel ſpiritualib. annexa.[i] Vel ſimonia eſt

a Iudicantis æquitas. De hoc Fel.in c.accedēs, de accu. poſt Hoſt. i ſum. de purg.can.§.quę ſit pœna.

b Purgatio. Ca.cū dilect' de purg.c.

c Euidentia. Cap. euidētiā, de accu. Sufficit aūt ſcelus eſſe euidēs peritis & intelligentibus non aūt & idiotis per id ꝙ ponit Bu. in c.litteras de tēpo. or. vbi dicit euidētē legis intellectū, qui extrahitur ſubtiliter ꝑ peritos, licet nō oēs ſcirēt ita extra h.

d Neq; accuſatoris. Vñ nec purgatio admittetur, cū nec accuſator ſit neceſſarius ꝙ magis videbatur dicēdum. & nota arg. c.e accuſatione ad purgationem.

Criminum. CASVS nō figuratur. Not. tamē cauſam diſtinctionis, qm̄ .n.ex delicto oritur lęſio, & damnū, & hæc reſpiciunt immediate vel Deū vel hominem, ꝓ ꝑ ea duo aſſignātur gña delictorū, reliquæ autē creaturæ nō ſunt in iſta diſt. cōſideraṫa quia reducuntur vt puto ad Deum, vel hominem.

SImonia. CASVS non figuratur ſed, not. quod & ideo, ſimonia eſt dānata, quia ꝙ non eſt eſtimabile, per eā ſit eſtimabile. ſecundo, ꝙ qū in aliquo actu conſideratur id, quod eſt principale habetur in conſideratione.

g Voluntas. Videtur ergo, ꝙ ſola voluntate poſſit cōmitti, quod ſatis verum eſt quoad eccleſiā triumphātem, vel forum poli. c.tua nos, eo. ſecus, quoad eccleſiā militantem, & in foro fori. vt declarat. late Hoſt. in ſum. eo. §. quid ſit ſimonia, & g 1. in glo. ſummæ. & quia antiquorū definitiones ſingulæ rem totaliter nō videntur complecti. ideo plures ponit.

ANT.TIM. Quod dicitur in glo. quod voluntate ſola in foro fori non cōmittitur ſimonia. i. non punitur ſimonia mentalis legibus hominis, credo verū, in cauſa enim iudex non poteſt animaduertere, cum iudicium ſuum eccleſia non ferat ſuper occultis, de quibus non iudicat, neq; ea punit iuxta l. cogitationes, ff. de pœn. cogitationis. n. pœnam nemo patitur.

h Spiritualia. Vt puta ordinem, & de his not. ſup. de re iud. & in c.conſulere. eo. & per Hoſt. in ſum. eo. §. 1.

i Annexa. Vt ius percipiendi fructus perpetuo, ſecundum Hoſtien. ſumma eod. §. 1. Vel ius patronatus, c. de iur. & c. quid clerici, de iure patron. vt latius

e Criminum. Dixit hucuſque de cauſa formali iudicij criminalis; exoritur nunc de materiali.

f Et hominibus. Copulatiua implicat, quod poſtea enumerata continent non ſolū damnum hominum, ſed etiam læſionem Dei.

DE SIMONIA.

Cum auctor ſupra §. fin titu. prox. adnot. diſt. de delictis, ea ratione vr̄ id feciſſe, quia poſt explicationem modi criminaliter agendi intendebat poſtea tractare de ipſiſmet delictis, atq; primo de illis quæ principaliter reſpiciebāt Deum, qua de re cum ſimonia ſit delictum inter iſta magis graue, vt adnot. in ſum. 1. q. 1. propterea propoſuit in præſenti tit. iſtum, qui diuiditur in 8. part. in quarū

tius

rei ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexæ cũ aliquo temporali facta cõmutatio.[a] Appellata eſt autem a Simone mago, qui primus huius auctor fuit.[b]

Simonia aũt eſt duplex, conuentionalis, aut realis. Et realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem, h.d.

Simoniæ duplex [c] eſt ſpecies. Nã aut eſt conuentionalis, aut mentalis. Cõuentionalis eſt, cũ aut aliquid datum eſt, vel de dãdo in poſterũ tractatus interceſſerit, & conuẽtio.[d] mentalis eſt, cum nullum quidem interceſſit factum, ſed ſola praua dantis, aut recipientis mens, & intentio concurrit, & propterea rudi, ſed congruenti vocabulo [e] mentalis appellatur.

Cuiuſcunque muneris receptione ſimonia contrahitur. h d.

Contrahitur autem ſimonia, non modo cum pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda, & recipienda tacite, vel expreſſe conuentum fuerit, verũ etiam cum dans a lingua,[f] vel ab obſequio [g] recipientis minus exigit. Cum enim ſpiritualia tribuens manus ab omni munere [h] excutere debeat, id tũc facere intelligitur, cum pro diuinis rebus nõ ſolum pecuniam nullam, ſed nec humanum [i] obſequiũ, aut gratiam aliquam requirit.

tius per Hoſt. in d. §. 1. dantur & aliæ definitiones vt ibi per Hoſt. & per Ab. in c. nemo, eod.

a Commutatio. Hæc definitio ponitur per Ab. in c. nemo, eo. vbi declarat, & videtur accõmodatior dic vt ibi per eum.

b Auctor fuit. Vt apparet in actis Apoſtolicis, ca. 8. Sic ſenatuſco. Macedonianum a Macedone homine malo fuit denominatũ, & licet conueniret hmõi perſonas delere de hominum memoria, tamẽ tolerabile eſt, quod per dedecus immortalitati commendentur.

Simoniæ. CASVS nõ figuratur. Not tamẽ cauſam diſt. quia aut committitur voluntate alterius contrahentis tãtum, aut voluntate, & conuentione.

c Duplex. Pro verificatione, & declaratione huius diſtinctionis, adeundus eſt Ab. in c. nemo. ver. ſed oppono cõtra gl. & in c. cõſulere. eo infi. & c. veniens, eo. in 1. not. & per Caſſad. in tit. de conſt. deciſ. 5.

d Conuentio. Simonia. n. committitur nõ ſolum recipiendo actualiter temporale pro ſpirituali, ſed etiã recipiendo ſolum obligationem temporalitatis, c. cum ſuper vbi Abb. no. de confeſſ. fac. q. 1. c. ſunt nonnulli.

e Vocabulo. Arg. quod magis curandũ eſt de magiſtralitate, quã de puritate linguæ Latinæ, quod non ſolum fuit ſeruatum in hoc lib. Sed etiam ſeruatur in omnibus facultatibus quæ habẽt propria ac peculiaria vocabula plerumque barbara, & facit hoc contra iuriſconſultos Germanos & Gallos modernos, & quoſdam etiam Italos qui interdũ adeo verba ſpectant, vt rem poſt habeant contra illud Manilij.

Ornari res ipſa vetat contenta doceri.

Fac. no. in l. 2. §. poſt hoc, ff. de orig. iur. & c. intelligentia, & c. propterea, de ver. ſig.

Contrahitur autem. CASVS in hac parte ita debet adnotari. Quidã ſeruitores, vt dicũt, Cardinalium ſuis dominis ſeruiebant, quod ob ſuam ſeruitutem intendebant habere beneficium eccleſiaſtic. quidam vero quia laudabant ſummopere dominũ ſuum ſperabant propterea certam eccleſiaſtic. dignitatẽ, qui denique pecuniã dederunt pro alijs ſpiritualib. conſequendis, vnde fuit quæſitum, an omnes dicantur ſimoniam committere ſecundũ definitionem. n. ſimoniæ ſupra in prin. huius tit. aſſignatam videbatur dicẽdum non omnes eã cõmittere, imò nec illi qui pecuniã dederunt, arg. c. dilectus, eo. Sol. tamen vt in hac parte ſcr. gimus, quia omnes dabant temporale pro ſpirituali, appellatione. n. cõmodi tẽporalis intelligitur munus a lingua, ab obſequio, & a manu, c. ſunt nonnulli 1. q. 1. hinc ceſſat prima obiectio. tex. autem in d. c. dilectus, intelligitur quoad euitandam vexationẽ, & ideo ſumus in diuerſis. Nota primo quod taciti & expreſſi etiã in delictis eadẽ eſt virtus. Nota ſecundo, quod munus a lingua, ab obſequio, & a manu, eſt æſtimabile. Nota tertio, ſimoniã committi non tantum ab eo, qui dat recipit ſpirituale pro temporali, ſed etiam aliquando ab alijs iſto ignorante.

f A lingua. Munus a lingua eſt fauor. 1. q. 1. c. ſunt nonnulli.

g Ab obſequio. Quod eſt ſeruitus indebite impenſa 1. q. 1. ſunt nonnulli.

h Ab omni munere. Scilicet humano, vt declaratur ſtatim. Nam pro obſequio ſpirituali licet promittitur aliquid ſpirituale, vt videtur tenere Arch. in c. ſunt nonnulli. 1 q. 1. niſi forte eius lectura ſit mendoſa, ſed quidquid dicat Arch & Abb. in c. cum eſſent eod. tenet, quod idem ſit in ſpirituali, quod in temporali.

i Humanum obſequium. Et ſic videtur, quod nõ poſſint licite ſeruire epiſcopo pro conſequẽdo beneficio,

Notarius uel miniſter nil debent recipere pro ordinatione h.d.

Et ſicut ꝑ manus impoſitione nõ dẽt epẽs, ita nec miniſter, nec notarius in ordinatione pro voce, vel calamo pecuniã recipere.[a]

Pecunia appellatione continetur quidquid homines habent in terra, h.d.

Pecuniã[b] vero hoc loco accipiemus quidquid homines habent, hoc enim nomine iõ omnia continentur, quia antiqui quidquid ferme habebant, in pecorib. habebant. contrahitur ergo ſimonia, cum quis ſacra quodammodo[c] in commercium deducit.[d]

Ponit plura capita, ex quibus committitur ſimonia. h.d.

Sed & tũc quoq.[e] ſimonia committi dicitur, cũ quid pro perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, vel ſacerdotib. inſtituẽdis,[f] aut ſepeliendis[g] mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus[h] accipitur.

Reſcia. fac. 1. q. 1. c. ſunt nonnulla, & capi eum eſſen. eo. Arg. contra, 12 q 2. ca. quicunque ſuffragio, & c. charitatem, & de cler. non reſid c. de cætero. Item licite quis ſperate poteſt dignitates, ca. conſuluit. d. 74. & c quid proderit. d. 61. c. cum pridẽ, de pac Sol. ꝙ propter ſeruitiũ principaliter non eſt licitũ nec appetere, nec concedere beneficium, quia quod in ſe debitũ eſt & honeſtũ, nõ dẽt exerceri fauore humanæ gratiæ, ſed recto iudicio in c. nemo, eo & c. j. graue. de præbend. 11. q. 3. §. ſi ergo. Sed ſecũdario bene poteſt ſperari & cõcedi beneficium. Ita not. in d. c. conſuluit. & in ca. quid proderit. d. 61. & per Innoc. in c. venerabilem, de ele. in fin. in verbo fiducia, & de hoc plene in c. ſũt nõ nulli, 1. q. 1. & in c. cum eſſent, eo.

a Recipere. Etiã ſponte oblatum. Concil. Trid. ſeſſ. 21. in 1. c. in decretis reformationum.

b Pecuniam. Fac. 1. q 3. cap. totum unde ſumitur. Item fac. 2 extrauag. in cõibus lib 5. quæ eſt Vrbani Pontificis, incipit: Sanę in vinea poteſt autem pecuniæ verbum ſumi tripliciter largiſſime, ita ut contineat etiam incorporalia, puta, iura, & actiones, & ita ſumitur hic, & in l. pecuniæ, ff. de verb. ſig. Iac. l quiſquis ff. de leg. 3. fac. 1 §. fi. cum l. ſeq ff. de calum. Secundo modo ſumitur large, non tamẽ largiſſimè, ſ pro his tantum rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. l. talis ſcriptura, ff. de l. 1. Tertio modo ſumitur ſtricte, ſcilicet pro pecunia quæ eſt in numerato, vt 12. q. 3 c. 32. & 1. & §. pretium. Inſtitu. de empt. & uendit. & l. C. de præd. decur lib. 10.

c Quodammodo. Hoc verbum proprietatem denotat, quaſi dicat de facto ſacramenta ueniunt in commercium, & permutantur non vere.

d Deducit. Sed nunquid detur licite pecunia ſacerdoti qui non vult aliter baptizare? Reſpond vt not. 1. q. 1. cap. baptizandis. Item nunquid licite detur pecunia pagano, ut ſe baptizet? Reſpond. ut not. 1. q. 2. c quam pio, & de vtraque quæſtione per Abb. in capit. cum in eccleſia. verſ. extra gloſſ. quæro. eod.

e Tunc quoque. Quaſi dicat, non ſolum cum venduntur ſacramenta, uerum etiam in caſibus, in q. bus maior videbatur dubitatio, committitur ſimonia, maior dubitandi ratio eſt in caſibus hic enumeratis, quia longe minus continent ſpiritualitatis quam ſacramenta.

f Inſtituendis. Concor. c. cum eccleſiæ, eo. & 1. q. 3. c. ſi quis obiecerit.

g Sepeliendis. Cad. cum eccleſiæ, & cap. ſuam, ubi de hoc per Doct. eo. § ſi ſup de lep. vbi not.

h Benedictionibus. Sic c. cum eccleſiæ, & c. ſuam, eod pro matrimonio tamen aliqd dare uel recipere ſi eſt peccatũ 1. q. 2. ca. quidquid, & 32. q. 2. c. honorãtur. Sed quæ ratio differentię. Reſp. quia in benedictione gratia confertur, ſecus ĩ matrimonio 27. q. 2. cã. nuptiarum, & 32. q. 2 ca. connubia. Vnde eſt arg. ꝙ non idẽ eſt in acceſſorio, quod in principali. Sed hæc rñſio nõ placet Ioã. And. tam in d. c. cum eccleſiæ, quam in cap. vni. de ſacr. unct. Aſſerit .n. etiã in matrimonio gratiam conferri. Et reſpondet ad cõtraria, ꝙ licet in matrimonio in actu copulæ carnalis non adſit præſentia Spiritus ſancti propter horrorem, & quia homo efficitur totus carneus, poteſt tñ ibi adeſſe gratia: puta, ſi fiat copula gratia reddendi debitum, quia tunc coniunx teneretur 33. q 5. c. 1. & 27. q. 2. c. ſi tu abſtines. Vnde dic ſecundum Abb. in d. c. cum eccleſiæ, ꝙ dos & donatio propter nuptias ideo poſſunt in matrimonio interuenire, quia proprie & vere non dantur pro matrimonio. i. ut cõtrahatur ipſum matrimonium, ſed pro onere matrimonij, ca. per veſtras, de dot. poſt diuor. reſti. An autem aliud poſſit dari ultra dotem gratia contrahendi matrimonij & quãdo uide per Ab. in d. c. cum eccleſiæ, poſt Bar. in locis per eum ibi allegat.

ANTO. TIM Dictum illud gloſſæ hic quod in benedictione gratia confertur, ſecus in matrimonio, ſi ſimpliciter vt videntur ſonare verba intelligantur, proculdubio error eſt: nam oppoſitum verum eſt, cum in matrimonio conferatur gratia, quia ſacramentum eſt, ut per Concilio Trident. ſeſſ. 7 capitu 6. 7. & 8. In benedictione autem, quę non eſt de effectu matrimonij, ſed ſacramentale quoddam, non confertur gratia ex opere operato, quia non eſt ſacramentum verum, ſi intelligamus per matrimonium contractum. id eſt. expreſſione conſenſus, vt contractus eſt, non ut eſt ſacramentum, uel copula, ſine qua etiam conſtat matrimonium. Per benedictionem autem, mutuum conſenſum, & uinculum, ſuper quo fertur potuit dictum hoc ſuſtinere, quod ibi confertur gratia, uerum id certe ualde improprie dictum videtur.

a Pro electione 1.q.6.in princ.vnde ſumitur. facit c.ſane 15.q.1.& c ſunt viri,d.40.

b Probanda.Concor c nobis.eo.vnde ſumitur. & ſic alienum factum alij obeſt. Sic etiam alienum factum impedit vſucapionem bonæ fidei, poſſeſſoris,l.j C. de vſu ca.pro em.licet n. iſte nō peccauerit electiu tñ uitioſi eſt propter eligentes. Idem cū peccant electores in forma licet elect[9] non ſit in culpa, c.Cumana, & ca. eccleſia, de elect. fac.infra eo.[6] qui nimmo, in fi. Sed an quod hic dicitur verum ſit,etiā ſi uni ſoli ex omnib electorib pecunia data uel promiſſa,cæteris ſine labe exiſtētibus? Et non videtur,c. fi.de procu,ubi interuentus excommunicati admiſſi actum nō vitiat. Contrariū uerius d.ca. nobis. quod Abbas reputat ibi mirabile, fac.cap. pe. de ele. de ele.vnde ſumitur. vitiū tñ hoc purgabitur per inter mediam perſonam,capi.ex tranſmiſſa,de fil. preſb. hoc ideo tam varie,quia ex his,quæ in continenti fiūt præſumptio naſcitur,ca. officij,de ele. & ineſſe videntur,quæ fiunt incontinenti l lecta, ff ſi cer.pet. & ex vicinitate conſortiū trahitur de pœna.d.1 cap.ſed & continuo.

Et electione committitur ſimonia.h.d.

Is quoque,qui per electione [a] præmia largitur,quia per electionē peruenitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habebitur,ac ſi pro cōſecratione munera dediſſet.

Simoniace dicitur quis electus, etiam ſi quid ignorante eo datum fuerit, uel promiſſum.h.d.

Nec diſtinguimus ſciente, an ignorante eo qui promiſſionis, vel dationis alicuius interuētu poſtmodum electus fuit, promiſſum quid, vel datum fuerit, quamuis enim electus tempore dationis, vel promiſſionis conſcius non fuerit, non propterea minus electio rei probanda [b] erit.

Epiſcopus nō poteſt diſpenſare cum electo ſimoniace, licet ignoranter, ſed bene ſuper aſſertione beneficij ſimplicis prænia tamen reſignatione.h.d.

Sed videamus,an poſt probatam electionē cum eo ſuper prælatione ad quam quis ſic electus fuerit, poſſit epiſcopus diſpenſare,& conſtitutum eſt non poſſe. [c] Quamuis circa eum, qui per ſimoniacam prauitatem ſimplex beneficium [d] recipit, poſt liberam reſignationem [e] epi diſpenſatio toleretur.

Datum in diſpendium eligendi, uel illo etiam reclamante,nō facit electionem ſimoniacam.h.d.

Plane,ſi cōſtet,eos qui quid dederint,vel promiſerint, quod per fraudē [f] in diſpendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electio

d Simplex beneficium. Imo uidetur, q̄ etiam circa prælaturam 1.q.j. c.præſentium. quod ſatis admittit Hoſtien.ſi id ſuadeat euidens eccleſiæ vtilitas, & illū ſequūtur Doc. communiter, ut per Abb.in ca.pen de elec. alij aliter,& variæ,ut in d. ca. pen.& in c. ſimoniace.eo. ubi late & per Abba.

e Liberā reſignationē. Tria ergo ſecundū Beat.concurrere debēt ad hoc.ut epiſcopus poſſit diſpēſare. Primū, quod ſimonia ſit commiſſa ignorante,nec ratiō hñt eo, cū quo diſpenſatur,quod beneficiū ſit ſimplex,& quod procedat libera reſignatio,de quo latius in c.pe.de ele. in c. de ſimoniace.eo. Vnum, tamen nota, quod non eſt idem in monachatu. quod in aſſecutione beneficij. nec.n. vitiatob ſimoniā,c. veniēs.ubi Ab.eo.

Sed uideamus. CASVS Quidam clericus Iun[9] nominatus, cōmiſit ſimoniam in permutatione ſui beneficij, quia de re penitēt a ductus per ij. diſpenſatio nem ab epiſcopo, putabat autē epiſcopum ſimpliciter habere diſpenſandi facultatem quia cū et ſit ſimpliciter den ādata iura bene horū ſuæ diœceſis c r. 3 q.1 conſequenter vī etiā ſibi conceſſa ptās diſpēſandi,& remouēdi impedimēta cuis,arg. c. t. a. ſlato. de cōſti.cæterū cum ſimonia dicitur prohibita de iure diuino,ut hī in acti. a; oſt eps dubitauit de hoc & queſiuit quid iuris: Sol n ſi c hēmus, quia grauiora ſunt ſuperior.b. reſeruata.c.4.de off l.& ſic uī ēt ſubiectionē ceſſare cū nil a eur intelligi debeat iuxta de.laſatio. alionum can. No quod ſicut gradus ſimoniæ ſunt plures & diuerſi ita quoq ptās epi aliqñ eſt reſtricta.& aliqñ conſeruata No.ſecundo arg.quod maior, & minor ſuperiorum ptās cognoſcitur & ex grauitate negociorum, ſi ſuperiores adinuicē ſint ſubordinati

e Nō poſſe. Illa.ſ.vice. & in illa uacatione.c.pen

Planè.CASVS.quidam cupiēs impedire promotionē cuiuſdā Perutini ad canonicatum, dolo, & fraude promiſit certū numes obſequij noīe iſtius promouēdi,vnde dubitatū fuit,an promotio iſta eſſet perficiē.a,& exequenda,cum n ſimoniā uideretur ſapere.§ nec diſtinguimus ſup. eo. ppea ñ. debatur ulterius non eſſe procedendu. Cæterum Sol.eſt tenēda prout hic legimus, quia dolo alterius nemo dē: grauar. c.non debet,de reg iu.in 6. Non obſt.obiectio, cum locum habeat ubi ceſſat fraus,& prin.nō ſit in culpa. No.doloſā ſimoniā, eſſe a iure dānatā, alioquin multa actus reputarētur ſimoniaci,licet non eſſent No.ſecundo,caſum in quo verificatur d.c non debet,de reg.iur.in 6.

f Per fraudem. Not.caſum, in quo electio facta

per

per ſimoniam non vitiatur. Sed qualiter apparebit de fraude? Dic per coniecturas fraus. n & dolus per coniecturas probatur, ca 2. de renunciat. in 6 l. dolum, C. de dolo, vt puta ſi illi, qui ſe opponebãt electioni dederunt pecuniam, vt eligerentur.

viam inquiſitionis, aliquando vero per viã accuſationis, fuit propterea dubitatũ, an pœna debeat imponi ſecundum qualitatem caſus ad not per ca. ſuper his, de accuſa Dicebatur accuſatum eſſe ſem per deponendum, ſi per accuſationem procederetur, ſi uero per inquiſitionem, eſſet extraordinarie procedendum, per ca. qualiter. el ſecondo, eo. Sol. tamen prout in hac parte legimus quia ſi ſecus eſſet, pœna non imponeretur ſecundum qualitatem delicti, quod eſſet contra iuris diſpoſitionem, argu ca ſi. ut, de homic. cum ſimi Nõ obſtant obiecta, quia licet accuſatio, & inquiſitio ad diuerſa ſint ordinatæ, tamẽ qualitas delicti aliquã do aliter ſuadebat eſſe faciẽdum, iuxta cap. inquiſitionis, §. 1. in fine, eo. Nota primo, argu. ſimoniæ, quodlib. delictum dicitur, habere latitudinẽ & ideo pœna ſecundum qualitatem gradus imponi debet. Nota ſecundo argum. ad oſtendendum inquiſitionem eſſe iudicium extraordinarium, cum regulariter pęna per eam imponenda debeat eſſe mitior facit, d. c. qualiter, el ſecondo, vbi doctor.

ipſo non modo ignorante: ſed etiam reclamante, nec aliquando ratum [a] habente, ſecuta electio minime reprobanda erit; alioquin contingeret, quod factum inſidias inimico parantis [b] innocenti damnoſum [c] exiſteret, & vir malus de fraude ſua commodum reportaret. [d]

Simoniace ordinans cum ſuo ordinato, & clerico mediatore eſt deponendus, laicus mediator excommunicatur, h. d.

Ac veluti varijs modis [e] ſimoniaca labes committitur, ſic etiam varijs pœnis [f] ſimoniacos percelli admonendi ſumus. Nam ſi quis vt ordinetur pecunia Epiſcopo ſancti ſpiritus gratiã vendere tentauerit; amiſſionis proprij gradus periculo ſubiacebit, & qui ordinatus eſt à dignitate, [g] quam pecunijs acquiſiuit, erit prorſus alienus. [h] Si quis vero, tã turpibus, & nefandis datis, vel acceptis mediator [i] exiſtiterit, ſi quidem clericus erit, à proprio gradu deijciẽdus, ſi vero laicus, anathematizãdus erit.

Ordinatus à ſimoniaco non ſimoniace, & ſimoniace non ſimoniacus ordinem conferens, non ſunt deponendi.

Hæc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excuſat violentia [k]; ſed ſimoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores exiſtunt. Cæterum, ſi quis à ſimoniaco quidam, non tamen ſimoniace ordinem ſuſceperit, aut ſimoniace non ſimoniacus ordinem contulerit, miſericorditer in eccleſia ſuſtinẽdi [l]

a Ratum habẽte. Arg. q̃ de iure canonico poſsũ hẽ ratum geſtum nõ meo nomine, q̃ tamen non eſt verũ, ſi intelligas de ratihabitione, quæ trahatur retro c. ratum, de reg. iur. in 6. de quo dic vt no. in c. cũ quis de ſent. excom. in 6. iſte igitur propriè non committit ſimoniam. Aliud eſt .n. vendere, aliud vendenti conſentire, l. aliud, ff. de reg. iur. Ne. habet locum ratihabitio ex quo pecuniæ datio non fuit facta nomine ſuo, immo luitur tamen peccato quod meret puniri, vt hic, approbando factum damnabile, vt per Abb. in ca. ſicut de ſent. excom.

b Parantis. Sic. l. 2. §. fi. ff. ſi quis caut.

c Damnoſum Q. d. eſſet iniquũ cum peccata tenere debeant ſuos auctores ſancimus, C. de pœ c. quęſitum de his quę ſi à maiori pat. nec. n. debet alius alterius odio pręgrauari. l. ſi quis in ſuo, C. de inoff. teſt.

d Reportaret. Q. d. eſſe non debet, c. ſignificante, qui matri. accuſa. poſ. ſuper, & c. ſedes Apoſtolica, de reſcrip. l. fundo, ff. de rei vend. c. nobis, & c. ſicut eod.

e Varijs modis. De quibus in ſuperioribus paragraphis.

f Varijs pęnis. Vt per Hoſtien. in ſum. §. qua pęna, & per Abb. in c. inquiſitionis, de accuſatio. verſic. ſed contra hoc dictum facit, & per eum aliquid in c. de ſimoniace, & in c. accuſatum, & in c. inſinuatum, eod.

g A dignitate. Id eſt, prælatura.

h Alienus. ca ſi quis Epiſcopus, & c. ſi quis à ſimoniacis, & c. de cætero, 1. q. 1.

i Mediator, 1. q. 1. c. ſi quis epiſcopus, ca. non ſatis, vbi Abb. eo & c. per inquiſitionem, de elect. & in c. 2 de conf. eſſ.

K Violentia. Sic. cã. ſtatuimus, primo, 1. q. 1. & fac. c. ſtatuimus, & c. ſi quid, 1. q. 1.

l Suſtinendi erunt. Ex diſpenſatione, cap. ſtatui-

Ioã. Bapt. Ac veluti. CASVS. Licet hæc pars plures habeat particul quoniam tamen in communi poteſt caſus in ea adnota, propterea ſciendum eſt, quod diuerſi diuerſimode ſimoniam commiſerunt, quidam enim obtulerunt Epiſcopo pecuniam pro conſequenda ſpiritus ſancti gratia, quidam vero, ad idem fuerunt mediatores, alij autem permittunt ordinari à ſimoniaco licet non ſimoniace, quidam rurſus pecuniam dederunt ad beneficium tantum eccleſiaſt. conſequendum uel pro ſe, aut proprijs filijs. Hæc autem omnia cum ad eccleſiæ notitiam deducantur, aliquando per

erunt, hos enim [a] facit ſimoniacos, non reatus criminis, ſed ordinario, vel ſuſceptio ſimoniaci.

Beneficium conſecutus ſimoniace, per accuſationem conuictus, priuatur beneficio, & deponitur: per inquiſitionem vero priuatur quidem beneficio, ſed poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine permittitur miniſtrare. h.d.

Quod ſi non ordinem quis, ſed beneficium eccleſiaſticum data pecunia conſecutus fuerit, multum intereſt per accuſationem, an per inquiſitionem quis conuictus fuerit. Primo enim caſu non ſolum eccleſia priuandus, verum etiam honore ſacerdoti presbyter ſpoliandus [b] erit. Poſteriore vero poſtquam ab eccleſia, quã ſibi per pecuniam comparauerat, amotus fuerit, & iniunctam pœnitentiam egerit, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare permittendus [c] erit.

Cum paruulis, qui cupiditate parentum eccleſias ſunt conſecuti, poſt liberam reſignationem poteſt diſpenſari. h.d.

Quinimo [d] qui paruuli parentum cupiditate eccleſias per pecuniam ſint conſecuti, ob paternum factum non modo à ſacris ordinibus non ſunt remouendi, verum etiam poſtquam eas omnino [e] dimiſerint, ſi canonicè in eiſdem viuere voluerint, pro magna miſericordia ſuſtineri poterũt.

Idem iuris eſt de acceſſorio, quod de principali. h.d.

Nec obijciat quis, non conſecrationem emiſſe ſe, ſed quæ ex conſecratione [g] proueniant. Nam ſicut anima ſine corpore corporaliter [h] viuere non poteſt, ſic corporalis eccleſia, [i] vel dignitas, [k] & ordo [l] eccleſiaſticus ſine rebus corporalibus parum proficiet. Quiſquis igitur eorum alterum haberi non contingit, neutrum [m] inuenditum reliquiſſe intelligitur.

Quilibet admittitur ad accuſandum ſimoniacum. Et ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat. h.d.

Huius aũt criminis tanta eſt labes, vel etiã

mus, 21. quæſtio. prima. An autem Epiſcopus poſſit diſpenſare, & quãdo, vide nota. in cap. penult. de electio. in capit. poſt translationem, de renunciat. latiſſimè per Abba. in cap de ſimoniacè eod.

a Hoc enim. Sic in cap. ſtatuimus, qu. 1. & tales non malè agũt, ſed patiuntur.

b Spoliandus erit. 1. quæſtione prima, capit. presbyter. ubi not.

c Permittendus erit, Cap qualiter 2. de accuſat. die tamen de hoc, vt habetur latius in cap. dilectus 2. eodem.

d Quinimmo. 1. quæſt. 5. c quicunque.

e Omnino. Ideſt liberè Sed quid ſi filij nolunt parentibus credere? quidam dicũt, quod ſi non habent ex hoc læſam conſcientiam, ſunt omnino ſecuri, argum. l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. alioquin ſi faciũt contra conſcientiam, ædificãt ad gehennam, capit. final. de præſcrip. Sed tu dic, quod in hoc acquieſcere debent teſtimonio parẽtum, de quibus veriſimile eſt, quod nõ dicerent falſum, c. afferte, & capit. litteras, de præſũptio. & ita ſentiar Archidiac. 1. quæſt 5. quicunque.

f Suſtineri. Quia hi non peccauerunt, ſed parẽtes, vnde filius non debet portare iniquitatem patris.

g Quæ ex conſecratione. Puta iura ſpiritualia, cuĩ cohęrẽt offi. ia eccleſiaſtica, vel ius pcipiendi res offi cijs adhærentib. vel res ipſas, ue ut latius not. in c. ſi qs obiecerit. 1. q 4. vnde ſumit.

h Corporaliter. ſ. exercendo ſenſus corporeos, alias animat etiam ſine corpore.

i Corporalis eccleſia. i. eccleſiaſticorum, corpus. i. collegiũ ſignificat. l. 1. ff quod vniuſquevniuerſitatis nomin. & in l. 1. C. de Aleptim. l. 11. & l. 1. C. de priuileg. turp. vrbis Romæ lib. 1. vel dic corporalis eccleſia, i. materialis, & eſt hoc contra opin. illorum, qui aſſerunt eccleſiam carere debere ſtatu, ac bonis tẽporalib.

K Vel dignitas, vt Epiſcopatus, archidiaconatus.

l Et ordo. Vnde nemo ordinari debet ſine certo titulo. § 1. cum ibi nota ſupra de præbend.

m Neutrum. Argument. quod in conexis, id quod iuris ſtatuitur in vno, ſtatuitur in alio, facit capitu. quo iuris diſtinc. 8 & 3. quæſtione 6 capit hę. qui pe, & 16. quæſtio. 2. c. 1 & ff de iure iur. l. eum qui, §. ſi libertus.

Huius autem. CASVS. Cum quilibet de populo in diœceſi Alexandrina veniret ad accuſandum de ſimonia quoſdam clericos, fuit quæſitum, an eſſet ita an- Ioã. bapt.

ſerui [a] aduerſus dominos,& quilibet crimi noſi admittantur ad accuſationē.Itē omnis peccator [b] miſſam celebrare poteſt,pręter-quam ſimoniacus, quem adeo quilibet, vt ab ordine male accepto remoueatur,accu-ſare poteſt,vt nec meretrix [c] excludatur.

Oblatum ſponte vel datum non inducit ſimo-niam.h.d.

Sciendum tamen eſt,non datione quali-bet,aut receptione ſimoniam contrahi: nā ſi quid ſponte,pure,ſine [d] pacto,& conuē-tione,& taxatione, [e] qualibet fuerit gratis oblatū,id ſine ſcrupulo [f] ſimoniacæ praui-tatis recipi poterit.

Datum gratia redimendæ moleſtiæ non indu-cit ſimoniam.h.d.

Idē obtinet ex contrario,ſi quid nō ſpon te quis dederit, ſed vt indebite illatam mo

indifferenter admittēdus, ſiquidem ſicut delictū ſolum eccleſiam videtur offendere,ita quoque ſo-lus prælatus per inquiſitionem ad ipſam punieni admittendus,accedit etiam quod criminoſus ex-cludit a teſtimonio,c.teſtimoniū.de teſti.ita quo-que ab accuſatio-ne debebat repel-li. Solū. tn̄ vt hic habetur, q̄a ob e-normitatē delicti a cōi iuris regula erat recedendū,& cum iuris rigore procedendū. Non obſtāt obiecta,q̄a ſecunda obiectio ſoluitur per rōnē decidendi aſſigna tā. Ad primū autē dico,ꝙ appellatio ne eccleſiæ oēs fi-deles intelligūtur aliqn̄,& ideo non eſt inconueniēs vt accuſatio admit-tatur modo prędi dicto no 1.arg ꝙ ob aliquā ſpiritua lē rōnem aliquan do a cōibus iuris regulis eſt recedē-dum Not.2. quod perſona alias de iure inhabilis ad aliquem actū ob qualitatem caſus & rationem ſpecialem ſæpe efficitur habilis & legitima.

a Serui. Qui regulariter non ſtant in iudicio.l.vix certis.ff de iud fac.c.pen.3 q.4.& c.tanta,eo.vnde ſumitur.

b Omnis peccator. Non præciſus ſcilicet ab eccle ſia per ſententiam canonis,vel iudicis,toleratus & pœnitens, & ſic ceſſat obiectio de excommunica tis,& ſuſpenſis vt ſunt notorij fornicarij, diſt.32. c.nullus. Vel poteſt hoc referri ad facilitatem di-ſpenſandi quaſi facilius diſpēſetur cum omnibus alijs criminoſis pręter homicidium,quam cum ſi-moniaco. Vel ſic dato,quod omnis peccator poſſit celebrare,ſimoniacus tamen non poteſt conſidera to initio, quia ſimoniacus in ipſo ſui initio com-miſſionis ſuſpenſus eſt,vt.1.q.1.ca.reperiuntur,& in inter ortus occidit & in ipſa ſui radice eſt vi-tiatus,vt 1.q.c.quibuſdam. vel dic vt latius not.& traditur in c. tanta eo.

c Meretrix. Quæ alias non eſt admittenda ad ac-cuſationem ob eius vtilitatem l. quæ adulterium. C.de adulter. & ea.l 3.§.lege Iulia ff de teſtib. Et ex hac littera, & tanta eod. vnde ſumitur, colli-ge ſecundum Abb. quod ſub diſpoſitione gene-rali, qua criminoſi admittuntur ad exercitium alicuius actus, non comprehenditur meretrix, niſi de eod.caueatur ſpecialiter, facit,l.quoniam Alexandrum, & leg.qui adulter, C.de adulte. Sed an admitti poſſit meretrix ad teſtificandum in crimine ſimoniæ? Et non videtur: nulla enim iura ſpecialiter dicunt meretrices admittendas, ſed tantum criminoſos, & licet admittantur ad accuſandum, non tamen ſequitur ergo etiam ad teſtificandum, quia maior idoneitas re-quiritur ad teſtificandum, ob maius periculum:

c.licet Hely.in fin.eod. Sed contra videtur not.in dicto c.tanta, & videtur hoc teneri communiter, vt per Ale.in conſi.12.primo volum.

Sciēdum eſt. CASVS. in hac parte ita debet ad notari. Quidam ob beneficiū acceptū ſponte mu-nus quoddam dederunt prælato, quidā vero dederunt ei aliqd vt eos li-beraret a mole-ſtia: e contrario au-tē quidam prælati locabāt vices ſuas ſub certa merce-de,quidā vero alij exigebant certam pecuniā pro licen tia docendi, vnde fuit quęſitu an hu iuſmodi actus ſā-perent ſimoniam primus.n & ſecū-dus definitione ſi moniæ cognoſci-tur, ſiquidē illud munus ob rē ſpiri tualem vī datū ter tius, vel quartus excuſabatur a tali delicto ob conſue tudinem,qua Do-ctoribus,& ſuperiorib.ſoluitur aliquid pro docto ratu conſequendo, cæterum Sol prout hic habe-tur,quia in primo & ſecundo caſu intentio dantis non eſt deprauata & ideo ceſſat quoque obiectio, in tertio vero, & quarto ver. & proprie verificatur definitio ſimoniæ; nec obſtat præd. conſuetudo, quia illud quod datur pro doctoratu, datur pro-pter labores, & non intuitu talis dignitatis prin-cipaliter: Not.primo quod actus dicitus ſimonia-cus vere & proprie a fine & intentione dantis vel recipientis,quæ aliquando a iure damnatur,& ali quando conceditur. Not ſecundo iuriſd.& pote-ſtatem docendi aliquando æquiparari.& ideo cō-tinentur ſub ead.iuris deciſione.

d Pure ſine pacto.1.q.1.c placuit.3.ca.dilectus,in fi.1.& ca.tua.2.eo. & de hoc facit nouiſſime ſalu-brem prouiſionem Conc.Trid.

e Taxatione. Hoc ideo,quia taxatio eſt quædam venditio l.plerumque.§ ſin autem.ff.de iur.dot.& videtur quaſi quædam pactio.

f Sine ſcrupulo. Fac. hoc ſecundum Abb.in cap. tua. eod.pro Cardinalibus & alijs prælatis, qui-bus aliqua munuſcula ſiue encenia conferunt ro-gātes pro aliquo beneficio conſequendo. Si enim non ducuntur principali intētione vt ſpiritualia adipiſcantur, quamquam ſecundario habeant ta-lem ſpem, extra omnem noxam iudicantur, nam vix iſta fieri poſſunt ſine ſpec. ſecundaria, ſecun-dum Innocent Hoſtien & Abb.in dicto cap.tua. fac,quod legitur, & not in cap. quid proderit, di-ſtinct.61 & 1.quæſtio.1.capitu. ſunt nonnulli, & in capitul.tuam. de ætat. & qualitat. vide tamen quid in hac materia nouiſſime ſtatuerit Conc.Tri dent. ſeſſ. 21. decreto primo in decretis reformat. & ſeſſ.24. decreto primo,in decretis pariter refor-mationum.

teſtationem ſuper quæſito [a] iure redimat, dare coactus fuerit [b].

Puniūtur prælati committentes vices ſuas ſub annuo cenſu.h.d.

Demum ſciendum eſt, tam Pateranenſi, [c] quam Turonenſi [d] concilio ſtatuente canonicæ diſtrictioni [e] prælatos eos ſubiacere, qui vices [f] ſuas, vel eccleſias ſub annuo [g] cēſu concedunt, quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur. [h]

Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia.h.d.

Pro docendi quoque licentia concedenda nullus cuiuſcunque conſuetudinis obtentu [i] aliquid exigere [k] debet. Et qui ſecus fecerit, ab eccleſiaſtico beneficio fiet alienus: dignū enim videtur, vt in eccleſia fructus ſui laboris [l] non habeat, qui cupiditate animi dum vendit docendi licentiam eccleſiaſticum profectum nititur impedire.

DE HAERETICIS, [m] *SCISMAticis, & apoſtatis.*

TIT. IV.

Qui ſint hæretici, & qui ſchiſmatici, & quomodo differant.h.d.

HAEretici ſunt, qui vanæ gloriæ prin-

a Quæſito iure. Ca.dilectus.& c.Matthæus, eo.& vbique not. conſequitur enim magnum commodum tranſigens.c.1.vbi Abb de tranſact.
b Coactus fuerit. Sed quæritur, an licite detur pecunia ſacerdoti, qui non vult aliter baptizare, niſi accepta pecunia, & ſic etiā in alijs ſacramētis. Reſp. vt per Ab,& alios, in c cum in eccleſia,& in c non ſatis,eo.
c Lateranenſi. Vt in c 1. ne præl. vi. ſuas,& ca.
d Turonen. Cap. 2.ne præl.vi.ſuas. & c.
e Diſtrictioni. Et alijs etiam pœnis vt legitur, & not. in ca.1 ne præl.vi. ſuas & c
f Vices ſuas. Id eſt, iuriſdictionē ſuam, cum.n.epālis iuriſdictio ſit quid ſpirituale, c. decernimus,de iu. non mirum, ſi per hoc committitur ſimonia Sed nunquid idē ſit ſi vendatur temporalis iuriſdictio? Gl.in c.2.ne prel.vi ſuas videtur inclinare in partem affirmatiuā magis tamen communiter contra, nam licet grauiter peccet accipiens pro iuriſdictione temporali pecuniam ne, ſcilicet ſubditi plus æquo grauentur, §. illud autem. de mand. princ. non tamē eſt ſimonia fac.not in cap ne mo.de ſim.& quod not.2.queſt.3.in ſum. Si tamē temporalis iuriſdictio haberet dependentiam ab officio eccleſiaſtico, propter huiuſmodi connexitatem committeretur ſimonia. Ab.in c.2.ne prel.vi. ſuas,& in c conſulere.eu.
g Sub annuo cenſu. Bene poteſt eccleſia a principio conſtitui cenſualis, c.ſcientes. & c prohibemus de cenſib Sed an obuentiones iuriſdictionis tanquam fructus poſſint vendi,& poſſe tenet gl.in c 2.ne præl.vi ſuas, quod intellige ita demū eſſe verū, ſi non vendant ſimul illi, qui exercet iuriſdictionem nam ſi fieret exercēti venditio ob connexitatem videretur vendita ipſa iuriſd.ō 1 q.3.ca ſi quis obiecerit.vt per Hoſt & Abb in d.c.1.
h Non habetur. Sacerdos ergo in regimine eccleſiæ debet habere conſiderationem ad premium æternæ retributionis, non alicuius tēporalitatis quod non ſit plerunque.
i Obtentu. Quia talis ſimilitudo ſimoniā quandam videtur inducere,& hac ratione.§. iſte ponitur ſub titu.de ſimo.licet ſtricte & vere non ſit ſimonia, vt per Ab. in ca.1.de magiſt.
k Exigere. Et ſi exigat, debet reſtituere.
l Sui laboris. Nota beneficiū appellari laboris fructum, fac.c.cum ſecundum,de præb. & concor. ca.1.de magiſt.

DE HAERETIcis, ſchiſmaticis & apoſtatis.

Cōtinuatur ti. iſte per gloſſ rub. vel dicas ſecūdo, poſtquā vidimus de delicto, quod mutat naturam Dei: ſequitur videre de alio, quod ipſum negat, & tollit & idō proponitur iſte ti. qui diuiditur in 2.part.prin.in prima tractatur de hæreticis, & ſchiſmaticis ſimul, in ſecūda vero de apoſta. ſecunda ibi, apoſtatat. Prima pars adhuc diuiditur in 6.part in 1. adnot. qui ſint hęretici, & ſchiſmatici, in ſecunda qua pęna puniantur, in tertia, quid iuris ſi ad eccleſiā reuertantur, in quarta, qui ſint relapſi in quinta, quid iuris de ſuſpectis, in ſexta, colligitur quędā regula vniuerſalis, ſecunda ibi vtrumq; vero, tertia ibi, ſed videamus, quarta ibi, relapſi autem, quinta ibi, qui vero: ſexta ibi. plura quoque. Ioā.Bapt.

m De hęreticis, & ca. Poſt habitum tractatum de vno crimine, quod principaliter continet Dei læſionem.vt §.ſimili,ſupra de duplici purgatione ſequitur de alijs videre, vnde ponitur hęc rubr.

HAeretici ſunt. CASVS non figuratur Nota tamen, quod iſtę definitiones videntur demonſtrare hęreſim principaliter conſiſtere in intellectu. ſchiſma vero in voluntate, quid autē ſit dicendum, nō eſt pręſentis tractatus. ſatis enim eſt modo illud ſcire, quod in tantū ſunt delicta, in quantum ſunt voluntaria, ca.cum voluntate.de ſenten. excommu. Ioā. Bap.

Prin-

ciparuſque [a] ſui cauſa falſas opiniones gignunt [b] vel ſequuntur, [c] Schiſmatici [d] sũt, qui ſe ab vnitate eccleſiæ per inobedientiam ſeparant. Licet autem inter hos à principio quædam videatur eſſe diuerſitas, [e] nullum tamen eſt ſchiſma, quod ſibi aliquam tandem hæreſim non confingat, [f] vt ab eccleſia rectè receſſiſſe videatur.

Schiſmatici excommunicatione, depoſitione, bonorum confiſcatione, & à ſe geſtorum annullatione puniuntur. h. d.

Vtrumque vero crimen attrociſſimis pœnis eccleſiaſtica diſciplina proſequitur, nã ſchiſmaticos excommunicationis ſententia [g] canones inſectantur, & ſi nec ſic reſipuerint ab omni miniſterio eccleſiaſtico

a Principatuſque ſui. Vel alterius temporalis commoditatis, vt in c. hæreticus, 24. q. 3. vnde ſumitur. Et dicitur hæreſis a verbo Græco, ærumæ quod electionem deſignat, ſ. quod vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem, cap. hæreſis, 24. qu. 3. licet Archi dicat hæreſim ibi dici ab errando, & in c. ſequ. dicat dici à verbo hereiſcor, quod eſt diuido, quæ deriuationes, licet quadrare uideantur quoad rem ipſam, & naturã rei quo tamen ad vocem non probantur à Grãmaticis & humanioribus.

b Gignunt. Hi ſunt hæreſiarchæ, vt Lutherus, & Zuinglius.

c Sequuntur, vt Lutherani, & Zuingliani.

e Vſura eſt. Hæc difinitio ſiue deſcriptio ſumitur virtualiter ex c. vſura, & ex ca plerique 14. q. 3. vno tantum addito verbũ, ſcilicet mutuatam, quod conueniẽter fuit additum vt dicetur ſuper illo verbo. Sed hæc difinitio ſiue deſcriptio ſecundũ Abb. nõ eſt perfecta, quia poſſet aliquid accedere ſorte gratis, & tunc nõ eſſe vſura, arg. 1. q. 2. & c. ſicut, & ca. dilectus, & ca. etſi qq. de ſim. Vnde ipſe aliter definit, i. vſura eſt lucrum mutui ex pacto debitum, vel exactum. Sed hæc quoq; eſt defectiua: quia vſura committitur etiam ſi abſit pactum, dummodo adſit intẽtio, c. cõſuluit, eo. Vnde Hoſt. in ſum. eo. §. quid ſit, ponit aliã, quæ licet oppoſitionibus non videatur relinquere locum, longior tñ eſt, quam §. Callimachus, quod eſt contra naturam definitionis, quæ nihil aliud eſt, quã rei breuis explicatio, vt ait Craſſus apud Tulliũ de oratore. Ideo dic, q̃d ſatis defendi põt illa, quæ hic ponitur. Nec ob. quod opponitur de traditione facta gratis, quia verbum percipitur, in ea poſitu, poteſt tollere contrarium, nã percipere hoc loco denotat quãdam receptionem non ſimplicẽ, ſed fructuum vel earum rerũ, quæ ſunt loco fructuum, vnde dicimus fruct⁹ percipit. nõ ita donum percipit. Idẽ etit in verbo. accedit, quo vtuntur, d. c. plerique, & d. c. vſura, quia non benedicitur donũ ſorti accedere, q̃d vtiq; ſtat p ſe, ſed accedere eſt alteri principali rei adhærere, vt eſt vſura ſorti, vel dic percipitur, ſcilicet ex pacto, vt no in d. c. vſura.

f Quidquid. Siue ſit pecunia, ſiue electuariũ, ſiue capella, ſiue quodcunque nomen imponas. c. plerique, & c. vſura. 14 q 3. etiã ſi detur factũ inæſtimabile, vt ſi doctor mutuet ſcholari, vt ſecum intret, aliter non mutuaturus, vt per Ab. in rub. eo.

g Mutuatam. Hoc ideo, quia vſura non committitur, niſi in rebus, in quibus conſiſtit mutuũ, ſ. quæ conſtant pondere, numero, vel menſura, rõ diffuſe ponitur per Ab. in rub eo. poſt Hoſt. in ſumm. §. 1. Immo nec in his committitur, niſi actualiter ſit datum ad mutuũ, ꝙ deſignat hoc verbum mutuatam, licet res ſit apta mutuari. Vnde infert Ab. in d. rub. ꝙ ſi ego commodarem tibi pecuniã non vt expendas, ſed vt ad pompam retineas in bãco, poſſum licite aliquod lucrũ capere, quia tunc non eſt celebratus contractus mutui.

h Percipitur. Quaſi debitum, & quaſi fructus.

i Ab vſu. Alij alias ponunt etymologias, vt per Ab. in rub & per Arch. poſt alios, in ca. vſura. 14 q. 3. quæ non reciperentur ab humanioribus.

K Vnde, &c Quia in caſu ſequenti aliquid accipitur vltra ſortem & fac. c. 3. & c 2.

l Poſſeſſionem. Idem dicendum de domibus & alijs rebus debet enim ſoluta penſione extenuare ſortem. Abb. in c. 1. eo.

m Expenſis. Quia quod ſupereſt, eſt fructus, l fructus. ff. ſol. ma. & 12 q. 2. c. vobis, & l. 1. C. de fru. & lit. expen. & pig. p fructus perceptos liberatur ipſo iure l. 1 & 2. C. de diſtr. pig c. 1. & 2. & c. conqueſtus. eod. Cuiuſmodi autem debeant eſſe tales expen-

dē debitori reſtituere recuſet, & perceptos [a] fructus in ſortem computare, procul dubio vſurarum committitur crimen.

Pœna vſurariorum ſunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum, & officiorum, & eccleſiaſticæ ſepulturæ omiſſio. h.d.

Multiplicibus aūt pænis ſacri canones vſurarios [b] inſequūtur, nam præter iniuſtā infamiam, nec ad Eccleſiam, nec ad communionem admittuntur altaris, [c] nec quiſquam de manu eorū oblationes [d] accipiet. Et ſi clerici fuerint, tam officij, quam beneficij eccleſiaſtici periculum patientur. [e]

Vſurariis non debent domus locari. h.d.

Nullus [f] quoque ſub pœnis in Gregoriana conſtitutione [g] comprehenſis, manifeſtis vſurariis, aut locabit [h] domus, aut conductas habere permittet. Sed & ſi in hoc ſcelere deceſſerint, eccleſiaſtica carebunt ſepultura. [i]

Licet quis de vſuris ſatisfieri mandet per hæredem non tamen eſt tradendus eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec fuerit ſatisfactum, & contra faciens incurrit pœnas eorundem. h.d.

Et id adeo obtinet, vt etiam ſi morituri in vltima voluntate de vſuris ſatisfieri, [k] expreſſa quantitate, vel indiſtinctè [l] mandauerint, [m] donec ſecundum Gregorianæ

expenſæ, & quo medio poſſint repeti, nota in dicto cap.

a Perceptos. Quid de percipiendo? Reſpon. vt n ō per Abb in c. 2. eod. vbi etiam alij.

Multiplicibus autem. CASVS, Quidam Epiſcopi habentes diuerſos vſurarios ī ſua diœceſi, criminaliter aduerſus eōs procedebant, & cū deberēt poſtea eos punire, volebant imponere pœnam, quæ imponit̄ ob furtū manifeſtū, & non manifeſtū § fi. Inſti. de obligat. quæ ex delict. §. in d plum, §. quadrupl. Inſtitu. de; act. quia uſura eſt ſpecies furti, vt docet gloſ. rubric. huius tituli fuit quæſitum quid iuris. Solut. vt in hac parte habetur quia cū vſura præſertim rōne qua frequentius committitur, ſit delictum admodum graue, debet quoque grauiori pœna puniri. Non obſtat obiectio, quia licet vſura aliquo reſpectu ſit furtū, eſt tamen ſpeciale crimen, & maximè graue. Nota 1. pœnas eſſe multiplicādas ob grauitatem delicti. Not 2. quod pœna debet augeri ob perſeuerantiam in delicto. Not 3 quod regulariter pœna non imponitur niſi ob delicta manifeſta.

Ioā. Bap.

b Vſurarios. Scilicet manifeſtos, ca. quia in omnibus, eo.

c Altaris. Ideſt, ad ſuſcipiendum ſacramentum Euchariſtiæ, ſecundum Innoc. Sed vterque Abb. tam in cap. quia in omnibus, quam in cap. cum tu, eod. exponit, vt hic vſurarius non admittatur ad eccleſiam quando celebrantur diuina, & forte ſecundum Abb. Iuniorem iſta expoſitio eſt melior vt vſurarius rubore ſuffuſius facilius reſipiſcat, ſicut dicimus, & de excommunica. capit. pia. de excom. in 6.

d Oblationes. Cap. quia in oībus. eo. Sed nūquid ſaltē eleemoſynā recipere quis poſſit ab vſurario? Rn̄. ſic ſecūdū Io. An. in c. cum voluntate, de ſen. ex cō. ſequitur Abb in d. ca. quia in omnibus ſic. c. ex tran. miſſa, de deci & 13. q. 5. in ſumm. Ratio differentiæ eſt, quia oblatio fit in publico, eleemoſyna de ſui natura fit in occulto licet, & in publico fieri poſſit. Sed an idem ſit in alijs peccatoribus manifeſtis? Reſp. non niſi in caſib. expreſſis ad hoc vt tex. cum ibi no in c. oblationes, d. 90. Hugo contra primum æquius, ſecundum Ab. arg. c. multi. 2. q. 1.

e Patientur. Cap. 1. eod.

f Nullus. Siue particularis perſona cuiuſcunque ſtatus vel cōditionis, ſiue collegiū, vel vniuerſitas, c. 1. eo in 6.

g Conſtitutione. Cap. 1. eo. in 6.

h Locabit. Quid ſi ignorabat locator vſurarum eſſe conductorem, vel nō locauit ad exercendum fœnus. Dic, ꝙ probabilis ignorantia illum excuſat, l. ſi quis ignorans ff. loc. & c ſi vero, de ſen. exc. & c inaudientia, in dubio tamen præſumuntur ad hoc conducere, ſi conſueuerunt vſuras exercere, l. ſi rei, ff. de accu. & ca ſemel, de re iudi. in 6.

i Sepultura. Cap. quanq̄, eo. in 6 c. quia in oībus eo. in antiqu nec proderit defuncto, ꝙ hæres eius velit ſatisfacere, nam oportet, qd̄ ipſemet reſtituat, vel de reſtituendo caueat, ita, ꝙ appareat illum nō diſceſſiſſe in illo peccato, de quo not. in c. fi. eo. in 6. & in clem. eos, de ſepul. & aliquid per Abb. in c. quia in omnibus, eo.

K Satisfieri. Debet aūt ſatis fieri ei, à quo pecunia fuit extorta, vel eius hæredib. illis nō extantibus, vel nō petētibus, vel nō curantibus, pauperibus extortū erogabitur, c. cum tu. eo. dicit tn̄ Guil ꝙ hoc caſu debet publicè proponi edictū in locis a quorū incolis vſuræ ſūt extortæ, & ſi aliqui appareāt quib. fides ſit adhibenda, potius illis reſtituentur, quā pauperibus erogētur, fac. c. ſicut, §. eos, de homi. & not. formaliter in c. 1. eo. in 6 Sed quid ſi facta erogatione in pauperes appareant illi, quibus fieri debet reſtitutio? Reſp. vt per Peruſ. in d. c. 2.

l Indiſtinctè. Id eſt, non expreſſa aliqua quantitate: quia mandauit in genere reſtitui quæcunque extorſerat per vſurariam prauitatem.

m Mandauerint. Hoc fuit ſtatutum, ne Cōcilium Lateranenſe, de quo in c. 1 eo. eludatur, dicit enim ꝙ qui decedit in hoc peccato, non admittitur ad ſepulturam eccleſiaſticam, ex quo autem quis mandat, de reſtituēdo, nō dicitur decedere in illo peccato

conſtitutionis [a] tenorem ſatisfactum [b] fuerit, eccleſiaſtica ſepultura carere [c] debent. Quicunq; vero manifeſtos vſurarios cõtra prædictæ ſanctionis formã tumulare [d] auſi fuerint, pœnæ Lateranenſis Concilij cõtra

Teſtamenta vſurariorum non valent. h.d.

Teſtamẽta [e] quoque ab eiſdẽ facta aliter [f] quã ſecũdum dictæ conſtitutionis formã non valebunt, ſed in ipſo iure erunt irrita.

Non debemus facere malum, vt poſtea faciamus bonum. h.d.

Nec quidquã proficiet, ꝙ quis pro captiuis redimẽdis, vel eleemoſynis [g] dãdis ſeſe vſuras exercuiſſe [h] alleget, nec.n. propterea magis cũ vſurario diſpenſari [i] poterit, cũ ꝓ vita alterius mẽtiri [k] q. dẽ nedũ rapere liceat

rato, & ſic Lateranenſe Concilium non habet locũ: occurritur ergo per c. 2. eod. in 6. vnde ſumitur hæc littera huic eluſioni. Ex hoc etiam refert Ioã. And. poſt Guil. ꝙ fœneratores Tuſci dicebãt, quod ſolum vltimus de genere damnabitur, ex quo oẽs prædeceſſores reperientur mandaſſe, vſuras reſtitui. Tenebitur autem hæres reſtituere, etiam ſi teſtator non mandet, immo, & ſi vſuræ ad eum non peruenerint, in quantum ſe extendunt vires hæreditatis, traditur in capitul. tua nos eodem. Sed hoc caſu non conceditur defuncto propter reſtitutionem eccleſiaſtica ſepultura, cum in peccato deceſſerit, niſi alias de mortui contritione appareat, 26. q. 6. c. quis recedunt & cap. nobis, 1. de ſent. excom.

a Conſtitutionis. Cap. quamquam, eod. in 5.

b Satisfactum. Quid ſit ſatisfacere, habes in l. 1. ff. qui ſatiſ. cog. & in l. ſi rem §. omnis, ff. de pign. ac. & ex hoc modo loquendi impersonaliter colligequod non ſolum ſufficit de vſuris per quemcũque eſſe ſatisfactum, ſed etiã ſufficit quod idoneæ ſit cautum per quemcunque, quod intellige quoad hoc vt vſurarius admitti poſſit ad ſepulturam, nõ ad validandum teſtamentum, vt no. in cle 2 eo in ver. manifeſtos, ſequitur Peruſ. in c. 2. eod. in 6. & dicitur ſatisfactum, ſi ſit ſatisfactum de vſuris tantũ non enim requiritur quod ſatisfiat de intereſſe, ſecundum Archid. in d. cap. 2. & latius per Peruſ. ver. ſed quærit hic Arch.

c Carere debeant. Eſt ergo hic opus facto, ideſt reſtitutione vel ſatisfactione, nec ſatis eſt bene velle. c. non ſatis, diſt. 86. verba enim ſunt cum effectu intelligenda, c. relatum, de cle. non reſi. l. 1. ff quod quiſque iur. Sed nonne, qui ſolui mandat, ſoluere videtur l. qui mandat, ff. de ſolu. Reſp. illud habet locum facta ſolutione per mandatarium, qui enim per alium, &c. capit. qui per alium, de regul. iur. in ſexto.

d Tumulare. Idem ſi non tumulauerunt; ſimulauerunt tamen tumulare, ſecundum Ioan. de Lig. Dom & Peruſ in c. quamquam ver. cæterum, eod. in 6. ex quo enim ſimulãdo dederũt malitiis malũ exemplum, & ex eo ſcandalizauerunt eccleſiam, non debent a pęna excuſari 11. q. 3. cap. præcipuè deportantibus, & aſſociantibus, per Dom. in d. ca. quamquam, & fac gloſ. in clem. nos, de ſep in ver. ſepeli. c.

e Teſtamenta. Quid de codicillis? Et vñr valere: diuerſa enim ſunt hæc, l. ſiidem, C. de codicill. &

conſtit. ca. 2. eo. in 6. eſt penalis, ergo reſtringenda, c. ſtatutum. de elect. in 6. l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione, ff. de pen. & prohibitis maioribus minora petere non prohibemur, l. cui pacto, ff. de ſer. expor. c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. Com. contra per d. c. 2 quod in principio facit mentionem de vltima voluntate in genere, & arg. ca. cum eſſes, de teſtamen. fac. quia codicillus, largè dicitur teſtamentum, quia mentis eſt reſtatio, vt 13 qu. 3. §. ſed aliud, & inſtitu. de teſtam. in princ. l. conficiuntur, & l. ab inteſt. ff. de Codic. & melius in l 1. §. quintus, C. de iur. ver. enuc. & latiſsime, per Leg. in rub. ff. de leg 1 alias facile eſſet cõſtõuẽ excludere, qđ eſſe nõ dẽt, c. ſi ciuitas de ſent. exco. in 6.

f Aliter, i. non facta ſatisfactione nec idonea præſtita cautione.

Nec quicquam. CASVS. Quidam faciebat vſuram, & quod inde lucrabatur, deſpenſabat inter pauperes, fuit quæſitum an iſte propterea excuſetur eo præſertim, quia legimus in cap. pen. 14. q 5. ſi quid habetis de malo, facite bonum. Solut. tamen vt habetur, & ob rationem in text. aſſignatam, & ideo non ſufficit bona intentio, ca. non eſt ſatis, diſt. 16 de malo autem facere bonum in caſu intelligitur quod reſtitutio fiat ei cui debetur No. 1. quod recta intentio nõ eſt ſufficiens ad cauſandam actionem virtuoſam. at à contrario ſenſu ſecus eſt de mala. No 2. quod bonum etiã in moralibus nõ oritur à malo directè & propriè, ſeu ꝑ ſe.

g Eleemoſynis 4. q. 5. per tot. ca ſicut, §. eos, de homic. de rebus enim reſtitutioni ſubiectis non põt eleemoſyna fieri, cap. innouamus, vbi Abb. de cenſib. & in c. ex tranſmiſſa, de decim.

h Exercuiſſe. Licet hoc verbum magis videaĩ accõmodari ad eũ, qui dat ad vſurã, q̃ ad eũ, qui accipit, Inno tñ in c ſuper eo. eo. vnde hæc lr̃a ſumitur, tenet ꝙ diſpoſitio illius tex. vẽdicet ſibi locũ ẽt in accipiẽte, mouetĩ, quia ſi non reperiretur, q reciperet, peccatũ vſurarũ non reperiretur, cũm ergo recipientes dent cãm huic crimini, per conſequens, vñr ipſi quoq: eodẽ iure cẽſendi cũ dãtib. ſed in cõtrarium fac c. debitores, de iureiur. vnde diſtinguendum eſt, vt per Abb. in d. c. ſuper eo,

i Diſpenſari. Arg. ꝙ prætextu boni malũ fieri non debet. 1. q. 1. c. non eſt putanda, & 34. q 5. cap. ſi dicat, & 14. q. 5. c. 1. 2 & 3. & c neque, argu. contra 27. q. 1 c. non oportet, dic vt plene not. in ca. non magno, ne cler. vel monach.

K Mentiri, Cap. ſuper eo, eod. & 22. q. 2. c. ne qui

arbi-

arbitretur. vbi de hoc, & diſt. 14. in ſumma, & c. qd ait. Et fac. hoc contra Doctores dantes conſilium contra cōſcientiam, vt liberent quem a morte. imò aduocatus hñs iuſtam cauſam non debet niti ad obtinendum per mendacium, not. in c cupientes, de electio. in 6. & per Ab. in ca. 1. de his, quæ vi, metuſue cauſa fiunt. & per alios ibi ad eū notatos.

veritas eruatur. 5. c. illi qui. & 14. q. 6 c. 1. vel iuret ſe non habere vnde reddat, quod potius videtur, quia non debet vlla pœna puniri, & inanis eſt actio, & c. l. nam his, ff. de dolo. c. olim, de reſt. ſpol. & no. in c. cum tu, eod.

Si non ſint quibus reſtitui poſſint vſuræ erogandæ ſunt in pauperes & paupertas excuſat a reſtitutione, h. d.

Plane, ſi nec ij, a quib. quis vſuras extorſerit nec illorum ſint hæredes ſuperſtites [a] non ſolum pauperibus [b] vſurarum nomine acceptum erogare poterit, verum etiam compellēdus erit, niſi eum nota paupertas euidenter [c] excuſet. [d]

Non ſolum fæneratores, ſed etiam illorum hæredes debent vſuras reſtituere, nulla obſtante appellatione. h. d.

Nec is tantū eccleſiaſtica diſtrictione extortas vſuras reſtituere cogēdus erit, qui fæneratus eſt, verum, etiā filij, [e] & quicunque extranei hæredes, [f] qui omnes ſuper vſuris cōuenti, nullius appellationis [g] remedio reſtitutionē ſubterfugere permittendi erunt.

Iudex fæneratori poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, tam ne vſuras exigat, quam vt exactas reſtituat, non obſtante iuramēto præſtito de non repetendis vſuris. h. d.

Sed & ſi quis ſub vſuris pecuniā acceperit, & de eis numquā repetendis fæneratori iurauerit, [h] adhuc iudex [i] vſurarios per cēſurā

Plane ſi nec ij. CASVS. Quidam lucratus fuit multū per vſurariam prauitatē, & cum nec ipſe aquiſitū reſtituiſſet, nec eius hæredes vellent reſtituere vellent, fuit quæſitū an teneantur atq; poſſet ad id cog. arg. enim l. 3. q. 4. ff. de condi. ob turp. cauſā negatiue reſpōdebatur. Sol. tamen vt in hac parte caueatur, quia nemo debet commodum reportare ex propria culpa, prout contingeret in caſu noſtro, ſi reſtitutio non eſſet facienda. Non obſtāt iura adducta, quia licet non detur refectio, non propterea datur retētio, repetitio autem, ideo in dd. ll. dānantur, quia præſupponitur turpitudo ex parte dantis, at ſecus eſt in caſu noſtro. No 1 quod pauperes ſubintrant in locum illius perſonæ incertæ cui de iure eſſet facienda reſtitutio. No. 2. iudex eccle. etiam ex officio & parte non petente tenetur cogere vſurariū, eiuſque hæredem ad reſtitutionem faciēdam. No. 3. quod pacta in fauorem delictorum inita non tenent, nec valent, etiam ſi ſint iurata, fa. it, l. pacta quæ contra, C de pact.

a Superſtites Sed quid ſi principales ſint ſuperſtites, nunquid vt vſurarius liberetur a peccato ſufficiat remiſſio illius a quo fuerunt extortæ vſuræ? Rū ſufficere, ſecundū diſtinctionem tū Ab. & aliorū in c. cū nu. eo. in fin. vbi & quid ſi ille cui debet vſura reſtitui ſit valde abſens, an vſurarius teneatur ad eum mittere vſuras, & cuius expenſis.

b Pauperibus. Sed quibus pauperibus? Reſpon. ſecundum Hoſtien. pauperibus illius loci, vbi pecunia fuit extorta, quia facilius inter illos poterunt reperiri ij, quibus eſt datum damnum, & ſecundum Federic. conſil. 32. quem videtur ſequi Abb. in cap cum tu, eo. in fi. eſt hoc conſilium non præceptum.

c Euidenter. Si enim credatur habere, vel ſcribas

d Excuſet. Si tamē venerit ad pinguiorem fortunā, tenetur, vt antea, c. Odoardus de ſolut. & l. e. ſi debitoris, ff. de ceſſione bonor & argu 16. q. 6. c. ſi quis, de corpore, & not. in ca. cum tu. eo.

e Filij Fac. capit. tua, eod. vnde ſumitur, & tenentur filij pro parentibus pro hæreditaria portione, facit. l ex qua perſona, ff de re iudicata. Sed pone, quod alter hæredum efficiatur nō ſoluendo ante reſtitutionem vſurarum, nunquid alter conuenietur inſolidum? Dic quod etiam ſi nō ſit defuncti hæres, ſed ad eum bona defuncti peruenerit, inquantum talium bonorum menſura patitur, eſt reſtituto facienda, vt plenius not in dicto c. tua.

f Heredes. Sed tantum iuxta uires hereditarias in foro poli, in foro autem fori eſt diſtinguendum, vtrum hæres fecerit vel non fecerit inuentarium, vt plene per Doct in c. tua, eod

g Appellationis Intellige hoc in manifeſtis vſurarijs, vt in ca. quam pernicioſum, eod. Idem eſt in quolibet crimine manifeſto, cap. cum ſit Roma. de appel. alias ſi iniuſte grauaretur, non eſt appellatio deneganda. vt plenius not in dicto cap quam pernicioſum.

h Iurauerit Nota, quod iuramentū præſtitum de vſuris non repetendis, nō inducit liberam remiſſionem vſurarum, immo vſuræ præſumuntur magis extortæ, cum iuramentum huiuſmodi, nō præſumatur interuenire ex libero conſenſu iurantis. c. ſuper de renunc.

i Iudex. Nota caſum, in quo iudex ſupplet commodum priuatarum perſonarum, cum mandat vſuras reſtitui. Sed dic, quod immo hoc facit iudex potius ob vtilitatem publicam, & vt obuiet periculo animarum, alias non faceret, capitu. ad noſtram, 2. de iur iurando, l. prima, §. hoc autem, ff de damn infect. debet enim iudex etiam præuenire ante conſummationem peccati, cum

eccleſiaſticam compellere poterit, tā vt ab earum deſiſtant exactione, & iuramentum remutāt, [a] quam etiā vt exactas reſtituant, ne de dolo & fraude quemquam cōtingat commodum reportare.

Iudæi ſatisfacere debent de immoderato grauamine, Chriſtianis, alias excommunicantur modo quo poſſunt, h.d.

Iudæi quoque ſi a Chriſtianis quocunque prætextu graues immoderataſue [b] vſuras extorſerint, & per ſæculares principes [c] & poteſtates illas remittere ſunt compellendi, & donec de immoderato grauamine competēter ſatisfecerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus tam in mercimonijs, [d] quam

videt aliquem in præcipitio, & actu peccandi, no. in c. ex litteris, de ſponſ.

a Remittant. Hoc tunc eſt neceſſarium, cum pars proprio motu intendit repetere, & ipſa implorat officium iudicis, ſecus ſi iudex procederet ex officio non implorato, quia tunc non erit opus remiſſione vel abſolutione, quia pars non venit contra iuramentū, quia iurauit non repetere, non autem non recipere, ſi redderentur ſecundū Abb. in c. tuas, eod licet gl. aliter ibi ſentire videatur. Quod ſi iurauit abſolutionē non petere? Reſp. adhuc poterit denūciare, no. in d. ca. tuas Quid ſi iurauit, non denunciare Reſpō. nō ualet, iuramentum, quia non poteſt quis ſe obligare contra bonum charitatis, & diſpoſitionem Euāgelicam, ſi peccauerit, & c. no in ca. ad noſtram, 2. & c quemadmodum, de iureiu. de materia, ca. 1. & in c. debitores. de iureiur.

Iudæi quoque CASVS. Quidā Iudæi paſſim dabant pecuniam ad v. urā, & cum hoc tenderet in damnum republ. fuit quæſitum, an eis eſſet vſura prohibenda ad fauorem n. Iudæorum facit dictū D. Pauli dicentis Qui ſunt extra nos, nihil ad nos in contrarium facit, damnum a Repub. eſſe euitādum. Sol. vt hic legimus ob vtilitatem Chriſtianorum: illud autem dictum intelligitur reſpectu ſalutis ipſorummet Iudæorum. & ideo non obſtat. No. ꝙ Iudæi, tenentur obſeruare canones, in vtilitatem Chriſtianorum, & ideo etiam iuriſdictioni eorundem ſubijciuntur. No. ſecundo officium poteſtatum eſſe ne ſubditi indebite grauentur, & propterea princeps dicitur conſtitutus propter populi vtilitatem, ſed non econtra.

b Immoderata ſuæ. Fac. c. quāto eo. videtur ergo, ꝙ moderatas exercere poſſint a cōtrario ſenſu di 25. c. qualis, & l. cū prætor, ff. de iud. contrarium vē verius, vt in ca. poſt miſerabilē eo. & ita ceſſat hic hoc arg. a contrario ſenſu, l. conuenticula, C. de epiſ. & cle. Sed cur. hic inſertum fuit hoc verbū immoderatas, inducens hanc ambiguitatem? Reſpō. quia legitur in d. c. quanto, vnde ſumitur, Et licet Doct. cōmu. tenere videantur, ꝙ Iudæi nō poſſint fænerari Chriſtianis, per d c. poſt miſerabilē, vſus tñ & practica, quæ eſt optima interpres legū ſuadet contrarium, & Doct in hoc potuerunt decipi, ſed & ſi non fuerunt decepti, qua ratione id verbum legitur in d. c. quanto, eadem ratione potuit hic verbū inſeri. Sed an iure Moſaico poſſint Hebræi fænerari Chriſtianis? Multa ꝙ non, & ita ē t Abb. in d. c. poſt miſerabilē potiſſimum per ca. 28. Deute. ibi. Alieniſtena fænerabitur tibi. Facile tenere contrarium per d cap. 25. Deute. vbi dicitur, quod ſeruātibus legem nemo fænerabitur, ſed ipſi ſeruantes fænerabuntur alijs, non eſt ergo dicendum. quod in præmium obſeruantiæ legis Deus permitteret hæbreis facere illud, ꝙ eſt peccatū, & quod in euentum inobſeruantię ipſi hebręi nulli fænerabūtur, non dicitur ibi præceptiue, ſed per modum impoſitionis pænæ, q. d. Deus, Eritis pauperes, & non poteritis exercere negotiū valde lucroſum, vobis a me alias permiſſum. Communiter, tamen tenetur contra, vt appa ret ex his, quæ habētur in d c. poſt miſerabilem.

ANTO. TIMO. Opi. gl. hic quam tñ non firmat, qđ licet iudæis ex lege Moſaica fœnerari Chriſtianis, licet videatur eis facere littera Deut. 28. tñ ex cōi doctorum expoſitione falſa eſt Fęneraberis n. ibi non, interpretatur dabis ad vſuram, ſed fœnus ibi large accipitur pro mutuo ſicut & Eccl. 19. dicitur. Multi non cauſa nequitiæ non fænerati ſunt. i. non mutuauerunt alijs. Promittit. n. ibi Deus Iudæis obſeruantibus legem ſuam, abundantiam diuitiarum, ex qua contingit, ꝙ alijs commodare, & mutuare poterunt. Ita Nicolaus de Lyra exponit tex. illum, & Hugo etiam Card. in ſuis gl. & conueniunt in hoc oēs Doct. Verum ad aliū locum magis expreſſum Deut. 23. vbi inquit. Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliā rem ſed alieno. Reſpondet S. Tho. non fuit per hoc Hæbreis conceſſum, quod vſuram ab alienis acciperat, quid ſi licitum, ſed permiſſum ad maius malū vitandū. ne. ſ. a Iudęis Deum colentib. vſuras acciperunt propter auaritiam. Ex quo loco colligit Caiet. quod licitū eſt principibus cōdere leges permiſſiuas vſurariū, nō p. p. lucrum principum, quia hoc eſt participare in crimine, ſed propter vitandum maius malū, id eſt, furtum, quemadmodum licitum eſt condere leges permiſſiuas meretricū propter vitanda adulteria.

c Seculares principes. Quorum legib in tēpalibus Iudæi ſubijciuntur. c. quo iur. diſt. 8. & l. Iudæi. C. de iudæ. non tñ intelligas. ꝙ etiam in eccleſia non poſſit eos compellere ad vſuras reſtituendas nam cum hoc crimen ſit eccleſiaſticum, & ſit contra legem eorum, & contra naturam, licite, pñt compelli per iudicem eccleſiaſticum, vt per Inn. in c. cum ſuper, de vot. & vo redemp. & Abb. in c. poſt miſerabilem, eo. Ideo autem fit mentio de principibus ſęcularibus, quia per eos facilius compelli pñt cum habeant homines armatos, quos non habet eccleſia in loco, vbi non habet temporalitatem, at de iuriſdictione ſpirituali parum curant iudæi, fac. not per Abb in c. poſtulaſti. de iudæ.

d In mercimonijs. Non peccant ergo Chriſtiani commu-

communicantes Iudæis in mercimonijs regulariter, licet nimia familiaritas & conuerſatio interdicatur, 28.q.prima, c. ſæpe, & c. nullus, & c. ad hoc de Iud.

in alijs per excommunicationis ſentẽtiam eis omnimoda communio [a] denegabitur.

Ponuntur plures caſus, quibus quis fructus in ſortem computare non tenetur, h.d.

Sunt tamen caſus, [b] in quibus aliquid vltra ſortem abſque vitio vſurarum licitè recipitur, vtputa, ſi clericus eccleſiaſticum beneficium [c] aliter redimere non ualens prætextu pignoris de manu laici illud acceperit, nec enim hic in ſortem fructus tenebitur computare. Idem ſi terra [d] ſit beneficij alicuius eccleſiaſtici, ſed ad accipientem in pignus iure dominij directi pertinere noſcatur.

Fauore dotis fructus non computantur in ſortem. h.d.

Idem ſi poſſeſſiones [e] pro non numerata dote genero [f] à ſocero pignori obligatæ fuerint. [g] Cum enim frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda, pignoratarum poſſeſſionum fructus in ſortem computandi non erunt.

Non eſt vſurarius rem emens minus iuſto pretio, ſi tunc veriſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis, vel minus ſit ualitura. Vel aliter dubius euentus, vſurarum ſuſpicionem remouet. h.d.

Ille quoque, qui dat decem ſolidos, [k] vt alios tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, ex hoc vſurarius cenſeri non debet, quia licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolu-

a Communio. Et eſt hæc quidem indirecta excõmunicatio in perſonis hebræorũ, vt. & in c. poſt miſerabilem, eod. vnde ſumitur, ubi not. Abb.

Ioã. Bapt. Sunt tamẽ. CASVS. Quidã clericus accepit a laico occaſione mutui fundum ti. pignoris, ĩ quo habebat certum ius qui quidem laicus pro dote ſuæ filiæ ſoluebat ſingulis annis certã penſionem loco fructuum, & cupiens tali debito liberari, uendidit prædicta bona maiori pretio quã de præſenti valebant, & cum eſſet mercator, accepit pecuniã ab amico promittẽs aliqd, ſperans inde lucrari, vnde fuit quæſitum in huiuſmodi contractus ſapiant uſuram: in primo enim de clerico res videtur clara per princip. huius titul. noſtri in ſe. undo vero, & tertio cum non verificetur definitio uſuræ, ſimiliter uidetur clarũ quid iuris, at in vltimo ſi ille mutuans ſuſcepit in ſe periculũ ob naturam cõtractatus aſſecurationis nõ videtur eſſe dubitandum. Sol. tamen, vt in tota hac parte habetur, cauſa aũt deciſionis in communi talis poteſt adnot. quod in vno, vel altero caſu non reperitur propriè mutuum, & ſi reperitur etiam intereſſe damni emergentis à princ. in altero vero præponitur pactum appoſitum fuiſſe tali, vt deſtruat contractum: vnde his obſeruatis habemus quõ ſint intelligenda obiecta, & ſic non obſtant. Not. quo ob cauſam ſpecialem recedendum eſt à communibus iuris regulis. Not. 2 quod in cognitione valoris rerum ipſarum, id ꝙ eſt veriſimile & probabile attenditur. No. 3. quod pactum licet alias iuratum ſi in aliquo contractu apponatur, & ſit contra ſubſtantiam eius, dic iuxta ipſum vitiare.

b Caſus. Duodecim caſus tales enumerantur per Abb. poſt gloſ in c. conqueſtus eo. & not. 14.q.1. in ſum. & generaliter vbicunque recipitur pecuniæ loco intereſſe non committitur uſura Abb. in c. 1. eodem.

c Beneficium. ca. 1. in fi. eo. & idem in feudo, cap. conqueſtus, eo.

d Non ſit. ca. conqueſt. vbi Abb. eo.

e Poſſeſſiones Quę debent eſſe traditæ, vt eius fructus lucro genero cedant. l. de diuiſione ff. ſolut. matrimon. & not. in cap. ſalubriter, eo vnde ſumitur.

f Genero. Quid in hærede generi poſſidente, ſeu detinẽte pignus, poſt mortẽ generi. Inno. & Abb. in c. ſalubriter, eo. tenent hunc non lucrari fructus, quia in opinione eius eſt reſtituere pignus, & ſe ab obligatione liberare, quod non eſt in generos & maritus cum, vel inuitus, teneatur ad onera matrimonij, idem tenetur de vxore, cui ſoluto matrimonio pro reſtitutione dotis eſt datum pignus, vnde debet eſſe cautæ, vt faciat ſibi conſignari poſſeſſionem in ſolutum, alias fructus extenuabunt ſortem.

g Fuerint. Quid ſi promiſit ſocer certos denarios pro quolibet centenario vſque ad ſolutionis tempus, an teneat conuentio? Reſpond. valde dubitatur. Abb. diſtinguit, vt per eum in capit. ſalubriter, eodem.

h Solidos. Sed cum pretij interuentus deſignet contractum emptionis, & venditionis. l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. non uidetur, quod hic poſſit cadere uſura. quæ non committitur, niſi in contractu mutui. capit. conſuluit, eod & ſupra eodem in princ. & not. Ab. de rubr eodem Reſpondeo, quod quoad formam contractus non eſt uſura, ſed quo ad intentionem contrahentium deprauatam. Vt notat Abb. in capit. nauiganti, eodem, vnde ſumitur.

tionis tempore fuerint valituræ veriſimiliter dubitatur.[a]

Vſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid ultra ſortē etiamſi ſuſcipiat in ſe periculum. h.d.

Aliud tamen iuris eſt, ſi quis nauiganti, vel ad nundinas eunti certã pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo, quod in ſe mutuans periculum [b] ſuſcipit, aliquid [c] vltra ſortem, vt recipiat conuenit: nam hic vſurarius reputandus non erit.

DE ADVLTERIIS, ET ALIIS coniunctionibus illicitis.

TIT. VIII.

Adultery appellatio eſt generalis, propriè tamen in nuptam committitur, & quæ ſit adulterii pœna. h.d.

ADulterj generalis [d] eſt appellatio, continet enim non modo alieni thori violationem, ſed omnem prope [e] illicitam fornicationem. Propriè [f] tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna in laico excommunicatio, [g] in clerico depoſitio, [h] vel in vtroque certæ [i] pęnitentiæ impoſitio.

Arbitraria eſt pœna inceſti, ſodomiæ, & rei habitæ cum brutis. h.d.

a Dubitatur. Ergo ſi certum eſſet quod tempore ſolutionis plus valerent, vſurarius eſt cenſendus, ea in ciuitate, & cap.fin. in fine, eod. & ita propter dubium excuſatur, ſimil. l. penul C. de ſolu. Argu. quod dubia in meliorem partem interpretari debent, capitu. 2. de re iudicat. capit ex literis, de probatio. l. Arria. ff. de action. & obligat. Sed immo videtur, quod in tali dubio abſtinendum eſſet à talibus contractibus ob periculum animæ argumen. capit. illud, de cleri. ægrimini. c. ſignificaſti, 2. de homici. & nota. in c. vni. de ſerut. in ordin. fac. ſolut. hoc procedit in foro contentioſo, contrarium in foro conſcientiæ, vt per Abba. in dicto cap. finali.

b Periculum. Quia iſte recipiebat in ſe periculum, videbatur quaſi quadam compenſatione licitè aliquid vltra ſortem recipere poſſe, quia periculum mutatæ pecuniæ pertinebat ad debitorem, cum ſua facta fuiſſet, ſed nihilominus eſt uſurarius, vt in c fin eo. & no. in c. conqueſtus, eo. tit.

c Aliquid. Etiam modicum, dummodo natura æſtimabile. 24 q. 3. c. 1. 2. & 3. & per S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. ſiue id ſit reus, ſiue factum, ſiue conſtat in verbis, puta, inducendo ſequitur Abb, in c. fin. eod.

iuris. Solut. vt hic habetur, quia in delictis puniendis, à lege ſiue ab homine, multa debent obſeruari, argument. capitu. ſicut, de homicid. & ideo non ſemper eſt eadem pœna imponenda. Non obſtat obiectio, quia aliquando etiam ipſa verificatur. Not. argum iſtius vocis, quodlibet vocabulum dicitur habere duo ſignificata. Not. 2. Pœnam reſpectu eiuſdē delicti variari ſecundum varietatem, perſonarum.

d Generalis, 32. q. 3. cap. nemo, & q 5. cap. non mę haberis, & l. inter liberas, §. 1. ff. eod. & in l. inter ſtuprum, ff. de verborum ſignificatio.

e Prope. Hoc ideo, quia etiam generaliter ſumēdo verbum non continet, omnes ſpecies fornicationis illicitæ, & de his habes 36. q. 1. c. lex illa.

f Propriè, l. inter liberas, §. 1. ff eo. l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſign.

g Excommunicatio. 27. q 1. cap ſi qs epiſcopus, not. in c. lator 2. q 2.

h Depoſitio. 27. q. 1. c. ſi quis epiſcopus, per Abb. & alios, in c. vt clericorū, & in c. peruenit, de adulter. & latius in cap. at ſi clerici, de iud. licet quidã moderniores diſputent contrarium, vt per Pau Chirl. in tract. de pœnit. omnifar. coitus, q. 6.

i Certæ. Quia, ſ. laicus pęnitere debet ſeptem annis, clericus decem 83. diſt c presbyter. & 27. q. 1. c deuotam, & 33 q. 2. c hoc ipſum, & hoc intellige in foro pęnitentiali.

DE ADVLTERIIS, ET ALIIS coniunctionibus illicitis.

Ioã. Bapt. Cum delictũ adulterij, vel alij illiciti coitus ita frequenter committantur ſicuti crimen vſuræ, propterea poſt titu. præcedentem proponitur in præſenti iſte de adulterijs, qui diuiditur in 5. p. in prima tractatus de adulterio, in 2. de inceſtu, & ſodomia, in 3. de ſtupro, in 4. de raptu, in 5 de ſimplici fornicatione: ſecunda ibi cadem: tertia ibi quod ſi quis, quarta ibi maior: quinta ibi. demum.

Ioã. Bapt. ADulterij. CASVS. Quidam cognouit vxorem cuiuſdam ſui amici, & cum iudex eccleſiaſt. velit ipſum grauiſſima pœna punire, ob damnũ quod in republic. poſſet inde oriri. argumenti quadam, ff. de pœn. fuit quæſitũ quid

Eadem. CASVS. Quidam peſſimi viri commiſerunt non tantum delictum inceſtus, ſed etiam ſodomiæ beſtialis coitus, vnde fuit quæſitum an debeant puniri eadem vel maiori pœna, qua punitur adulterium, ſicut enim delicta iſta ſpecie diſtinguuntur, vt de ſe patet, ita quoque hoc idem videtur dicendum de pœna: Cæterum. Solut. prout hic legimus, quia hic impoſitione pœnarum non tantum natura delictorum, ſed etiam multa alia ſunt conſideranda, vt frequentia, ſcandalum, & ſimilia, & ideo obiectio non videtur aliquid concludere. Not. quod res omnino diuerſæ aliquando eodem iure cēſentur, facit. c. 1. de

de falſis Not.ſecundo,quod inceſtus,& reliqua de licta etiam huius dicuntur eſſe contra naturā humanæ ſocietatis.

a Arbitrio.Nota horum delictorum pęnas eſſe arbitraria,ut not.in c.hoc ipſum 33.q.2.unde ſumitur.

primo, quia non ſemper imponitur pænaab ſcandalum natum, ſed ob iniuriam quoque factam ſecundo. quia huiuſmodi mulieres quam facilime decipiuntur.Not.quod uirgo,& mulier honeſtæ vitæ æquiparātur; Nota ſecundo,quod pæna poteſt alternatiue poni. Not. tertio, ꝙ pęna, quæ parti eſt applicanda debet eſſe ſecundum quantitatem damni illati.

Eadē,vel etiā ꝓ iudicis arbitrio[a] maior, aut minor eos manet pœna,qui inceſtū cōmiſerūt,vt puta,cū quis contra naturā humanæ ſocietatis[b] parētibus,vel liberis vel, aliis eiuſmodi perſonis impudice adhęret, aut ſi cum illa, quam quis de ſacro fonte[c] ſuſceperit,aut quā ante epiſcopū tenuerit cū ſacro chriſmate inungeretur, fornicationis ſcelus perpetrauerit,aut cum relicto naturali vſu,contra naturā more ſodomitico[d] fornicabitur,aut humani generis naturā trāſgreſſus ſeſe brutis[e] commiſcuerit.

Quæ pœna ſit ſtuprantis mulierem, & honeſte uiuentem,& uirginem deflorantis.h.d.

Quod ſi quis ſtuprum admiſerit multū intererit,utrū cū muliere honeſte viuēterem habuerit,aut uirginem deflorauerit: Primo enim caſu ſtuprator pænitētiæ[f] ſubditus,pecuniaria[g] etiam pæna coercēdus erit.Poſteriore vero dotare virginē[h] eandem patre conſentiente habebit vxorem, ſi vero pater virginis dare noluerit,aut ſtuprator eam vxorem habere legibus impediatur,reddet pecuniam iuxta modum[i] dotis,quam virgines accipere conſueuerunt.

Renuens habere uxorem a ſe ſtupratā,caſtigatur,et excōicatus in monaſteriū traditur h.d.

Quod ſi cōſentiēte patre ſtuprator ipſe corruptā virginē i vxorē ducere renuerit, corporaliter caſtigatus[k] excōicat vſque[l] in

b Societatis, Imo nō ſolum natura hominum hoc reformidari, uerum etiā quorundam brutorum.

c Sacro fonte. Ca.ſi quis a matre 33 q.2.unde ſumitur, & 30.q.1.cap. omnis.

d Sodomitico. Non exprimiť hic de maſculo, vel fęmina,quia in vtroque paſſiue dicitur poſſe committi ſodomia, ut per Ab.in c.in archiepiſcopatu de rapt. poſt glo in ca.omnes,.32 qu 6 & de hoc in cap.clerici, de exceſſ. prælat. Illa autem ratione contra ſodomiticos procedit eccleſia,quia huiuſmodi crimen eſt contra naturam, quo caſu eccleſia vindicat ſibi poteſtatem non ſolum in laicos, verum etiā in infideles. & ſic etiam procedit contra Iudæos ratione criminis uſurarum, vt nota in §. Iudæi. ſupra titulo prox.& per Inn.ī d.c quod ſuper, de vot. & per Ab. in d.c.cleri & ſodomitas puniuit Deus, licet nō eſſent de populo electo & Iſraelitico,vt in Geneſ.c.19. ergo & eodem modo eius vicarius.

e Brutis.15.q c.mulier.

Ioā.Bapt. Quod ſi quis. C A S V S. Quidam cognouit quandam virginem, ac etiam & mulierem honeſtam de conſenſu ipſarum, & cum iudex voluiſſes ipſum puniri prout hic cauetur, dicebat iſte non eſſe ſe dignum aliqua pæna, quia quoad eccleſiam nullum inde fuit ortum ſcandalum. & quo ad partem, delicta mutua compenſatione tolluntur. c. fi. eod.Sol.tamen prout hic legimus, quia alias delicta remanerent Impunita, & daretur occaſio delinquendi; Non obſtant obiecta,

f Pænitentiæ. de qua not. ſup.eo.ī prin in uerbo, certæ pænæ.

g Pecuniaria etiā pęnę. Iuxta qualitatem. ſ. facti, & perſonarum conditionem, ut per Do.& Ab.in ca ut clericorū, de uitā & hone.cle. & p Abb. in c.licet.de pæ nec tolleretur, iſtud arbitrium vel alia pæna certa iuris canonici vel ciuilis,ſi ſtatutū imponeret aliā pænam,Docto,in c.1.eo.

h Dotata uirgine.i.aſſignata donatione propter nuptias, uel proprie meminit de dote, quia ſtuprator dabit pecuniā mulieri, quam retinebit ſibi ꝓ dote.quod fieri pōt le ſi quis vxori,ff. de do. inter ui. & vxor.& l.2.Co. de dot.caut. non nu. & ſi cū ea ſtuprator non cōtrahat. nihilominus, mulier habebit eam, c.1.eo.unde ſumitur.& ibi not.

i Iuxta modum, Qui æſtimabiť iuxta facultates illius & dignitatē puellæ l.pe.C.de epiſ.aue.auth. ſed quamuis C.de rei vxo.acti.& l ſiue generalis ff.de iu.do.& 30.q.5.c nullum,hæc olim fuit pæna in Exodo.hodie alia ſecundum leges,vt no.in c.1.& 2 eo.

K Caſtigatus.Ad arbitrium iudicis,c.2.& ibi no. eo. vnde ſumitur, licet ſeuerius de iure ciuili agatur quæ pæna ſeruabitur in ſuo foro.

l Excommunicatuſque. Quoad communionem ſacramentorum quouſque viſum fuerit ſuperiori, finaliter tamen nō compelletur eam recipere, ſed quia illam decepit,ad tempus punietur,vt no. in c.2.eod.

Retru-

monaſteriũ ad agendam pœnitentiam, retrudetur a de quo nulla erit egrediendi ſine iudicis permiſſione licentia.

Raptorum excommunicatio, depoſitio. et ſeruitus cum facultate tamen ſeipſum redimendi, h.d.

Maior legum ſeueritas raptoris cohibet: nam præter ſæculariũ b ſanctionum pęnas, anathemate c cũ ſuis adiutorib. feriri, aut ſi clerici ſint proprij ordinis, & honoris amiſſionem ſuſtinere debent.

In propriam ſponſam non cadit raptus, & raptus per conſenſum purgari poteſt. h.d.

Raptus d autem tũc committi dicitur, cũ illa de cuius nuptijs nihil actũ fuerit antea, abducitur, Vnde qui ſibi deſponſatam, e vel f parentib. reclamantib. abduxit, in crimẽ raptus & in pœnas minime incidit. Rapta quoque puella legitime cum g raptore matrimonium contrahet ſi prior diſſenſio in conſenſum h tranſeat. Raptor enim & rapta nomina ſunt vitiorũ, non perſonarum. Vitia autem cũ purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur. i

Raptus monialis purgari non poteſt. h.d.

Sed hæc de illis intelligenda ſunt, q̄ mulierũ laicorũ conſensũ habuerũt, nã ſi quis Deo dicatas virgines vel rapuerit, k vel volentes l matrimonio ſibi ſociare tentauerit, m tanquã n ſacrilegiũ o admittens, pro tam

Maior. CASVS. Quidam clericus iuuenis in minorib. cõſtitutus ordinibus, captus amore cuiuſdã pulchemmæ mulieris Deo dedicatę, data oportunitate eã rapuit, & cognouit, & cum iudex voluiſſet ipsũ punire graui poena, ipſeſeipsũ excuſabat primo ob eius amorem, argu l. & mulieri. ff. de cur. fur. ſcdo quia id fecit nolenseã hre in vxorẽ cũ fortaſſe adhuc non eſſet profeſſa. Sol. tamẽ ut hic habetur, quia quod eſt de ſe malum, non põt aliqua circunſtantia fieri bonũ, vnde non excuſatur ex eo, quia erat amore captus, qm nõ propterea dicitur furioſus, quod ſi eſſet, poſſet hæc deciſio limitari, nec etiã aliquid valet bona intentio in delictis, cũ non ſit ſatis bene velle: Nota primo, quod una circunſtãtia aliquãdo cauſat nouam ſpeciem delicti, ut eſt etiam circũſtantia loci, Nota ſecũdo, quod crimen violentiæ & raptus in reb. proprijs non committitur. Not tertio, ꝙ crimen raptus ceſſat. ſi violentia remoueatur, & purgetur.

a Retrudetur. Hanc intruſionem euitare poterit dotis conſtitutione, ſecundum Inn licet non vitetur pœna corporalis & excommunicatio, licet ſẽtentia Inn. videatur refragari litteræ in c. 2 eo. unde ſumitur.

b Seculariũm ſanctionum. l. vni. C. de raptu virg. l. raptores, C. de epiſc. & cler.

c Anathemate. 36. q. 2. eos, & ca. raptores, & cap. ſi quis virginem.

d Raptus autem. Cac. 36. q. 1. lex illa. verſ. raptus. unde ſumitur. & c. pen de rap.

e Deſponſatam. Cap. pe. de rap. Idem forte, ſi nõ fuiſſet deſponſata, ſed præceſſiſſet tractatus matrimonij, ſecundum Ab in d. c. pen. & in hoc corrigitur ſeueritas iuris ciuilis, de qua in l. vni. Cod. de rapt virg.

f Vel Id eſt etiam.

g Cum raptore. Secundum aliquos canones non poterat raptor contrahere cum rapta 36. quæſt. 2. cap. de puellis & cap. ſi autem. & ca. placuit. C. de raptu virg. l. vnica. §. ſin autem. hodie ſecus iure communi c. fina. de rapt. & 36. q. 2. c. denique. & cap. tria. Nouiſſime tamen per Concilium Tridentinũ fuit cõſtitutum, ꝙ quamdiu rapta in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſit inter eos matrimoniũ conſiſtere, niſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta fuerit, & nihilominus raptor ipſe ac fautores acerrimis pœnis puniuntur, vt in dicto Conſilio ſeſſ. 24. c. 6. in decretis reformationum.

h In conſenſum. Etiam tacitum, ſecundum Ab in c. ſi. de raptor.

i Abolẽtur. 36. q. 2. §. his auctoritatibus, vnde ſumitur, fac. ca ferrum diſt. 50. & 33. q. 5. c. vides.

K Rapuerit. Cũ violentia, & de hoc ĩ lege ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cler.

l Volentes. Nam hæc uoluntas nõ excuſat, ſic 16. q. ca. placuit. & cap. ſi quis epiſcopus, diſt. 91. quia moniales velle non habent 32. q. c. nõ dicatis. immo, & laica ſi uelit præſumitur ſeducta. l. vnica. C. de rapt. virg. & in cap. 1. vbi Abb. & no. in c. raptores 13. q. 2.

m Tentauerit. Sim. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler.

n Tanquam. Veritatem deſignat non improprietatem, fac. l. 1. ff. de tranſ.

o Sacrilegium. Cum inceſtu. & adulterio Nam tria hæc crimina vno inſtanti cum moniali ſe coniungens committit, ut not. 6. quæſt. prima, c. virginibus. Adde tu. & ſtuprum, q. q. 1. c. api. ſi qua monachorum, fac. l. inter liberas, & l. ſtuprum, ff. de adult.

Plecte-

a Plectendus erit.c.ſi epiſcopus. 27. q.1.32 q.2.ca. raptores. 30.q.1.ſi quis ſacerdos.
Demum.CASVS. Quidam iuuenes ſæpe accedebant ad mulieres impudicas eas cognoſcendo, & cum iudex voluiſſet illos punire, quia intereſt reipubl. ut homines honeſte viuãt quod lex precipit l.2.ff.de legib. ꝑpterea dicebãt ipſis non eſſe cõueniẽs per c. vidua. 34.diſtin Solu.tamen ut hic cauetur, quia delicta quãtumuis leuia non debent remanere impunita. Non obſtat ca.vidua, quia intelligitur reſpectu ſolemnitatis. Not. quod ſimplex fornicatio habet pœnam arbitrariam. Nota 2. quod iudex debet augere vel diminuere pęnam ſecundũ qualitatem delicti.
b Penitentiæ,33.q.3.c.hoc ipſum.& 22.q.1 c. prædicandũ. & 30.q 7. adulterij.& 32.q.4.c.meretrices.
c Pęna. Vt.ꝑ Abb. & Doct.in cap.vt clericorum.de vi.& hon.cle.
d Statuet. Et hoc iure canonico,nã ciuili talis coitus eſt impunibilis. Bat.in l.verum,ff. de fur.& in l 3.in princ.ff.de cond. ob tur. cau.

vtroque iure damnentur,propterea vterque iudex ciuilis,& eccleſiaſti.uolebat talem delinquentem punire, quod quidem videtur a ratione alienum, quia ſicut Deus non iudicat bis ipſum delinquẽtem,ut in ſacris litteris dicitur,ita idem debet obſeruare iudex eccleſiaſt.c.1.de ſententia,excommu. in ſexto. Soln.tamen ut hic cauetur, vel propter grauitatem delicti, vel quia tam reſpubl quam eccleſia dicitur iniuriata. Non obſtat obiectio,quia quoad Deum vnus tantum habetur reſpectus ſecus quoad homine. Doct.in ca. de his, de accuſati. Nota, quod delictum eo eſt grauius,quo perſona quæ iniuriatur & offenditur eſt dignior: nota ſecundo, quod argum. iſtius delicti, delinquentes non oẽs, ſed qui grauiter deliquunt, ſunt curiæ ſæculari tradendi.
e Varie. Quæ varietas apparet ex his,quæ no.in ca. ad audiẽtiam. & in ca. ad falſariorum.eodẽ, & per Hoſtienſ.in ſum. en. verſiculo qua pœna,& in ca.ſi in memoriam, diſt. 19.& 11.q.3. cap. quiſquis,& 4.q.3. capi quæ falſo.
f Canones Capitul. ad falſariorum, de crimine falſi.
g Tradendi ſũt. Qualiter autem tradi debeant, habes in capit. nouimus.de pœ. & ſupra de depo. ſeu degrad. poſt princip.

nefandi criminis atrocitate plectẽdus [a] erit, nulla prorſus voluntatis ſacrarum virginũ habita ratione.

Pœna ſimplicis fornicationis eſt arbitraria. hoc dicit.

Demũ ſi quis cum muliere ſoluta, & impudica ſimpliciter fornicatus fuerit,tã pœnitentiæ [b] modus,quam ẽt alia pęna [c] in iudicis potiſſimum reponetur arbitrio,qui ex qualitatib. varijs minorem pœnã ſtatuet. [d]

DE CRIMINE FALSI.

TIT. IX.

Qui per ſe vel alios litteras Papæ falſant excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus, & clerici officijs & beneficijs priuantur, & degradati traduntur curia ſæculari. h.d.

ADuerſus eos quoque, qui falſi crimẽ commiſerunt, varie [e] ſtatutum reperitur, illos tamen cæteris acrius canones [f] inſectantur, qui litteris Apoſtolicis falſis vſi fuerint, talium enim litterarum falſarij cum fautoribus & defenſoribus ſuis anathemate feriuntur. Et ſi clerici fuerint, omnibus officijs & beneficijs eccleſiaſticis perpetuo priuabuntur, ita vt qui per eccleſiaſticum iudicem degradati fuerint, ſæculari poteſtati tradendi [g] ſunt, & ſecundũ legitimas [h] conſtitutiones puniendi, per quas & laici, qui fuerint de falſitate conuicti legitime puniuntur.

Qui falſis litteris utitur, ſi clericus eſt, officijs & beneficijs priuatur, ſi laicus, excommunicatur, h.d.

DE CRIMINE falſi.

Ioã. Bap. Quoniã homines ſæpe dicunt mẽdacia, ꝑ amore fœminarũ conſequendo, propterea cõuenienti ordine poſt tit præcedentẽ proponitur iſte de crimi. falſ. qui diuiditur in 2. partes, in prima tractatur de crimine propoſito, in ſecunda de vtentibus litteris falſis, ſecunda ibi, mitius cum illis.

Ioã.Bapt. ADuerſus eos. CASVS. Quidam Sauonenſis falſificauit litteras principis, ac etiam aliorũ, aliter quoque falſum comiſit, & cum crimina

h Legitimas conſtitutiones. Eſt autem de iure ciuili pœna falſi in libero homine deportatio. & omnium bonorum publicatio, in ſeruo vltimum ſupplicium l.prima,§.fin.ff.eodem.& l vbi, Cod. eodem,& not.in cap.ad falſariorum.eodem vnde ſumitur.

Mi-

Mitius [a] cum illis agitur, qui licet his vtantur, tamen ipſi non falſificauerũt, ſi .n. clerici fuerint, officijs & beneficijs eccleſiaſticis ſpoliandi erunt, ſi laici, tamdiu excõmunicationi ſubijcientur, quamdiu cõpetenter ſatisfecerint, in vtriuſque tamen malitia grauius quam negligẽtia [b] punietur, [c] quod & de his, qui falſas litteras impetrant obſeruabitur.

DE HOMICIDIO.

TIT. X.

Aſſaſſinium ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſſimum, ita etiam atrociſſime punitur. h. d.

CVm non ad opera tantum ſit reſpiciendum, ſed tempus, cauſa, [d] voluntas, perſonarum differentia, & omnia, quæ operibus accidũt ſint perueſtiganda, ſequitur, vt non omnium homicidiorum eadem [e] conditio. Cũctorum vero illud atrociſſimum videtur, quod Aſſaſſinium vulgo nuncupant. Vnde non ſolum aſſaſſini ipſi, ſed etiam receptatores, [g] occultatores, conſultatores, & defenſores eorum, & qui per eoſdem quemquam interſici fecerit, aut mandauerit, [h]

Mitius cum illis CASVS. Quidam litigantes vtebantur litteris ab alijs falſificatis, & cũ iſti vere falſum non commiſiſſent, fuit dubitatum, an pœna falſi poſſent puniri, ſi quidem aut id faciunt dolo, & ſic ead. pœna debent puniri ratione conſenſus, aut nõ, & ita ad nullam pœnam debent dici obligari: Solut in prout hic cauetur quia ſi ſemper nõ ſunt in dolo, ſunt tamen aliquando in culpa, & hoc eſt ſatis, cæterũ ſi nos præſupponimus, iſtos non eſſe in dolo uel culpa tex reciperet limitationẽ, & ſic non obſtat obiectio. No quod cõmittere falſum, & vti falſo, in genere delicti æquiparantur, licet in obligatione ad pœnam inter ſe differant.

a Mitius. Cap ad falſariorum, §. fi. eo. vnde ſumitur.

b Negligentia. Quæ tamen quãdoque cõparatur dolo, cum ſcilicet diſſoluta eſt, craſſa, & ſupina l. ſi fideiuſſor. ff. mãd. l. late, ff. de verbo. ſign. & per Barto. in l. quod Nerua, ff. depoſ. & ſi in vtẽte ſit probabilis ignorãtia, nullo pacto ponitur, ſi poſt obiectionem falſitatis ab vtendo deſti. erit. cap. inter dilectos. vbi not. Abb de exceſſ. præla.

c Punietur. Not. tñ circa hoc, quod ſi notarius ſit condemnatus de falſo inſtrumento hæc tñ ſentẽtia non faciet præiudicium domino ad quem ſpectat inſtrumentum, l. denunciaſſe. §. quæritur, ff. de adult. ubi Bar. & per Abb. in c quamuis, ver. ex quo infertur quod licet. & ca. Itẽ licet producens falſos teſtes ſit condemnatus de falſo, non de neceſſitate ſequitur quod ipſi ſint falſi, Bar. & Abb. ubi ſupra, fac. tex. in l. Lucius, ff. de his, qui not. infam. & c. cum dilect. in fin de ord. cogn.

DE HOMICIDIO.

Poteſt iſte tit. ſpecialiter ita continuari, quoniã in falſificando aliq̃ ũ affirmat, ut aliquem eſſe mortuum morte naturali, uel uiolenta, propterea poſt tit. præced. [illegible] proponitur iſte de homicidi quidam [illegible] de homicid.

voluntario, in ſecunda de neceſſario, in tertia de caſuali, in quarta de oppreſſione filiorum, in quinta de impedientibus conceptionem, in ſexta de interficiente ſeipſum, ſecunda ibi, quod ſi quis, tertia ibi, idẽ etiam, quarta ibi, alia rõ quinta ibi, is quoque, ſexta ibi, nouiſſime.

CVm non ad operam. CASVS. Quidam Hiſpanus data opera & cum inſidijs interfecit quendam Mediolanenſem, & cum delictum eſſet ꝑpterea graue, fuit dubitatũ de qualitate pœnæ, qm̃ n. ob homicidiũ voluntarium imponitur pœna mortis naturalis. c. 1. eo. nõ videbatur opus alterius dubitare. Sol. tamen hic vt habetur, q̃ pœna cum debeat aliq̃ñ augeri, id aliquando contingit in eius ſubſtãtia, aliq̃ñ uero in modo & qualitate, & ſic intelligimus, ꝙ nec etiã obiectio aliquid cõcludit. Not quod grauitas delictorũ augetur rõne modi, & medij quibus cõmittuntur, atq. hoc idem dicas, de pœna Not. ſecundo qđ in moralib. non ſubſtãtia facti, ſed etiã circunſtantiæ ſũt conſiderandæ, ut diſtincte, intelligamus & cognoſcamus ipſum.

K Incurret. Sed quare excuſatur, qui loco percutit clericum licet inuitum, vt c. 1. & nõ qui percutit volẽtem? Rñ q. ia ille temerarius manus iniicit, c. vniuerſitatis. eo. Item cauſa vlciſcendi iniuriam ſuam videtur hoc facere. Itẽ quia manus ſæuit, licet non iniuriando, arg. 14. q. 6. nõ ſic ille, qui

loco

cõſuetudinem [a] patriæ pro iniuria illata offenſo ſatisfacere, ſponte ſua fuſtium ſe ſubiecit percuſſionibus. [b] Quãquam enim hæc manuum iniectio non ſit violenta, tamen iniurioſa [c] videtur, & Canon reſpexit non tam fauorem clerici ordinati, quam clericalis ordinis. [d] Vnde hoc caſu, tam percutiẽs, quã ſeipſum percuſſionib. ſponte ſubiiciẽs, excõmunicationis ſententia innodabitur. [e]

Ponit tres caſus, in quibus percutiens clericos in Canonem lata ſententia non incidit. h.d.

Ex contrario [f] accidit interdum, vt etiã pro violenta manuũ iniectione excommunicationi quis non ſubiiciat. Veluti, ſi clericũ ſibi manus inferentẽ, [g] ita quis incontinẽti vim repellat, vt læſionẽ inferat, [h] aut in eũ quem cum vxore, [i] matre, [k] ſorore vel filia

ſeco percutit, vt not. in capit. contingit, eod. vnde ſumitur.

a Conſuetudinem, Not. valere conſuetudinem, ꝙ offendens poſſit ſe ſubijcere iudicio offenſi pro ſatisfactione, pro hoc, c. Quintauallis, & ca. veniens, de iureiu, ꝙ tñ eſt duobus modis reſtringendum. Primo, vt hæc ſubiectio non ſit abſoluta, ſed tanquam facta in arbitrium boni viri, nec.n. poſſet, l facere offenſum arbitrium & iudicẽ in cã, & facto ſuo, l. pen ff. de arbi. l. vn. C. ne quis in ſua cau. & no. in d. c. Quintavallis. Secundo, quando per ſatiſfactionem non ingeritur vulneratio, nam nemo eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo, ff. ad l, Aquil ut tradit Bar. in l 1. §. uſque ff de iniu. & p Ab. in c. contingit, eo.

b Percuſſionibus Sed an tot incurrantur excommunicationes, quot inferuntur percuſſiones? Reſpon. non vt per Ioan. And. ca delictum, de reg. iur. in 6. & per Abb. in ca. contingit, eo. fac. not. per Bart. in l nunquam, ff. de priua delict.

c Iniurioſa. Sed quomodo dicitur iniurioſa, cum violenti non fiat iniuria, 33 quæſtio. 3 cap. noluit & l. 1. § vſque adeo, ff. de iniur. & l. cum donatione, C. de tranſact. & l. nemo videtur, ff de regul. iur. Reſpon. iniuria dicitur fieri Eccleſiæ, vnde cũ pertineat etiam ad alios, non poteſt quantum ad alios remitti, 33. quæſtio 4. capit. ſi is qui, & capit. eum deſideres, eod. Sic filius remittit iniuriã, quantum ad ſe, non quãtum ad patrem, d. §. vſque adeo, fac. l. iuriſgentium, ff. ſi paciſcor, ff de pac & c. Salonitanæ, diſt. 6. & traditur plene per Doct. in cap. contingit, eo.

d Ordinis. Cui renunciari non poteſt, c. ſi diligenti, & ſignificaſti, de foro comp.

e Innodabitur. Sed diuerſimode percutiens enim ipſo facto, ſubijcit ſe per ſententiam, vt nota. Abb. in capit. contingit, eo. Sed contra hanc declarationem opponitur. Nam committatur crimino ſo in crimine propter quod incurrit excommunicationem, eſt excommunicatus ipſo facto, ſed iſte clericus communicat percutienti eum in crimine percuſſionis, ergo incurrit etiam excommunicationem cum ipſo, capit. nuper, eodem. Solut. aliud eſt participare cum excommunicato in crimine aliud ſubijcere ſe miſericordiæ alicuius, cum poſſit cogitare illum remiſſurum offenſam. Vel ſol. aliter, vt per Ioann. Andræ. & Panormit. in d. c. contingit.

Ex cõtrario. CASVS. Quidam clericorũ percuſſores excuſabant ſe ab excõicatione, aliqñ ratione defenſionis ſui, ſeu rerum ſuarum, aliquando rõne quia clericus erat incognitus ob mutatum habitũ & aliquando ratione officij, vnde fuit quæſitum, an talis excuſatio eſſet admittenda, quia iſtud canonis priuilegium non clericis, ſed ordini clericali dicitur eſſe conceſſum, ut ſupra eſt deductum propterea excuſatio iſta non uidebatur legitima. Solu. tamẽ vt hic habetur, quia excõicationis ſentẽtia, neq; etiam à iure eſt ferendã, niſi legitima culpa præcedat, ꝙ non contingit in caſu propoſito, propterea nec ẽt obiectio aliquid concludit, iuxta no. in c. 1. de iudiciis. Not 1. ꝙ defenſio eſt nobis permiſſa, non tantum reſpectu rerum noſtrarum, ſed etiam reſpectu perſonarum, quæ nobis aliquo vinculo ſunt coniunctæ. Nota, quod qui delinquit contra priuilegium ſibi conceſſum, meretur ipſum amittere. No. 3. qui habet ius maioritatis ſuper alios, dicitur etiam habere àliquid iuris correctionis.

f Ex contrario Ideo ex contrario, quia in ſuperioribus paragraphis ponuntur caſus in quibus qui incurrit excommunicationem etiã quod manuum iniectio, non vt violenta, nunc ſequuntur caſus, in quibus pro violenta manuum iniectione talis excommunicatio non incurritur.

g Inferentem. Tunc enim ideo excommunicatus non eſt offendens clericum, quia iure naturæ licet vim vi repellere, l vt vim, ff d iuſti. & iur. cap. ſi vero. 1 vnde ſumitur, & cap. ex tenore, eo. ſeruato tamen moderamine inculpatę tutelę, cap. ſignificaſti. 1. de homi. & amplia hoc etiam in clerico aſportante res laici. nam pro recuperandis rebus licet clericum cum predicto moderamine inuadere. c. olim, 2. de reſt. ſpol. & per abb. in capitu. cum non homines, uer. & optime facit. de iud. & in d. c. ſi uero non ſufficit ergo ad incurrendum hanc excommunicationem ſolum factum, ſed iniuriandi animus requiritur.

h Inferta. Intellige hoc quando clericus uolebat iterum percutere, ſed clericus percutiens diſtitit. quia tunc ipſum percutiens eſſet excommunicatus, quia nõ eſſet repellere uim, ſe uindictam exercere, ſecundum Abb: in cap. ſi. uero. eod. ad hoc. c. olim. 2. de reſt. ſpol.

i Vxore. Etiam non cognita dum ſit ſponſa de præſenti quia, lex permittit illam accuſari iure mariti. l. ſi uxor. §. 1. ff. de adult.

K Matre. Quid in auia, & alijs aſcendentibus. Et

turpiter [a] ſe gerētem inuenerit, manus violentas iniecerit. Idem ſtatuitur & de eo, qui illum percuſſerit, quem probabiliter [b] ignorabat eſſe clericum.

Interficientes clericos, qui poſt habito habitu cōmittūt enormitates, non ſunt excōmunicati. h.d.

Quinimo & ſi occiderit [c] quis clericos, vel presbyteros, qui contempto clericali habitu [d] ſceleribus ſeſe immiſcuerint, [e] in odium clericalis exceſſus [f] Canone latæ ſentētiæ minimè coercebitur [g], fruſtra [h] enim eccleſiæ implorat auxilium, qui in eccleſiam ipſam committit.

Qui ratione officij vel intuitu diſciplinæ clerios percutiunt, non ſunt excommunicati. h.d.

Item ſi qui rōne officij [i], quod obtinet in eccleſia, aut ſi clerici ſeniores pueros, vel adoleſcentes in minoribus [k] ordinib. cōſtitutos diuinum turbantes officium, vel ēt, ſi qui magiſterij vel prælationis obtentu ſubditos, & ſcholares correctionis cauſa percuſſerint [l], excōicationis ſententiam nō incurrent. Quod & de his intelligendum eſt, qui aliquos de familia [m] ſua vel propinquos inferiorum graduū [n] ſimili modo, vt ab exceſſibus prohibeantur, & ſcientia boniſque morib. informētur, corrigēdos duxerint, &

Idē videtur, l. appellatione, ff. de ver. ſign. tu die, literam hanc, & ſi vero. t. vnde ſumitur eo. reſtringendam ad perſonas tantum expreſſas, vt per gloſ. Io And. Pan & alios, in d. c. ſi vero.

a Turpiter. Ignoſcit enim lex iuſto dolori, l. Gracchus, C. de adulte. & lex ſic inuētum permittit occidi. l. quod ait lex, §. qđ ait, ff. de adult. licet hoc non permittant canones c. inter hæc, & ca. admonere, 33. q. 2. & no. in d. c. inter hæc.

b Probabiliter. Vt quia incedebat in habitu non cōgruenti ipſi clerico, & deferebat tonſuram more quorundam laicorum deferentium eam tempore æſtiuo. Quid ſi & habitum & tōſuram deferebat, & credens illum clericum percuſſiſti? Dic quod non incidis in excommunicationem, vt plena traditur in c. ſi vero 2. vnde ſumitur, nemo enim ſola ſua opinione excommunicatur, licet propter iſta accidentalia grauius peccet, vt not. in cap. in audientia, eo.

c Occiderit. Nedum vulnerauerit vel percuſſerit.

d Habitu. Concor. c. cum non ab homine, vnde ſumitur, & c. perpendimus & ca. in audien. eo. & fac. l. nemo apud Labeonem, § ſi quis virgines, ff. de iureiu. & l. ſenatoris filia, ff. de ri. nu.

e Immiſcuerit. Secus ſi ſe nō immiſcuiſſent ſceleribus, quia tunc non perdūt priuilegiū clericale ob ſolam non delationem habitus, c. ſi vero, 2. c. in audientia, vbi not. & per Abb. in d. ca. cum non ab homine, & latius in c. perpendimus, eo.

f Exceſſus. Et terrorem correctionemque ſimilium.

g Coercebitur. Aſperior tamen pœna imponetur. c. cum non ab homine, eod. in f. n. Nam ex perſona augetur crimen, diſt. 40. c. homo, l. omne, §. 1. ff. de re milit.

h Fruſtra. Sic c. ſi de immu. eccl. & in c. 2. ne cler. vel mo. & 17 q. 4. c. frater, & c. in audientia, eo. vnde ſumitur, & l. quia fruſtra, ff. de vſu. & l. auxilium in fi. ff. de min. & l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.

i Officij. Not. ergo, quod ratione officij licet, quod alias non liceret, hoc ideo, quia ex quo alicui commiſſum eſt officium, cenſentur commiſſa, & alia ſine quibus commodè officium expediri non poteſt, concor. c. cum voluntate, §. fin. eod. vnde ſumitur. Sic & iudex compeſcere poteſt omnes turbantes & impedientes iuriſdictionem ſuā, c. 1. & c. præterea, & c. prudentiam, & ca. ſuſpicionis, de offi. delegat. & §. ſed ſiue ſupp. de iudi.

k In minoribus. Conſtitutos ergo in ſacris ordinibus, licet & hi turbent officium percutere non poterunt, quia ex eo, quod ſpecialiter, de iſtis permittitur, & alijs prohibetur, capi. qualis, diſt. 25 & ca. nonn, de præſumpt. l. cum prætor. ff. de iudi. & honorabilia membra exceptis grauiorib. culpa verberibus ſubijci non debēt, diſt. 45 c. cum beatus; agatur ergo cū ipſis admonitionibus, & ſi ſe nō correxerint, ſuſpendantur, c. dolentes de celeb. miſſ.

l Percuſſerint. Leuiter tamen, ca. 1. & c. cum voluntate, §. fi. eo. modica enim tantum caſtigatio permiſſa eſt do. enti, l. 5 in fi. ff. ad l. Aquil. cum l. ſeq. & humilis debet eſſe doctrina magiſtri, & c. humilis, de maio. & obed. cum conc. t. ibi alleg. alias inciderent in canonem, vt not. in d. §. t.

m De familia. Capit. cum voluntate, l. fin. eod. 23. quæſtio. 4. ca. duo iſta, & diſtinctio. 45 ca. diſciplinam, qui enim domeſticorum ſuorum curam non habet fidem negauit, diſtinct. 47. § neceſſe, verſicul. hinc etiam Paulus, facit. l. ſi filius, Cod. de patria poteſtate, & leg. vnica. C. de emenda. propinquo.

n Graduum. Secus, ſi ſint in ſuperioribus, quia liberantur à patria poteſtate ſaltem quo ad ſpūalia & quo ad percuſſiones, vt deferatur ſacro ordini, imo gl. c. cum voluntate, §. 1. eo. tenet ſacrum ordinem indiſtinctè liberare à patria poteſtate, quod non eſt verum, vt per Inn. & Hoſt. in c. andecotū, de æta. & qual. & per Abb. in d. §. fi.

Com-

alijs caſibus compluribus.[a]

Ex cauſa poteſt quis abſolui ab alio, quam ab Apoſtolico, h.d.

Quod autem ſupra diximus, ab hac excōicatione, ab alio, quā ab Apoſtolico, aut eius legato abſolui neminē poſſe, non eſt perpetuū. Nam ſi quis excōicationis latæ ſentētiæ vinculis innodatus, in mortis articulo[b] cōſtitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias,[c] aut alias iuſtas[d] excuſationes, ita vt ſine periculo Apoſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare, licebit diœceſano[e] Epō iuramento[f] ſecundum morem eccleſiæ recepto ſibi abſolutionis gratiam impartiri.

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, h.d.

Periculo tamen, & impedimento ceſſantibus q̃ cito commode[g] poterunt, ad ſedē Apoſtolicam ſe præſentabunt mandatum illius ſuper negotijs, pro quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi, & prout iuſtitia ſuadebit ſatisfacturi, alioqui ſi id facere contempſerint (ne temere & impune cenſuræ eccleſiaſticæ illudatur) ipſo iure in eandem ſententiam recidet quod generaliter conſtitutum eſt, quotieſcunque legitima ſubſiſtente cauſa[h] ab alioquis quam ab eo, a quo alias de iure abſoluendus fuerat abſolutionis beneficium conſecutus fuerit, & quibuſdam caſibus ſimilibus[i].

Si modica ſit illata iniuria clerico, vel qui intulit n̄ō prouectæ ſit ætatis, pōt Ordinarius abſoluere eū, qui incidit in Canonē latæ ſententiæ. h.d.

Itē ſi n̄ enormis, ſed modica et leuis[k] iniuria

a Compluribus. De quibus latè per Hoſt. in ſum. eo. §. quis poſſit excommunicare, ver. ſuper illo autem canone. & per gl. Io. ca. cum uoluntate, §. fi. eo. & alias ſæpe.

Quod autem. CASVS. Cum quidam fideles præſupponantur excōmunicati a iure ob diuerſos exceſſus, acceſſerūt ad epiſcopum loci, a quo petebant abſolutionē, qui videns exceſſus iſtos eſſe uarios & diuerſę grauitatis dubitauit de ſua poteſtate, quia licet ipſe dicat habere poteſtatem abſoluēdi niſi ſpecialiter prohibeatur, cap. nuper eodem, tamen grauiora dicuntur ſuperiori reſeruata, c. 4. de offi. legati. Qua de re Sol vt hic habetur, quia poteſtas iſta abſoluēdi fuit inferioribus prælatis & epiſcopis aliquando cōceſſa, & aliquādo denegata, ſecundum quod magis expediens erat pro ſalute fidelium, qui facilius retrahūtur à malo vna via quā alia, qua ratione conſiderata, nec etiam obiectio aliquid concludit, cum vtraque pars aliquando verificetur Not. primo, diuerſos caſus in quibus habetur limitatio eorum, quæ principi sūt reſeruata. Not. ſecundo, quod ceſſante cauſa finali ipſius legis, debet ceſſare etiam lex ipſa, quia cauſa dicitur anima legis. Not. tertio argument. iſtius textus in §. monachi, quod exceſſus intra monaſteria commiſſi non debent puniri extra, ne inde oriantur ſcandala, Nota, quarto, quod qui habet poteſtatem abſoluendi a iure, poteſt etiam cauſam delegare, cum expediens fuerit.

b Articulo. Cap. non dubium, cap. de cætero, cap. quod de his, c. quamuis, eod. c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. generalis enim reſeruatio abſolutionis non extenditur ad caſum mortis, c. eo qui, eodem in 6 per Ab. in c. paſtoralis. §. præterea, de offi. ordin.

c Inimicitias. Etiā ſi ipſemet dederit cauſam inimicitijs, nec. n. pōderatur quæ ſit cauſa inimicitiæ arg. l. ſnec timorē, ff. quod met. cauſ. & ca. veniens, de ſpon. & per Ab. ī c. de cætero, eodē vnde ſumitur, licet alias cauſa debeat eſſe iuſta, ut in d. ca. de cætero, & hic.

d Iuſtas excuſationes. In omni enim edicto rationabilis excuſatio excepta, c. ex parte, de offic. deleg. & ca. quando, de reſcr. fac. c. ea noſcitur, eo.

e Diœceſano. Et non alijs inferioribus, niſi fortè in ſumma neceſſitate, de quo dic, vt per Ab. in ca. monachi, eo. & in ca. de cætero, vnde ſumitur.

f Iuramēto. Cap. de cætero, c. quamuis, ca. q' de his, eo. & promittens in tali iuramento quod quā primū ceſſabit impedimentum ſe conſpectui Apoſtolico præſentabit, mandatum ſuper hoc exceſſu recepturus, c. ea noſcitur, in ti. eo. & hoc q̄ hic dr̄ intelligē ēt in alijs caſibus, c. eos, eo. ī 6. & per Ab. in d. c. de cætero.

g Cōmode. Non tamen deliſt. vel l. cōtinuus. §. dum ita, ff. de ver. obli. & fac. cap. eos, in 6. vnde ſumitur.

h Cauſa. De quibus cauſis in ca. ea noſcitur. & in c. de cætero, eo. & ſupra. §. prox.

i Similibus. De quibus in c. eos, §. fi. eo. in 6.

K Leuis iniuria. Quæ aūt dicatur leuis, aut grauis, iniuria erit in arbitrio iudicis. § atrox. Inſt. de iniur. fac. c. cum illorum, & quod ibi not. eod & per Spe. in ti. de lenon. §. nūc dicamus, ver quæ aūt dicitur,

fuerit clericis irrogata, inferens per epm [a] abſolui poterit.[b] Itẽ ætatis [c] intuitu iuris rigor manſuetudine temperatur. Vnde ſi in pueritia conſtitutus [d] in Canonem inciderit ſententiæ promulgatæ, ſiue ante, ſiue poſt [e] pubertatem ſeſe abſolui poſtulet, diœceſanus epiſcopus abſolutionis beneficium impartiri poterit [f].

Monachi ſe inuicem vel conuerſos percutentes, ſunt ab abbate vel epiſcopo abſoluendi. h. d.

Monachi quoque, & alij regulares quomodocunque [g] in clauſtro [h] ſeſe inuicem percuſſerint; non ad Apoſtolicam ſedem remittendi, ſed ſecundum prouidentiam proprij abbatis [i] coercendi erũt quod ſi abbas non ſufficit, epiſcopus [k] adhibendus erit.

Idem iuris ſeruatur in monialibus quod ſeruatur in monachis, h. d.

Simile [l] ſtatuitur de monialibus [m] nam ſi vel ſe inuicem, vel conuerſos aut conuerſas [n] ſuas aut etiam in clericos violẽtas manus iniecerint nec contra muliebris ſexus verecundiam [o] & regularis obſeruantiæ decorem peregrinari compellãtur per epiſcopum [p] in cuius diœceſi [q] monaſteria fuerint abſolutionem conſequuntur. Sũt & alij caſus [r], quib. ab alio quis, quã ab Apoſtolico, ab hac excommunicatione abſolui poterit, vt ex ipſis Decretalium libris facile apparere poteſt.

Ex cauſa certis caſibus abſolutio poteſt delegari, h d.

His autem quib. id certis [s] caſib. ex offi-

eatur, & per Abb. in c. peruenit, eo. vnde ſumitur.

a Epiſcopum. Sed non alius inferior, ut per Abb. in c. peruenit. eo. ante fi.

b Poterit. Quia leuis iniuria poteſt etiam leuiter emendari, c. cum dilecti, i. de accu. nec infamat, ca. cum te. de re iud. & intellige etiam de laicis leuiter clericis iniuriãtibus, ut per Ab. in c. peruenit. eo.

c Aetatis. Cap. fi. eo. unde ſumitur & d. 86. c. tãta, & c. eos, de conſe. d. 3. & 35. q. 9. c. ſententiã alijs quoq. reſpectibus tẽperatur iſte rigor, vt in d. c. fi. no.

d Cõſtitutus. Doli tamen capax c. pueris, de delict. puerialias iniuriã facere non poſſũt, pati vero, cle. 1. de hom. & 16. q. 1. c. illud, & no. in c. fi. eo.

e Siue poſt. Not. quod beneficium ſemel indultũ minori ex quo ſemel cepit hauere locũ non extinguitur per ſuperuenientiam maioris ætatis. Ita no. Abb. in c. fi. eod.

f Poterit. Ca. 1. c. fi. eo. c. ſi quis ſuadente. 17 qõ. 4. & per Ab c. 2. de delict. pueror.

g Quandocunque. Dum tamen nõ enormiter, vel in epiſcopum aut abbatem uel clericum ſæcularẽ manus violentas inijciant. c. cum illorũ. §. quid ſi clauſtrales, eo. & not. in cap. 2. eo. vnde ſumitur, & ſic ſecundum Ab. in d. cap 2 not. quod in verbis permiſſiuis, quantũcumque ſint generalia, ſemper intelligitur exceptus caſus enormis.

h In clauſtro. Idem & fortius, ſi extra clauſtrum quia maius eſt delictũ id facere in clauſtro vbi debet ſeruari ſilentiũ, nã violatur immunitas clauſtri, ſecundum Abb. in c. 2. eod. in fin. fac. cum pro cauſa, eo. & hoc tenet Io. Andr. poſt Ab. antiquũ. in c. cum illorum, eo. exprimitur autem clauſtrum ob frequentiorem contingentiam, ſic auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccl. fac. not. per Abb. in ca. 1. de inier.

i Proprij abbatis. Niſi monachum alterius monaſterij percuſſerit, hoc enim caſu vtriuſque monaſterij abbas concurrere debet in abſoluendo, & c. cum illorum, & canonica. eo. & no in c. 2. eo.

K Epiſcopus. Cap. 2. cum illorum, c. canonica. eo.

l Simile. Non tamen idẽ per omnia, quia in monialibus non excipitur caſ9 enormis, vt in monachis; ut in hoc §. in prima notula habetur, ſed epiſcopus illas indiſtincte abſoluit, vt in c. de monialibus, vbi no. Ab. eo. vnde ſumitur.

m De monialib. Vnde infert, ꝙ priuilegium canõ. ſi quis ſuadente diabolo. 17. qõ. 4. non competit ratione caracteris clericalis, quia ſi id eſſet, non cõpeteret perſonis hic enumeratis, ut not. & Ab. in c. monialibus, eo.

n Cõuerſas. Quæ nõ veniunt in appellatione monialium, licet illarũ in hoc priuilegio gaudeant, cap de monialibus, vbi not. Ab. eo.

e Verecundiam. l. 1. §. ſextum, ff. de poſt.

p Per epiſcopum impedit enim ſexus muliebris fragilitas, ne abbatiſſa poſſit moniales ſuas abſoluere, quia ſexui fœminino claues eccleſiæ nõ fuerunt commiſſæ, capitu. noua. de pœnit. & remiſſ. & traditur in c. dilect. de maior. & obed.

q Diœceſi. Sed quid ſi monaſteria eſſent in diuerſis Epiſcopatibus? & vna monacha percuſſit, monachum, vel monacham, vel conuerſam, vel clericum alterius diœceſis? Reſpond. conuenit vterque Epiſcopus, vt alter alteri delegabit uices, vt habetur in c. cum illorum, & c. de monialibus. eod

r Alij caſus. De quibus per Hoſt. in ſum. eo, §. ſi quis poſſit excommunicare. ver. ſecunda regula, & not. in c. fi. de offi. ord.

ſ Certis, quorum pars ſuperius numeratur, & notan-

notantur ad c.fi.de offi. ord.unde ſumitur.

a Ex officio. Puta ex officio legationis, cap quod translationem, & cap. excommunicatis, & c.nemini.de offi. del. Idem ſi quis habeat hoc ex priuilegio, vt Archidiaconus Bononiēſis, qui ex priuilegio abſoluit excōicatos in ſtudio Bononienſis, vel ibidem delinquentes vt no. in c.fi.de of fi.ord.

b Abſoluere: Qđ intellige non ſolū de abſolutione ab excōicatione, ca. ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4. verū etiam de aliis excommunicationibus, arg. ca cum dilecti, de confirma. vtil. uel inutil. & no. in c. fi. officio ordi. & ibi ſequitur Abb

c Poterunt. No. ergo, qđ nudū miniſterium eſt delegabile per ordinariū ea fi. ubi no de offi ord. Quid autem in delegato? Reſp idē ſe h bet, iuriſdictione, puta quia fuit delegatus in cauſa in qua tulit excommunicationem ſecus ſi ſibi fuiſſet delegata ſo,a duntaxat abſoluendi poteſtas. Et ſic procedit tex in c. fi. de offic. deleg. & ibi et Abb in c.fin. de offi ord Idem ſi alicui tale nudum miniſteriū competeret, ut notauimus ſup. in 1. notula de Archidiacono Bononienſi, & ita gloſſ. quam Abb. etiam ſequitur in c. fi de offi. ordin. & al. in d.c. fi. §. fi. de offi. deleg.

cio[a] cōpetit nō ſolū per ſe ipſos abſoluere[b] verūmēt aliis, cū expedire uiderint, huiuſmodi abſolutionē committere poterunt.[c]

Excōmunicatio iudicialis eſt, quam infert iudex, & cui cauſa committitur, omnia quę cauſā contingunt, cenſentur permiſſa. h.d.

Iudicis ſiue iudicialis[d] excōicatio eſt, quæ iudicis miniſterio infert. Iudicē autē hoc loco intelligimus nō ſolū ordinarium, verū etiā delegatū.[e] Nā ſi cui p Apoſtolicū cauſa etiam ſimpliciter delegetur, nec litteræ commisſionis de excōmunicatione quidquam contineant, poterit nihilominus delegatus, conceſſæ auctoritatis ratione contumaces (vt ſupra[f] diximus) eccleſiaſtica ſeueritate coercere.

Excommunicationis ſententiam debet præcedere monitio, & debet ferri in ſcriptis, ita ut cauſam contineat. h.d.

Quoties autē cauſa[g] ſuberit, at iudex ſubditū[h] ſuū eccleſiaſtica diſtrictione coerceat cū medicinalis,[i] nō localis excōmunica

Io. Bapt.

Iudicis. Hęc pars ſubdiuiditur in 2. particu. In prima habetur qui, & qualiter iudex procedere debeat excōicando, in ſecunda quid in dubio ſignificet terminus excōicationis, in 3 ib. ſed q̃ oporterit. Quoad primum caſus ita pot figurari. quidam iudex eccleſiaſt. ſciens nōnullos ſubditos ſuæ diœceſis volebat eos excōicare nō ulla iuris ſolēnitate obſeruata, ſi eorū exceſſus ſibi noti eſſent, tanquam iudicis idque putabat ſibi licitum ex rōne quod excōicatio eſt medicinalis, c 1. eo. in 6. & cū de hoc dubitatū fuiſſet. Soluit data prout hic legimus, quia ſi ſecus eſſet. daretur occaſio al. quē ſæpe, indebite condemnari & ſua defenſione priuari, quod repugnat iuri, & rationi. Non obſt. obiectio, quia licet excōicatio ſit talis tamen tamē non inferenda. Not. primo litteras alicuius commiſſionis, & mādati ſæpe de iure multa cōtinere, quæ in eis non ſunt expreſſa ſed uirtualiter ſubintelliguntur. Not. ſecundo, quod ſententia excōicationis, quæ ab homine eſt ferenda, ob contumaciam fertur, de qua re vide Doct. in c.1. de iud.

d Iudicialis. Incipit ſecundum principale membrum huius tractatus, nam hucuſque habitus eſt ſermo de excommunicatione Canonis, quæ quodam modo legitima poteſt appellari, nunc de iudiciali. Eſt & alia quædam ſpecies, quæ nec Canonis eſt, nec iudicialis, vt ſi cui Papa concedat priuilegium & poteſtatem excōicandi ſuos manifeſtos malefactores, de qua indulgentia habetur in cap. ex parte decani, iuncta gl 1. de reſc. & c ex parte, 2 ver. ſig. & per Inno. in c. venerabili, de cā ſib. & pōt concedēte etiam ſimplici laico hanc excōicandi poteſtatem, not. in capit. bene quidem, di. 96. & in c. tranſmiſſam de elec. & in ca. ab excommunicato, de reſcrip. alius autem nemo poteſt, nec conſuetudo, etiam immemorabilis, Ab. in cap. ſacroſancta. de elec. late in c. quāto, & c. fi. de conſuet. & de materia §. huius late Hoſti in ſum. eod. §. quis poſſit excommunicare, ver ne dum autem. & per Ioann. de Ligna. in tract. de eccleſiaſtica cenſura, §. 8.

e Delegatum. Cap. 1. & c. præterea, de offi. deleg.

f Supra Sed ſiue, ſupra de iudi.

g Cauſa Sed quid ſi excōicandi cauſa non ſubeſt. quid operabitur iniuſta excōicatio? Reſp. quo ad Deum nihil operatur, immo patienter toleranti acquirit meritum, c cum cæteri, de ſent. & re iud. in 6. & 11 q. 3. c. illud, ſed quo ad homines operatur: quia antequam relaxetur, debet excōicatus uitari, c cum contingat, de offi deleg. & c. per tuas eo & per Abb in ſup. eod. Sed tū non debet contemn. 11. q. 3. c. 1. no in c 1. eo. & in c. ſac ſancorum antiq latiſſime tū de hoc. per Didac. Couar. in c. alma mater. eo. in 6. §. 7 ver 11. in tertia concl. ad quem pro clara elucidatione huius materiæ excommunicationis eſt recurrendum.

h Subditum ſuum. Alias in non ſubditum non poſſet hac cenſura exerceri. c. a nobis, in f. eo. ſententia enim a non ſuo iudice lata non tenet. c. at ſi clerici, de iud. & 9. q. 2. per totum, & de hoc late per Hoſt. in ſumma, eod. §. quis valeat excommunicari.

i Medicinalis. Non mortal 22. quæſtio. 1. capitu. multi, & 24 quæſtio. 3. capit. notandum, & capit. 1. eod in ſexto, unde ſumitur, & quomodo hoc intelligitur, vide per Didac. confutantem Lutherum in capit. alma mater, in princ. verſi. 6. eadem

radice,

radice, numero nono, in ſexto.

a Competentibus: Non minus tribus, capitu. contingit, 2. & c. ſacro, eodem, & in c. 1. & c. cōſtitutionem. & c. ſtatuimus, eod in 6. vbi habetur, quæ ſit competens admonitio, & in c. reprehenſibilis, de appel.

Not caſum in quo extenſio fit in pænalib. contra communem reg. ſupra ad not.

g Cenſeatur? Eſt in prōptu. dubitandi ratio: quia in pænis mitior interpretatio eſt facienda, cap. in pænis, & c. odia, de reg. iur. in 6. l. ſi. de interpretatione ff. de pæn. Solui contrarium procedit in pænis corporalibus, & pecuniariis: excommunicatio autem non eſt propriè pæna, ſed animæ medicina, ut ſupra eod. §. prox. vel dic, quod contrarium non procedit vbi contrò uenitur periculū animę, c. iuuenis de ſponſ. & nota. in capit. 1. de ſcrut. in ord. fac. Vnde regulare eſt, quod in foro pænitentiali in dubio ſumatur interpretatio grauioris pænę Abb. in capi. 1. de iudi. ver. & ad hoc allego, Vel dic, quod hāc interpretationem induxit conſuetudo quæ valet admodum interpretando, capi. literis de ſponſ. l. Labeo, ff. de ſup leg. l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. ſed non eſt in vſu, ut iudices ferent minorem Abb in ca. ſi diligenti, verſi. ex qua glo. no. de foro compet.

tio eſſe debeat non aliter, quā cōpetentib.[a] præmiſſis monitionibus[b] ad huiuſmodi ſententiam deſcendet, quā etiam deſcriptā[c] re citatione proferet, ita ut cauſā,[d] ob quā profertur expreſſe contineat. Aliaque obſeruabit, quę tā generali[e] quā Lugdunenſi[f] concilio editis cōſtitutionibus sūt cōprehēſa, earū dē pænis, ſi cōtrafecerit, ſubiiciendus.

Iudex aliquem excommunicans in dubio cenſetur inferre maiorem excommunicationem. h.d.

Sed quæri poterit, ſi iudex illa verborū formula vſus fuerit, illū excommunico, vel ſimili, qua de maiori, vel minori excōmunicatione quidquā non expreſſerit, ultra magis, quis excōmunicatus cēſeatur?[g] Et reſpōſū eſt nō tātū minorē, ſed etiā maiorē cēſeri p iudicē illatā, quam non modo a ſacramētis, & fidelium participatione excluſio, ſed alii præterea multi conſequūtur effectus.[h]

Cōmunicatus excommunicātis, incidit in excommunicationem, & iudices curare debent, quod excommunicati ab actibus legitimis, & commercio aliorum abſtineant. h.d.

Quorum ille prætereundus nō eſt, quod

b Monitionibus. Sed vtrum poſſit quis conuenire & obligare ſe, ut poſſit etiam ſine monitione aliqua excōmunicari? Reſpon. non, ut not. per Hoſt. & Abb. in cap. P. & G. de offi. dele. uer. quo ad ſecundum, hæc autem verba, Præcipio ſub pæna excōmunicationis, non inducunt excommunicationem, ſed monitionem, ut per Bar. in c. clericis, de ord. ab epiſcopo, qui renunc. epiſcopatum.

c Deſcripti. Not. caſum, in quo actus requirit ſcripturam de neceſſitate, de aliis habes in c. 1. de cenſi. in 6.

d Cauſam verbi gratia, quia perenptorie citatus coram nobis renuit comparere, vel quia iuſſus intra talem diem Titio ſoluere facer recuſauit, ut not. in c. 1. eod. in 6. & licet cauſa ſit falſa, ligat nihilominus, vt not. in dicto capitulo primo, & per Abb. in cap. per tuas, eodem.

e Generali. Cap. ſacro.

f Lugdunenſis. Cap. 1. eod. in 6.

Sed quæri poterit. CASVS proprie non figuratur, dubitauerunt tamen quidam ſcholares de ſententia excommunicationis lata a quodam imperito iudice ſub huiuſmodi verborum forma. Ego te excommunico ob exceſſus ante commiſſos, an videlicet iſte dicatur in dubio excommunicatus maiori vel minori excommunicatione: in pęnalibus enim interpretatio eſt facienda in fauorem rei, capitulo in pęnis, de regu. iur. in 6. l. penult. ff. de pœnis, in contrarium facit natura excommunicationis, quæ eſt, vt ſit medicinalis, cap. 16. eodem in 6. Solu. ut hic legimus, & ratio eſt, natura, vt dixi, excommunicationis. Non obſtant iura in contrarium adducta, quia ob naturam iſtam debent limitari, & locum habent ſolum in illis pęnis, quę non ſunt medicinales,

h Effectus. De quibus per Hoſtien in ſumma. §. quis ſit effectus, & per Ioan. de ligna. in tract. de cenſura eccleſiaſtica. §. 13. & ſeq inter alios eſt. q excommunicatus non poteſt alium excommunicare, Butr. in cap. cum clericis, de ord. ab epiſcopo, qui renum epiſcopa.

Quorum Ille. Hæc pars ſubdiuiditur in duas partes, in quarum prima habetur, quid iuris de communicantibus cum excommunicatis; in ſecunda vero ad not. qualiter quidam poſſint impune communicare cum excommunicatis, ſecunda ibi, interdum: quoad primum licet poſſet ſubdiuidi in alias particulas, quoniam tamen commode poteſt in ea caſus in commune figurari, propterea eſt adnotandum, quod quidam fidelis fuit excommunicatus maiori excommunicatione, & propterea ex parte ſua clari eſt iuris, quod non poteſt cum aliis communicare, cæterum alii fideles communicabant cum eo in locutione, in iudicio, ſub prętextu quod ipſe

dat

quamdiu de excõicatorum abſolutione le-gitime[a] non conſtat,[b] qui cum ipſis cõmu-nicauerint, ipſi quoq; nullo obſtante priui legio[c] ipſo iure[d] excommunicationem in-currunt,[d] decretumque[f] eſt propterea, vt ab eccleſiaſticis, iudicib. ſęculares[g] iudices canonica præmiſſa monitione[h] eccleſiaſti-ca cenſura compellantur, vt excõicatos ab agendo[i], parrocinando,[k] & teſtificando[l] in ſuis curijs & iudicijs repellant.

Defectu, qui obuenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum, h.d.

Dubitatum[m] tñ fuit, num is, qui excõica to in locutione, vel oratione[n] ſcienter com municat, excõicatum ipſum à iudicio con-tra ſe inſtituendo ſummouere poſſit.[o] cum

fit cautionem iuratoriam de parendo mand. [illegible]is, & ideo et in ſepultura, item ſub prætextu q[uo]d ab eccleſia non fuit denunciatus, licet alias n[un]quam talis eſſet diffamatus, non cõicabant t[ame]n in crimine, nec in contemptum eccleſiæ, & [p]uta-bant ipſum corri gi, & per debitam monitionẽ emen dari, vnde dubita tũ fuit an iſti mo dis prædictis cõi-cantes, incurrant propter id aliquã pęnam, in fauorẽ enim iſtorum pri mo facit quod ex cõmunicatio nõ ipſos, ſed illum videtur afficere, & [n]õ diſpoſitũ in odioſis confirma tur per leg. ſanci-mus, Cod. de pœ-nis. ſecundo cum in eis non appa-reat culpa aliqua delicti, ut conſtat ex qualitate facti neq. debẽt aliqua pœna puniri, ſupra enim ſæpe eſt dictum pœnã præſupponere culpam. Cæterũ. ſolu. prout in tot. hac par. legimus, quia ſi aliter eſſet, excõicatio red deretur nullius valoris. Ad hoc.n. vt excõicationis medicina ſanare valeat, fuit neceſſariũ indirecte, & per accidens reliquos fideles ita legare, ne cõi-cent cum excõicatis, hinc intelligimus primam obiectionem non concludere, vel ob naturam ex-communicationis vel ob rationem aſſignatam, ne que et obſtat ſecunda, quia cum canones prohi-beant ne fideles communicent cum excommuni-catis, ſi poſtea ipſi communicant, committunt ex-ceſſum, & ſic conſtituuntur in culpa, & conſequẽ ter efficiuntur digni pęna Not. primo, ꝙ pęna ali-cui impoſita per accidens, aliquando extenditur ad extraneos, facit c. poſtulaſti. de Iudæis. No. ſecũ do proprium effectum excommunicationis verifi cari etiam poſt mortem excommunicati Not. ter tio, quod communicare cum excommunicatis cõ tingit tripliciter, videlicet, aliquando ſimpliciter, & aliquando in delicto, & aliquando in contem-ptum eccleſiæ No. quarto, quod excommunicatus poteſt iterum excommunicari.

a Legitime. Per literas Papæ vel eius uicẽ geren-tis, vel alio modo c. ſicut, eo Sed an ſufficiat unus teſtis? Et videtur ſufficere, argu. c. nobiliſſimus, d. 97. quod ſatis admitti poſſet, ſi nemini fieret præ-iudicium, quod nõ videtur hoc caſu, ſecundũ ea. quæ no in d. c. ſicut, vnde ſumitur, ſecus tamẽ eſſet in foro pęnitentiali, quia ipſi etiam abſoluto cre-deretur, de conſ. diſt. 4. c. cum itaque, & c. ſi nulla, & per Abb. in d. c. fin.

b Non conſt[at]. Semel enim excommunicatus ad huc præſumitur excommunicatus, cap. propoſuit. de cle. exc. mini. cap. ſemel malus, de re iu. in 6. & q[uo]d ibi no. & per Ab. in c. propoſuit, de cle. ex. mi. c. Priuilegio. Immo contra de c. cum voluntate, & c. quod in dubijs, & c. inter, eo. & de §. vxores, & §. mercatores, inf. e Sol. intellige hoc de priuilegio non clauſo, in corpore iuris, ut per Abb. in c. ſicut. eo. unde ſumitur qui intelligere vr̃ illum tex. ge-neraliter de quolibet excõicato, licet gl. ibi videa-tur intelligere prout iacet litera ſ. quod non valet tale priuilegium reſpectu cõionis habendæ cũ excõ municato ex diſpoſitione, c ſi qs ſuadẽte diabolo. 16. q 4 Sed an idẽ dicendum ſit de excommunicato, quod teneatur a-lium excõicatum vitare? Et non vi-detur, quia pœna nõ videtur poſſe locũ habere, per ea, quæ fac. Bar in l. mancipia. C. de fur. Cõiter cõtra. Nam quod nõ p̃ſtat priuilegium, non præſtabit ex-cõicatio, Ab in c. nulli, eo. vnde ſu-mitur, & habetur in c. illud, de cler excom. min nec eſt uerum, quod pœna non poſſit habere locum in iam excommu-nicato, §. quod ſi pluribus, & ibi no. infra eod. nec vera eſt doctrina Butrigarij, ut per Feli. in c. non-nulli, nu. 1. c 4 de reſcript.

d Ipſo iure Cap. cum excõicato. 11. q[uæſti]õ 3. vbi not.

e Incurrunt. Not. haberet locum hoc in Papa, ut per Doct. in c. ſicut, eo fac cle ſi ſummus eo. Item ſi communicaret quis excommunicato, qui eſſet toleratus, quia nõ eſt uitãdus, niſi in occulto Ab. in c. tanta, de ſimo. §. ſed & ſi qui. inf eod. Item in eo, qui denunciatus quidem eſſet excõmunicatus a prælato: conſtaret tamen hoc non eſſe uerum, pu ta quia excommunicatio eſſet inualida, puta, tam-quam lata poſt appellationem, vt per Abb. in c. di lectis, de appellat. & alijs pluribus caſibus, de qui-bus in §§ ſeqq

f Decretumque. Ca. decernimus, & c. conſtitutio-nem & c. ſtatuimus, eo in 6.

g Sæculares. Quorum poteſtas eſt minor eccleſia-ſtica, c ſolitæ, de maio. & obe. & no in c. decerni-mus, eo. in 6.

h Monitione. Erit autem hoc caſu canonica mo-nitio, ſi alijs ritè ſeruatis eos qui monentur expri mat nominatim, vel indubitabilibus indicijs, ac modis, c. conſtitutionem eo. in 6. & quod ibi not.

i Agendo. Et reconueniẽdo, non aũt a defenden-do, c. cum inter priorẽ. de except. intelleximus, de iud. & no in c. decernimus, eo. in 6 vnde ſumitur.

K Patrocinando. Hoc verbum, tam aduocati, quã procuratoris includit miniſteriũ, ut no in c. decer nimus, eod. in 6. & intellige non ſolum pro alijs, ſed nec pro ſeipſo, vt ibi not.

l Teſtificando. Cap. veniens. 2. in fi. de teſtibus.

m Dubitatum. ſ. in c. a nobis de exce. vñ ſumitur.

n Vel oratione Id eſt ſecum orando, 11. q. 3. c. cum excõicato, & cap. nuper, & cap. a nobis. de except.

o Poſſit. Videtur enim non poſſe, cũ enim prius

com-

communicauerit ei, non videbatur poſtea ei obijcere poſſe excommunicationem, cum illius mores approbauerit, c. nulli, de accuſ. c. quemadmodum, de iureiur. l. ſi vxor. in fi. ff. de adult. l. Pomponius. 1. ff. de neg. geſt. 8 q. 2. ca. dilectiſſimi 32. q. 5. capit. horrendus. Item nō debet quis obijcere, quod ipſa noluit ſeruare, ca. pro illorū de præben. c. cum eccleſiaſticæ, de excep. c. an ſit de appell. Contrarium deciditur in cap. a nobis, ratione ꝗ quã ibi, & in hac littera, & contraria nō procedunt ubi approbatio non dependet a voluntate approbãtium, vt eſt hoc caſu, ut per Abb. in dicto c. a nobis.

per Abb. in capitul. deſideres.

d Ex conſuetudine. Et ad cautelam potius, quam ex rigore canonum. c. cum deſideres, eo. & habetur in cap. ex tenore, eo. Vnde inferri poteſt, quod iuramentum non eſt de forma abſolutionis, de quo in d. ca. cum deſideres, & per glo. & Doct.

ille communionem huiuſmodi contra eum replicet, & cum his, qui impetitur a ſacramentorum [a] perceptione ſit remotus: alius vero et à fidelium communione [b] replicatione minime ſuffragante iudicium procedere non poterit.

Excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem, etiamſi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis eccleſiæ, et epiſcopus ei communionem reddiderit. h. d.

Nec ideo magis agere volēti cōicari [c] poterit quod ipſe ex cōſuetudine [d] de parendo mandatis eccleſiæ iuratoriam dederit cautionem, eique cōionem epiſcopus reddiderit, aut quod eos cum quib. participant poſt modum impugnauit; nam niſi poſt iuramētum præſtitum ſecundum formam eccleſiæ abſolutus fuerit, nec cautio, nec perperam [e] reſtituta communio quidquam proderit.

Cui non communicamus viuo, nec mortuo cōmunicamus, h. d.

Quod ipſum obtinet etiam, ſi poſt prædicta morte quis præuentus abſolutionis beneficium obtinere non potuerit, [f] nec enim is, cui viuo non communicamus, defuncto communicabimus. [g]

Excommunicatus, ſi ante mortē oſtenderit ſigna pœnitentiæ, etiam mortuus pōt abſolui. h. d.

Plane ſi de mortui pœnitentia per euidētia ſigna [h] dum viueret conſtiterit, defuncto quoque abſolutionis beneficium à proprio iudice impendendum [i] erit, hæredeſ-

a Sacramentorū. Cap. ſignificauit, de ſen. exc. cōtra. Solu illud vr̄ eſſe ſpeciale in excōmunicatis.

a Papa Vel poteſt habere locū quando cōmunica ei, pro quo eſt excōmunicatus, c. nuper, & c. ſi concubinæ. eo. Vel fuit excommunicatus cum omnibus fauoribus ſuis 11. q. 3. cap. excellentiſſimus.

b Communione. Idē ſi & excipiēs excōmunicatus, ſit maiori, ſecūndum Doct. in c. 2. nobis, & in ca. cū inter, de except. oīs. n. defenſio excōmunicatis cōpetit ſiue realis, vt peremptoria, ſiue perſonalis, vt contra iudicem cōpetentē, ſiue ſit declinatoria, ſiue cōperat ratione temporis feriati, vel loci incompetentis, uel reſcripti ſurreptitij, uel inepti libelli, ut late in d. c. a nobis.

c Communicari. A quocunque etiam epiſcopo, ut in cap. cum deſideres, & ibi Abb. eod. unde ſumitur, quia cum debeat alios prohibere, non debet ipſe hoc facere, l. altius. ff. ſi ſer. uind. cap. vnico, de na. ex lib. vent. ubi de hoc. §. hæc autem omnia, in fin. authen. vt differentes iudices, capitul. in canonibus 16 quæſt. 1. Aliud in Papa, ratione, de qua

e Perperam. Hoc ideo, quia non poteſt epiſcopus ex propria voluntate neglecta abſoluēdi forma aliquem abſoluere, & ideo licet per cōionem ſuam illi redditam haberi pro abſoluto, hoc tamē nō poteſt licet ſecus ſit in Papa, vt per Abb. in c. cum deſideres eo.

f Non potuerit. c. a nobis. 2. eo.

g Communicabimus, Capi. ſacris, eo. & §. non tamē ſupr. de ſep.

h Sign. Sic c. a nobis. & c. ſacris vnde ſumitur.

i Impendendum. Sed cur abſolui pōt qs poſt mortem, c. a nobis, 2. c. ſacris, eo baptizari non pōt, arg. 32. q. 7. c. licite? Reſpo. excōicatio percutit non ſolum aīam, verum & corpꝰ reſpectu ſepulturæ, ſecus baptiſmus, quia animā tantum reſpicit, ut notat in d. c. a nobis licet aliter ibi dicat Hoſt. quē refert, & impugnat Abb. dicens ibi per eū. Et infertur ex rōne ſupradicta quod ex quo nobilitas eſt corporis principaliter, qđ poterit quis poſt mortē nobilitari, ſeu gradū militiæ recipere, quod tenuit Bar. in l. 1. C. de dign. li. 12. Sed an poterit poſt mortē et Doctorari? Abb. in d. c. a nobis. refert ſe ex facto interrogatū reſpondiſſe, ꝙ nō, quod doctoratus potius virtuti aīæ tribuatur, quam corporis. l. magiſtros, C. de profeſ. li. 11. ergo ſi quid eſſet quod ad corpus pertineret, poſſet etiam doctorari mortuus, puta ſi doctores haberent honeſtiorem ſepulturam, ſi deſcendentes ex doctorib. certis priuilegijs gauderēt, et ſcholaris

dece-

decederet poſt recitatione̅ punctorum beneſacta, Puta, caſu & morte repentina.

a Hæredeſque. Etiam ſi nihil ad eos peruenerit cap. ex literis de rapt. cap ſi. de ſepul. vbi de hoc diffuſe per Abb & alios, & nota. in cap. a nobis. 2. in fin eo.

non ab homine, per illum tex.

i Toleratus. Ex quo enim non poſſumus eum conuincere de excommunicatione, non debemus eum vitare in publico cum dedecore, & infamia ſua, argum. 6. q. 2. c. ſi tantum, & cap placuit, fac. le. diffamari. C de ingenuis manu. & ita Abb. in capi. cum non ab homine, eod.

queª eius, vt pro ipſo ſatisfaciant, ſi ſponte nolint, eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non poſſumus communicare, niſi ſe purget. vel ad cautelā ſe faciat abſolui, & toleratus ab eccleſia non debet uitari, niſi in occulto, h.d.

Sed etſi, qui pro ſacrilega[b] manuum iniectione in edictum[c] excommunicationis incidit, denunciatus[d] quidem non ſit, ſed cōicato cōmunicatū de patrato ſcelere publica laboret infamia.[e] Nemo ſibi pari ratione cōicare debet, niſi vel ad arbitrium epiſcopi de hoc ſe purgauerit,[f] vel ad cautelam[g] abſolutionis beneficium conſequatur, niſi forte ſoli[h] tibi de facinore cōſtet, hoc.n. caſu quamdiu toleratus[i] ab eccleſia priuatim tantummodo à te vitandus erit, vt ſaltem verecundiæ[k] rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur.

Participatio criminoſa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione, h.d.

Sed multum[l] intereſt, qualiter excommunicato communicetur, nam ſi quidem crimini, & criminoſo communicarit quis, conſilium puta auxilium[m], vel fauorē impendendo, vel forte[n] cum clericis ab Apoſtolico excommunicatis ſcienter, & ſponte participauerit, & ipſos in officijs receperit, eadem excommunicationis ſententia inuoluetur, qua illi ipſi ſunt obſtricti, quibus cum ita ab eo communicatum fuit.

b Sacrilega. No. ſacrilegium cōmitti per iniectionē manuum in clericum, ca. cum non ab homine, eo. vnde ſumitur, & quæ ibi not Ab.

c Edictum. Ca. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.

d Denunciatus. Cap. cum non ab homine, eadē 7. q. 1. c. ſi tantum, & c. placuit nec. n. q. ſcit, amplius certiorari debet le. 1. ff. de act. emp. l. 1. ff. de dot. præla. & diſt. 93. c. ſi inimicus, & excommunicatio trahit ſecum executionē, c. paſtoralis, de appell. & denunciatio non fit, niſi pter ignorātes, & ad inducendā certitudinem, ut no. in d ca. cum non ab homine.

e Infamia. Nota caſum, in quo fama probationem facit, fac. ca. illud de cler. exc. mini. Itē matrimoniū, quoq; impedit, fama, c. ſuper eo, de conſang. & affi. & not. in ca. cum deſideres. vnde ſumitur.

f Purgauerit. Sed tamen & ante purgationem debet uitari, quicquid dixerit Inn. & ita tenet Abb. in cap. cum deſideres, eo.

g Cautelam. Capit. ad præſentiam, de appellatio. c. venerabilis, & c. cum deſideres, eo. de conſec. d. 4. c. nullam, arg. quod per hunc modum fama tollatur.

h Soli tibi. ſic in ca. cum non ab homine, de ſenten. excom. contra Inn. in ca. inquiſitioni, de accu. qui videtur tenere, quod id quod hic dicitur, habeat locum cum notorium eſt de excommunicatione, nec ſufficere, quod multis pateat, argum. 2. quæſt. 1. cap. multi, quod improbat Ab. in dicto cap. cum

k Verecūdiæ. Quæ apud bonos multum operatur, leg. Quintus ff. mād. l. iuſta, ff. de man. vind.

l Sed multum, & ca. Sumitur ex c. nuper. §. in ſecunda, eo.

m Auxilium. Idē ſi cōſilium. Nam & ipſum ad eandem pœnam obligat, ad quam factum ipſum conſultum, ca. nuper, §. in ſecunda, eo. ſecūdum ea tñ quæ Canoniſtæ in ca. nullus ex cōſilio, de re iud. in 6. & per Legiſtas in l. non ſolū, §. ſi mādato, ff. de iniur. & alibi ſæpe.

n Vel forte. Sumitur ex cap. ſignificauit, eodem, cuius multiplex eſt intellectus, ſecundum communem tamen quinq; requirūtur ad hoc, vt habeat locum quod ibi, & hic dicitur, & quod participantes ſint clerici, ut hic, ibi cū clericis, quod ſciēter participauerint ut ibi, ſcienter, quod ſponte, quod is, cum quo participatur ſit excōicatus a Papa, ibi ab Apoſtolico: demum quod in diuinis officijs, licet alij aliter, vt late per Abb. in dicto cap. ſignificauit.

o Sponte. Inno idem, ſi per metum c. ſacris, de his quæ ui, metuſue cauſa fiunt, & ſecūda quæſtione prima. c. in primis. licet talis mitius, puniatur, ſecundū Abbatem in ca. 2. de del. puer. Sed incurret excommunicationem, ſed nō eandem, qua implicitus eſt excōmunicatus a Papa, ſi illi communicet, ſed minorem duntaxat, & ita is quoque mitius punietur.

Cum

Abſolutio pertinet ad eum, qui damnauit, h.d.

Cumque [a] rõne damnati criminis in eũ, qui damnauit, delinquere videatur, merito ab eo, vel (ſi detur [b]) eius ſuperiore, iuramẽto præſtito, delicti tunc erit abſolutio [c] requirenda. Et idem ſtatuetur, ſi qui cum participibus [d] excommunicati fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminoſa alligat participantem minori excommunicatione, a qua per ordinarium abſolui poteſt. h.d.

Quod ſi aliter, puta, in choro, in menſa, in oſculo, aut ſermone [e] excommunicatus fuerit, tunc minor latum incurritur, & nulla interueniente iuratoria cautione a proprio ſacerdote, vel epiſcopo abſolutionis beneficium obtineri poterit, quamuis.n.& tunc non iudicis, ſed iuris ſententia excõicato communicans ſit illigatus: quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, [f] eo ipſo relaxandi facultatem alijs conceſſiſſe videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem, hoc dicit.

Hoc tamen [g] tunc obtinet, cũ non in contemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ cum excommunicatis quis cõmercium habuerit: nam qui contra prohibitionem [h] ſui præſulis [i] excommunicatorum communioni ſeſe ingeſſerit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori, indureſcat in ea poterit excommunicari maiori. h.d.

Quod ſi ex locutione, [k] & alijs ſimilibus minori excõicatione irretitus fortius indureſcat, [l] poterit iudex poſt canonicam [m] monitionẽ etiam maiori [n] excõicatione, & cõſimili participantẽ illigare, Quod & in Iu

a Cumque. Cap. nuper §. in ſecunda. eo.

b Si detur. Hoc propter Apoſtolicum cuius ſuperior non dicitur.

c Abſolutio. Sed cur quemadmodum ad alienum parochianum extenditur excommunicatio, non item & abſolutio? Reſp. vt no. in c. nuper, de ſen. excom.

d Cum participibus. Cap quod in dubijs, eod vnde ſumitur, & ibi Abbas. Hodie tñ hanc excommunicationem, ſcilicet. Excommunico tecũ tuis participibus, nullus ferre poſſet citra Papam, niſi ſeruatis quibuſdam ſolennitatibus, & monitionibus, vt in c. ſtatuimus, & ca. conſtitutionẽ, eo. In 6 & per Abba in d. c quod in dubijs.

e Aut ſermone. In iſtis enim cõmunicans non dicitur excommunicato, in crimine cõmunicare, ſed extra, vnde propter hoc non eſt ligatus eadem ſẽtentia cum illo, vnde ſi contra ipſum in accuſationem proſiliret, excipere poterit cõtra illum, nec replicatio communionis habet locum. cap. a nobis de except. & not. in ca. nuper, eod. vnde ſumitur. Sed nunquid dando eleemoſynam excõicato, incidat quis in excommunicationem, quẽdmodum communicando ideo in choro, & officijs diuinis? Reſp. non ſi excõicatus valde indigeat. c. quoniam. 11. q. 3. & per Ab. in c. veritatis, vet. non enim potuit ſe per iuramentum, & c. de dolo & contu.

f Retinuit. Similiter prætor magiſtratib. quædam committit ſ. cautiones, & in poſſeſſionẽ mittere ex primo decreto ex cã damni infecti, ſed miſſionẽ ex ſecundo decreto ſibi reſeruauit. l. iubere caue re. ff de iuriſd. om. iud. Et eſt argu. epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita, arg. c. cum apud, & 16. q. 1. c ſunt nonnulli. & conceſſum videtur quod non eſt prohibitũ l. nec non. ff. ex quibus cau. maio. & de hoc not in c. dilect. de tẽpo. ordi & plene per Abb. in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic.

g Hoc tñ. Sic c. ſi. §. ſi. de cler. excõmun.

h Prohibitionẽ. No. quod cõtemptus auget delictũ, vnde veniens contra legẽ conſilij, licet alias non peccet, niſi forte venialiter, veniẽs tamen ex contemptu peccat mortaliter. vt not. in ca. quis aũt. diſt. 10. & ibi Domi & p Ab in c. 1 de conſti. & in c. 1 de vi. & hone. cle. & per Io. And. in ca. dile. ſuper verbo contẽptis, de ſen. excõ. in 6. Qñ aũt quis dicatur ex cõtemptu facere, habetur per Domin. in c. nullus. d. 50.

i Præſulis. Simile in c. 1. de matrim. contract. contra interdictum, &c.

K Locutione. Sumitur ex c. ſtatuimus, eo. In 6.

l Indureſcat. quia videntur, & ſuſtinẽt ſe habere conuerſationẽ hominũ quam non deberẽt hr̃e, & inter homines grauis eſt pœna. l. hi qui ſanctam, C. de apoſt.

m Canonicã monitionem. Quæ autem ſit canonica monitio dr̃ ſtatim in §. ſeq. & in c. cõſtitutionem, eo. in 6. & ſi ferret' talis excõicatio omiſſa tali monitione, eſſet nulla, c. ſtatuimus, eo. in 6. licet alias citationis omiſſio nõ uitiet excõicationis ſñiam, c. ſacro, eo. & no. 3. q. [illegible] nitum, & per Ab. in c. 2. de exce. præl. licet aliæ ſententiæ ſint ipſo iure nullæ. 3 q 9 & c cauea t. & c. 1 cle. cau poſ. & propr.

n Maiori, vt creſcente contumacia, creſcat etiam

poena

ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs obſeruandum erit.

Quæ ſit monitio canonica, h.d.

Tunc autem canonica cēſebitur eſſe monitio [b], ſi competentibus interuallis atque alijs [c] rite obſeruatis, eos qui monentur exprimat nominatim [d].

Ignorantia excuſat participantem cū excommunicato, h.d.

Interdum [e] tamen excommunicato communicans neutrius excōmunicationis vinculo obſtringitur, vt accidit in eo, qui cum illo conuerſatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter [f] ignorabat.

Epiſcopi debent propalare nomina excommunicatorum, h.d.

Vnde vt excuſationis [g] cauſa oībus auferatur, prouidere excōicatorum debent epiſcopi [h], vt omnium nomina, tam ſuis parochianis, quam vicinis epiſcopis pariter indicent eaque in celebri loco poſita [i] pro forib. eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcent, vt hmōi adhibita diligentia excommunicatis eccleſiaſticus aditus adimatur.

Omnes, qui ante prolationem ſententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam poſt. h.d.

pœna ca. quoniam in 5. diſt. 31. & c. quoniam §. ſi. vt lit. non conteſt.

c Competens iudex. Competens autem eſt Papa, c. tanta. de exce. prælati. Legatus, capit. nouit. de officio. legat. Delegatus. ca. quoniam, de offic. ordin. Qui non habent iuriſdictionem ab epiſcopis, ſed a collegiis, ut no. in capit. Archidiaconus, de offic. archid. Epiſcopus cū Capitulo, capi. 1. de his, quę fiut a ma. parte capituli electus, & confirmatus, quamuis non conſecratus, c. tranſmiſſam, de electio. uacante eccleſia capitulum. c. graue. de offi ordi. alii quoque, ut per Io And. in ſuo tractatu de interdictis, coll. ver. inter dicit Papa.
d Caſtro, & uillę. Capitulo cum in partibus, de uerb. ſignificatio. unde ſumitur, etiam ſi in uilla non eſſet niſi una eccleſia, quia tamen eſt apta habere plures eccleſias, dicitur ſaltem aptitudine continere uniuerſitatem. Quod facit ad interpretationem extrauag. Bonifacii quæ incipit. prouide, ſub titul. de ſentent. excommunicati. ſecundum Abb in dicto capit cum in partibus. & per Ioann. Andr. in tractatu de interdictis. poſt. prin numer 10. & Plou. in ſuo tractatu princip.
e Speciale. Ioa. And. in ſuo tractatu de interdictis nu. 10. in prin. & per Nic. Plou in ſuo tractatu poſt princip.

Et ſi quidē, Licet hæc pars poſſet diuidi cum in ea tria ſoluantur dubia, vt dixi, qm̄ tñ in omnibus poteſt caſus in cōi adnotari, propterea ſciendum eſt, quod cum interdicta ſit aliquando ciuitas, uel alius ſimilis locus ſimpliciter, aliqñ uero non interdicitur ciuitas, ſed populus eius, quæritur an interdictum, interpretatione extendatur, & illi de populo alibi audire valeant diuina ob cōionem, quę eſt inter excommunicationem, & interdictum de qua eſt tex in prin. eiuſdem titu. uidebatur huiuſmodi interdicta eſſe extendenda, ſicuti excōicatio cap. pen de ſententia excommunica. in contrarium uero facit ſummopere natura interdicti, quod eſt pœna diſtincta ſpecie ab alijs, vt præſupponatur in iure. Cæterum Solu ut hic habetur, quia in eius executione, eſt ita procedendū, ut uidelicet diſciplina eccleſiaſtica in hac parte in ſua dignitate conſeruetur, & ne interdictum cōtemnatur, ut etiam in textu legimus, qua ratione obſeruata, intelligimus etiam obiectionē aliquid non concludere, cum ſecundum qualitatem caſuum ipſa verificetur aliquādo, & aliquādo limitetur. Nota. 1. quod appellatione ciuitatis etiam ſuburbia intelliguntur, & continentur, ſic appellatione eccleſiæ capella, amplia in fauorabil. ut uidi hoc anno in practica conceſſionis cuiuſdam indulgentiæ, & uide qđ docet Abbas in ca. Rodulphus. de reſcript. Nota. 2. quod appellatione populi non intelligit clerus neq; contra. Nota 3. caſum in quo appellatione vniuerſitatis intelliguntur perſonæ ſingulares ratione qua ſunt perſonę priuatæ.
f Suburbia. Facit l. 2. l. ædificia. l. vt Alphenus, & l. qui in conuenientibus. ff de verb. ſig.
g Contemni Cap. ſi ciuitas. vnde ſumitur. & ca. ſi ſententia, c. cum inter uos, de conſuet. vnde nota. quod ſumenda eſt interpretatio per quam diſpoſitio non poſſit reddi eluſoria.
h Contiguis. Sunt autem contigua quorum extrema ſe inuicem contingunt, fac. notata per Ioā. Andr in c. vni de conſec. eccl. vel alt. in. iux. glo. ſuper verbo, contigua
i Sepeliri. Cap. ſi ciuitas, in fi. c. is cui. 2. reſpon. de ſent. excō. Sed pone tempore interdicti aliquē in loco ſuppoſito interdicto ſepultū & poſtea reuocatum interdictum, an talis exhumandus? Reſpond.

ſpond. non ſit penitens in c. fin de exceſſ. prælat. q... ria res deuenit ad eum caſum, & ca. Contra not. Ho... ſt in ca. conſuluiſti, de conſec. eccleſ. vel alta. uide quo... d no. in Cle. eos, de ſepu.

... ANTO TIMO. Colligit glo. in capit. miror. 27. quæſtio. 4. quod non ſolum, qui commiſit crimen, ſed & eius familia poſſet priuari ſacramentis, & excommunicat ex eo, quod pro crimine cuiuſdam Bonifacii D. Auguſtin. in dicto canone interdicat etiã oblationes domus eius, q̃ cietieus ſuſcipe..., quam opinionem glo. ibi, non exiſtimat veram, ex quo D. Aug. eo in loco licet propter grauitatem delicti communionem ... interdicat ei, qui crimen commiſit clericis autẽ prohibeat, ne oblationes domeſticorũ eius recipiant non dicitur, propterea quod eos excommunicet, aliud eſt enim excommunicare aliquẽ aliud vero oblationes eius non recipi ab eccleſia. Patet in meretricibus, licet enim eccleſia eas non excommunicet, earum tamen oblationes recipit prohibet ob criminis deteſtationem. vnde ex illo textu nõ videtur id colligi poſſe, cum id non dicat, & cũ habeamus regulam in contrarium, quod quis non debet excommunicari pro peccato alterius. per. tex. expreſſum in d. cap. ſi habes. 24. qu. 3. licet plene poſſet interdici. Vt colligit auctor in ſummario huius §. ſed & ſi.

Reſpectu perſonarum interdictum eccleſiaſticum eſt ſtrictè interpretandum. h. d.

At nõ ſicut in locis ita & i[a] perſonis lata ſi interpretatio, ideoq; ſi ſententia interdicti proferat' i populu', clerus[b] ĩterdictus nõ intelligit', nec econuerſo.[c] Vnde ĩterdicto alterutro ad diuina, licite alter admittitur.

Licet unus pro delicto alterius poſſit interdici, excommunicari tamen non poſſ. h. d.

Sed & ſi ꝑpter delictũ domini [d] (nã pro pecuniaria cauſa ſine ſpecialiſſedis Apoſtolicæ, & per patentes litteras expreſſa licẽtia interdicti ſententia ferri nõ poterit[e]) vel rectoris ciuitas ſit interdicta, ciues, q culpabiles nõ exiſtũt, alibi diuinis licite intereſſe poterunt, niſi ciues quoq; propter dominũ, uel rectorẽ puniendum interdicti[f] fuerint. Quod quidem in excommunicationis[g] ſententia contingere nõ poterit, neque enim pro peccato unius alius,[h] puta ipſius familia excommunicari poterit.

Interdicta uniuerſitate & ſinguli de uniuerſitate cenſentur, interdicti, ne interdictum reddatur eluſorium. h. d.

Item, cũ loci alicuius populus eccleſiaſtico ſupponit' interdicto, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe cõſtat, ne ſententia effectu careat,[i] nõ debent alicubi[k] caſib. expreſſis a iure dũtaxat exceptis[l] audire diuina, uel eccleſiaſtica recipere ſacramẽta, cũ diuinorũ auditio, ſacramentorũ perceptio populo ut vniuerſis non competat.[m]

a In perſonis. Non valet ergo argum. de loco ad perſonas, capitu. ſi ſententia, vnde ſumitur, & ca. ſi ciuitas. de ſent excom mu.

b Clerus: immo interdicto clero non cenſetur interdicta eccleſia, vnde alij, clerici non eiuſdem eccleſiæ, licite in ea celebrabunt, capi. per exemptionem in fine. de priuile. in 6 & per Ioann. And. in c ſi ſente. de ſente. excommu. in 6.

c Econuerſo Fac. ca. 1. de præbe. ubi late Doc. & latius etiam in ca. eccle. ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & not. ſupra de iur. perſonarum, in ver. populares.

d Domini. Secus ſi propter delictũ ciuium quod patet infra ibi qui culpabiles nõ exiſtũt & in c. ſi ſententia, de ſent. exc. in 6.

e Non poterit, Vt in extrau. Bonifacii, quæ incipit, prouide. poſita ſub titul. de ſente. exc.

f Interdicti Aliud ergo eſt interdicere ſolum ciuitatem, aliud ciuitatem & ciues aliud ciues tantum. pœna igitur interdicti quãuis ſpirituali, poteſt vnus pro alio puniri, de quo. 1. quæſtion. 4. in ſum. & 24. quæſt. in ſumma. & per Ioan. Andream in capitulo ſi ſententia, de ſentẽt. excommun. in 6. ſecus eſt in excommunicatione, vt ſtatim dicit.

g Excommunicationis. Scilicet maioris. Nam minori excommunicatione bene vnus pro alio aliquando ponitur. c. oblationes. di. 90. 27. qu. 4 ca. miror. c. non eſt in vobis, de ſponſ. & no. 24. q. 4 ca. ſi habes.

h Alius. 24. quæſtio. tertia, cap. habes

i Careat. Et ſi violaretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinę, quod eſſe non debet, ca. cum inter vos. fac. ca. ſi ciuitas, & c. ſententia, de ſenten. excommun. in 6.

K Alicubi. Etiam in loco non interdicto.

l. Exceptis Cap. fin. de ſen. exc. in 6. quoad diuina & quo ad ſacramẽta, c. quod inte, de pę. & remiſſa. & c. quoniam, de ſen. exc. in 6. & ſequuntur ſtatim in 6. ſep.

m Non competat. Vniuerſitas enim eſt res inanimata, in quam iſta non cadunt, c. Roma. in fin.

de

Regulariter tẽpore interdicti poteſt quis bapti zari, chriſmari, et uerbum diuinum audire, h. d.

Excepti vero caſus [a] ſunt, ſi qui ad baptiſmi, chriſmatis, & pœnitentiæ [b] ſacramentũ, vel ad verbum diuinum audiendum admitti velint, tam ſi infirmi ſint, quam ſi ſint in bona valetudine conſtituti. Quod tamen in his, qui interdicto cauſam dederunt, non obtinet indiſtincte, ſed in eis Bonifacianæ conſtitutionis [c] forma obſeruanda erit. Quæ & alia quædam [d] interdicti tempore fieri benigne indulget, vt ex ipſius conſtitutionis perpenſo tenore facile apparere poterit.

Tempore interdicti poteſt confici ſacrum chriſma ſed unctio extrema, eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum celebratio ſunt prohibita, niſi conceſſa quibuſdam ſint ex priuilegio. h. d.

Velut igitur interdicti tẽpore iure chriſmatis vtimur vnctione, ſic licet regio ſit interdicto ſuppoſita, chriſma die cœnæ Domini confici dubium eſſe non [e] debet. Vnctio autem extrema, & eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnib. denegatur [f] niſi quibuſdam, quibus [g] id ex gratia, certa ſeruata forma, conceditur.

de ſent. excom. in 6. & c. ſi ſententia, eod. tit. & lib. hæc enim ſolum cadunt in animam rationalem, & perſonam veram non repræſentatam. Et facit hæc littera pro opin. eorum, qui tenent cognationem ſpiritualem contrahi poſſe per vniuerſitatẽ. licet ratio faciat in contrarium, de qua not. ſupra de tripl. cogn. in principio cuius quæſtionis occaſio vt hodie ſopita per Cõcilium Tridentinũ ex cuius diſpoſitione non poteſt cũ plurib. quam cũ vno contrahi hæc cognatio, ut in ſeſſio. 24. in 2. decreti decretis reformationum. Vbi autẽ tractamus, de his, quæ vniuerſitati competũt, ita qd dicitur eſſe penes uniuerſitatẽ, quod non eſt penes ſingulos, leg. ſed ſi in hoc, §. qui manomittitur, ff. de in ius voc. & 12. q. 2 c. qui manumittitur. Sed an ſi ſit hodie interdictus populus hinc ad centũ annos quo tempore nemo victurus eſt, eorum, qui hodie viuũt durabit interdictum & ligabit viuẽtes? Reſp. affirmatiue, ſi interdictum nunq̃ fuit relaxatũ, quia idem populus, l. proponebatur ff. de iudi. & d. 16. c. habe 1 & 7. q. 1. de quo not e. ſi ſententia, & qđ no. in c. ſi de ſen exc in 6. in verbo, inſurgunt.

Excepti vero. CASVS in tota hac parte ita poteſt adnot. Cum quidam populus eſſet interdictus volebat eo durante, atque non obſtãte, quod poſſent adminiſtrari ſacra baptiſmi, confirmationis, pœnitentiæ & extremæ vnctionis, ac ẽt cupiebat diuinum verbum audire, idque totũ petebat ſiue a ſnia interdicti eſſet appellatum, ſiue non; & cum hoc fuiſſet denegatum, ne neruus eccleſiaſtica cenſuræ cõtemnatur, & fruſtra reddatur cõtra, §. & ſi quidem. ſup. eo. fuit quæſitũ quid iuris. Sol ut in hac parte legimus quia eccleſia ita intendit obuiare malis, vt ipſa corrigãtur. & neceſſaria ad ſalutẽ nõ impediãtur, atq. tali adhibito moderamine neq; obiectio aliquid vi obſtare. Not primo caſus in quibus interdictum differt ab excõicatione, & hunc tex. coniunge cum prioc. eiuſ tit. No. ſecundo arg in genere prohibitorum niſi aliquid ſpãliter concedatur ſub prohibitione dicetur reſeruatum. Not. tertio argũ quod contemptores pœnarum ſunt puniendi quemadmodum tranſgreſſores legum.

a Caſus Sumitur ex c. reſponſo. de ſen. exc. & c. ſi. eo. tit. in 6.

b Pœnitentia. Sed nunquid & Euchariſtia danda erit ſanis interdictis poſt impartitã pœnitentiam? Et vr, qđ ipſa poſt pœnitẽtiã intelligatur. c. qđ in te. de pœn. & remiſ. ſed dic contra ſecũdum Io An. & Archid. in c. ſi. de ſen. excõ. in 6 niſi quis ſit in mortis conſtitutus articulo, c. pœnitẽtes. d. 50. & not. in d. c. ſi. Sed nunquid proxime paritura gaudeat in hoc beneficio cõſtitutorum in mortis articulo? Reſpon. vt no. per Ab in c. q in te. de pœn. & remiſſ. & per Docto in ca. qũ frequenter, ut lit. nõ conteſt.

c Conſtitutionis, c. ſi. de ſent. excõ. in 6 quia tradet prius idoneã cautionem de ſatisfaciendo.

d Alia quædam. Scilicet quod ſingulis dieb. in eccleſijs celebretur ianuis clauſis, & quod quibuſdam magnis feſtiuitatibus etiam apertis portis, & campanis ſonantibus interdictis admiſſis, non tamen excommunicatis, vt in c. ſi. de ſent. excom. in 6.

e Non debet. Sic c. quoniam, de ſententi. excommun. in 6. vnde ſumitur, q. d. conceſſo baptiſmo & confirmatione ſatis eſt conceſſum confici chriſma. Et eſt ratio quia verus chriſma non debet eſſe vſui, & deponendus eſt ſacerdos, qui de veteri chriſmate vngit baptizatum, niſi in mortis articulo. cap. ſi quis alio, de conſecr. diſt. 4. unde ſingulis annis in die cœnæ Domini debet chriſma confici, & vetus cremari, c. litteris, de conſecr. diſt. 3 bene ergo dicitur, quod veluti tempore interdicti chriſmatis vtimur vnctione ſic, & c. 3. ut hic in prin. §. quia cum quid permittitur, &c. c. præterea de off. dele. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de procur.

f Denegatur. Cap. quod in te, de pœn. & remiſ c. ſi. de ſent. exc. in 6.

g Quibus. Vt puta clericis decedẽtib qui ſeruaue runt interdictũ. c. quod in te, de pœnit. & remiſ & fac. c. 1. 2. & 3. de pœn. et remiſſ. et de materia latiſſime

tiſſime per Spe.in ti.de diſpenſatione a.iuſta, nu. 24.cum ſeq.ſed an epiſcopus poſſit dare facultatẽ celebrandi tempore interdicti? Reſp. vt per Abb. in c.ad hæc,4.de appel.

ſuſpenſio: in ſecunda quomodo ipſa diſtinguatur ab excommunicatione, & interdicto, in tertia ad nota,eius effectus, in quarta ſoluitur dubium,ſecunda ibi,eſt autem, tertia ibi,cauebunt, quarta ibi,ea propter.

Violantes interdictum incurrunt excommunicationem,non obſtantibus priuilegijs, h. d.

Cæteri autem, ſiue clerici,ſiue laici,qui interdictum violando neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ conantur infringere, quibuſcunq. priuilegijs non obſtantibus, ſnīæ excõicationis [a] ſubijcientur, à qua per ſedem duntaxat Apoſtolicam abſolui poterunt.

Appellationis prætextus violatoribus interdicti minime ſuffragatur, h.d.

Nec aliquid violatorib. proderit, quod appellaſſe, atq. ideo ſe interdicti ſnīa minime teneri contendant, ſicut.n.poſt appellationem excõicari non poſſunt, [b] ſic interdictum, [c] cui ante appellationem eos conſtat eſſe ſuppoſitos, declinare nequeunt. [d]

DE SVSPENSIONE.

TIT. XV.

Suſpenſio eſt duplex, vt excommunicatio & interdictum, h.d.

SVſpenſio quoque alia eſt Canonis, alia iudicis: [e] ſicut excommunicatio,& interdictum. Canonis eſt, veluti cum quis ob ſimoniam, [f] vel ob notoriam fornicationem, [g] vel aliud crimen, [h] ipſo iure à ſui executione ordinis, vel officij [i] arcetur.

a Excommunicationis. Vt clem.1.2.& 3. de ſent. excommun. Spec. in tit. de diſpenſatione.§. iuſta. nu. 24.

b Non poſſunt. Niſi ſit aliqua cã commiſſa appellatione remota, vt per Ab. in c. paſtoralis, in pri. dum ponit primũ effectum huius clauſulę appellatione remota.

c Interdictum. Intellige hoc de interdicto à diuinis officijs & ſic a ſpiritualibus, ſecus eſſet ĩ interdicto rerum temporalium, nam ſi interdiceret ingreſſum alicuius poſſeſſionis appellãdo ab eo ſuſpendo effectum ſententiæ, arg. l. non tm̃. ff. eod. Idem eſſet in ſuſpenſione a bñficio, ſm Abb. in c. ad hæc. 4. in 1. not. de appel. poſt gl. in c. is cui, de ſen. exc. i6. Vnde qđ hic dr̄, vendicat ſibi locũ in oĩb. ſententijs & cenſuris quæ concernunt ipsã animam, quæ sũt tres ut ſup. tit. 2. in princip. & §.1. vnde infertur, qđ ſuſpenſus a Pontificialib. vel ab vſu pallij. appellando ſuſpendit ſententiam, vt per Abb. poſt Inn. & Hoſt. in d.c. ad hæc.

d Nequeunt. Sed quæ eſt ratio quod ſententia excommunicationis interdicti,& ſuſpenſionis, non ſuſpenditur per appellationem? Reſpõ. afferuntur duodecim rationes per Abb. in cap. paſtoralis.§ 1. de appel. dic vt ibi per Doct.

DE SVSPENSIONE.

Cum ſuſpenſio ſit vltima ſpecies cenſuræ eccleſiaſticæ, de quibus in hac vltima parte iſtius libri tractatur, ſuo iure ſequitur quod poſt tit. proxim. præceden. in præſenti proponatur iſte, qui diuiditur in 4. partes. in prima habetur quotuplex ſit

SVſpenſio quoque. CASVS. nõ ſiguratur. Nota tamen cauſam diſtinctionis eſſe illam, quam aſſignauimus ſupra de diſtinctione excõicationis, & interdicti, & eſt videlicet aliquando canon. & aliquãdo iudex. No. ſecundo ſuſpenſionem dari quo ad ſe tantum, & aliquãdo quo ad alios, quoad ſe facit ad intelligentiam multarum quæſtionum.

e Iudicis. Eſt aũt inter canonis & iudicis ſuſpenſionẽ multiplex differentia de quib. per Abb. poſt Innoc. in capi. ſicut, verſi. & ponit tres notabiles effect⁹. & cap. de cohabitio. mul. & cle. ſimilis quoque eſt excommunicationi in alio, quia velut datur excommunicatio maior & minor, ſic & ſuſpenſio maior & minor, ut declaratur per Abbas in c. ſi de cler. exc. mini. ipſa quoque imponitur, aliquando ꝑ contumacia aliquando pro delicto in alio, primo caſu indiget monitione præuia, ſecundo nõ vt per Abb in cap. reprehenſibilis, de app nume 4. & pro declaratione materiæ late idem Abb, in ca. Apoſtolicæ, de excep.

f Ob ſimoniam. 1 q 1 c. reperiuntur, c. tãta, de ſim. & declaratur per Archiepiſcopũ Flor. in ſuo tract. de ſuſpenſ. c. 2.

g Fornicationem. Ca. ſi qui. d. 81. & diſt. 83. c. præter hoc, & per B Antoninum in ſuo tracta. de ſuſpenſione. c. 2.

h Aliud crimen. Quæ ſint hæc crimina, late per B Antoninum in ſuo tract. de ſuſpenſ. c. 4.

i Vel officij Et per cõſequens etiam a iuriſdictione, ſecundum Ab. & alios communiter, in cap. fin. de

Ob mortale peccatum non notorium eſt quis ſuſpenſus quo ad ſeipſum, non quo ad alios, h.d.

At ſi crimen per ſententiam,[a] vel per cõfeſſionem factam in iure, aut per rei ipſius euidentiam [b] notorium non [c] ſit, & ſi quilibet pro mortali peccato quo ad ſeipſum [d] ſit ſuſpenſus, quo ad [e] alios tamen pro ſuſpenſo non habetur, ideoque in officijs eccleſiaſticis vitandus non erit. [f]

Quæ ſit ſuſpenſio iudicis, h.d.

Iudicis ſuſpenſio eſt, vt cũ ſententia quis ab eadẽ executione ex cauſa remouetur. [g]

Suſpenſio ſolum ordinem & ſtatum eccleſiaſticũ reſpicit et priuatio præſupponit habitum, h.d.

Eſt aũt ſuſpenſio (velut eccleſiaſtica cen-

de cler.excom.miniſt.ſuſpenditur quis & ab alijs pluribus, nedum ab executione ordinis, vel officij, puta, ab oblatione altaris, 17.q.4.cap.miror, a conſecratione epiſcoporum, capit.2. de tranſlat. & ab alijs Infinitis, quæ enumerantur per glo. in Clem. cupientes. de pœnit. in verbo ſuſpẽſi. Sed an is, qui (vt hic dicitur) ſuſpenſus eſt ab officio, cenſeatur ſuſpenſus & à beneficio? Reſpo. vt late not. in d. cler. cupientes, de pœni. poſt medium, vſque ad finem.

a Per ſentẽtiam. Definitiuã, ca. cũ dilectus de ordi. c. denique, de except. & no in c. fi. de coha. mul. & cler. vñ ſumitur.

b Euidentiã Nota tres modos, quibus crimen efficitur notorium, ſcilicet per ſeotẽtiã confeſſionem, & rei euidẽtiam cũ tergiuerſatione aliqua celari non poteſt, ſic in c. fi de cohab. mul. & cler. Sed cur.ibi, & hic non fit mentio de notorio quod oritur ex probatione clara & iuridica, cũ tamen & ex ea inducatur notorium, quando nihil poteſt opponi contra; vt puta, quando eſt concluſum in cauſa, ut in c. cum olim, de verb. ſignifi. forte, quia cum expectanda ſit de proximo ſentẽtia non oritur omnino notorium, cum probationes ſint arbitrariæ, l. 3. ff. de teſtib. & poteſt iudex teſtibus etiam probantibus fidem non habere Bar. in l. Lucius, ff. de his, qui not infamia.

c Non ſit. Immo etiam ſi ſit notorium crimen, non propterea vitandus eſt criminoſus excepto crimine fornicationis, quamdiu quis ab eccleſia præciſus eſt, not. in c. fi 16.q fina. & in c. dum non licet, de præſcr & in cap. nonne. 8.q.3. & probatur in c. præter, d. 32 & arguendo à ſpeciali, & no. Ab. in c. fi. de cohab. mul. & cler. non poteſt ergo hinc ſumi arg. à cõtrario ſenſu, niſi quoad crimen fornicationis, in quo vt inducat ſuſpenſionem nõ requiritur præcedens monitio, ſi res ſit euidens, ut per Abb. io d c. fi.

d Quoad ſeipſum Ideo ſic, quia conſtitutio militantis eccleſiæ ligat, & comprehendit delictum omnino occultum, c. porro, & cap. cum non ab homine, de ſent. excom. & clem. 1. de hæret. ubi oot. licet quo ad eccleſiam militantem non habeatur pro ligato, cum non iudicet de occultis, ca. erubeſcant, diſt. 32. & not. 6. q. 1. cap. ſi omnia, erit tamẽ in rei veritate ligatus, licet apud nos ſit incertum, argum. in §. conditiones. Inſtitu. de verb oblig. & declarat Abb. in c. exturpandæ, §. qui vero, in repet. num. 21.

e Quo ad alios, & ca. Nota modos, quibus quis dicitur ſuſpenſus. Primus, quoad ſeipſum, & non quo ad alios, vt quilibet in peccato mortali conſtitutus, vt in c. teſtm. diſt. 6. & 1. q. 1. c. ſacerdotes & c. fi. de tempor. ord. & c. veſtra, & c. fin de cohab. mul. & cleric. Secundus, quoad ſe, & quoad alios. 32. diſt. nullus, & c. præter hæc, & tanta, de ſimon. & d. c. fi de cohab. mul. & cleric. Quinq. & tertio dr̃ qs ſuſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe, ut cum villa, vel ciuitas eſt interdicta propter delictum ciuium, vel ſæcularis poteſtatis, tũc enim clerici non ſunt ſuſpenſi quo ad ſe, qui poſſũt celebrare in loco non interdicto, c. tuæ, de cleri. peregri. & not. in d. c. fin. Item poſſunt celebrare clauſis ianuis, c. fi. de ſen ten. excõ. in 6. & de hoc p B. Antonin. in ſuo tracta. de ſuſpeoſ. cap. 1.

f Non erit. Quia adhuc ab eccleſia toleratur, licet criminoſus, c. vera, & cap. fin. de cohab. mul. & cle. & c. fin. 15. q fin. niſi in tribus caſibus hic enumeratis, & in d. c fi.

g Remouetur. Sententiam tamen præcedere debet monitio, quod procedit ſecundum Inno. in c. 1. de exceſſ. præla. qñ ſentẽtia & ſupenſio infertur ob contumaciam ſecus ſi in pœnam delicti, quia tunc fruſtra fieret monitio, cum oporteat delinquentem luere pœnam delicti commiſſi. Suſpenſio enim ſæpe infligitur ob delictum, ut in c. tam litteris, de teſti. & 5. q. 3. cap. in loco, licet aliud ſit in excõicatione, quæ ab homine non fertur propter delictum, immo quam cito vult ſatisfacere debet relaxari. c. nemo, & c. illud 11 q 3 Idem tenuit Inno in c. ad hęc, qñ, de appell. & licet Hoſt. ibi non approbet opin. Innoc. reſpectu ſuſpenſionis faciendæ a iudice, tamen cum Inno. tenet Ab. In c repr. henſibilis, de appel. & in d. c. 1. de exceſ. præl. per d. c. cum litteris, & per ca Romana, §. ſed nec in ſpecie, de ſenten excom in 6.

Eſt autem CASVS in hac parte proprie non figuratur, niſi dicamus, quod inter ſcholares fuit dubitatum an ſuſpenſio differat ab excõicatione, & interdicto, quidam enim dicebant non differre cum comprehendatur ſub cenſura eccleſiaſtica, c. quærenti, de verb. ſign. quidam uero oppoſitũ affirmabant, quia ſpecie diſtinguuntur ut in iure præſupponitur. Sol ut hic habetur. & melior ratio meo iudicio non põt aſſignari, niſi iſta iam adducta Nec obſtat obiectio, quia in genere conueniunt, & in ſpecie differunt Not. primo, quod ſuſpenſio proprie uidetur Introducta ut ſit ſpecialis clericorum pœna Nota ſecundo, quod ipſa magis accedit ad naturam pœnarum, quæ non ſunt, nec dicuntur medicinales.

Con-

ſura conſiderata[a]) reſpectu quodã, aliquãto, quam excommunicatio, uel interdictũ ſtrictior,[b] q̃ppe quod & excommunicatio, & interdictum non ſolum clericos, verum etiã laicos innectere poſſunt.[c] At ſuſpenſio, cum nihil aliud ſit, quam inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia eccleſiaſtica,[d] nullos præterquam ipſos clericos attingere poteſt. Nec enim ulli eius ordinis, uel officii, cuius eſt pænitus expers, adminiſtratio uetari & interdici[e] põt.

Ingerens ſe diuinis, incurrit irregularitatẽ.

Cauebunt[f] igitur clerici, iudices,[g] & eccleſiarũ prælati, ne pænã hanc ſuſpẽſionis incurrãt, ſcituri, quod ſi ea durãte[h] ſeſe diuinis[i] ingeſſerint[k] (ſecundũ canonicarũ ſanctionũ tenorem[l] & diſtinctionem[m]) irregularitatis laqueo ſeſe inuoluẽt, a quo interdũ non niſi per ſummum[n] Pontificem liberari poterunt.

a Conſiderata. Bene conſiderata tanquam cenſura eccleſiaſtica comprehẽdit ſolum clericos, quia ſi conſideretur, tanquam terminus generalis, & indiſtinctus, conuenit, & innectit iam laicos. Vnde aduocatus ſuſpenditur ab officio aduocandi, leg no tis. ff. de pænis, & notarius. ab exercitio notariæ. c. ſi aduerſus. de hære. & nota in d. clem. cupientes, de pen. & ad materiam huius, §. uide per Archiepiſcopum Florẽ. in ſuo trac. de ſuſpẽſ. c. 2.

b Strictior. Eſt tamen quodam reſpectu laxior, ſcilicet reſpectu relaxationis, quia excommunicatus licet ſatisfecerit nõ liberatur ex ſola ſatisfactione, ſed ultra eam requiritur abſolutio, ex quo, n. ſemel cum ſolennitate electus eſt extra eccleſiam debet, cũ ſolennitate debita reconciliari, ſecus eſt in ſuſpenſione, ut per gl. in Clem. c. de decim. per gl. & Inn. in c. cum bonæ, de ætate, & qualitate, & per Ab. in cã. primo, verſic. nota argumen. quod excommunicatus, & c. de iudic.

c Poſſunt. Vt ſupra titul 1. & 2. per tot. & per Archiep. Flor. in tract. de ſuſpen. c. 1.

d Eccleſiaſtica, Quorum meri laici non ſunt capaces, ut ſupra de iure perſo. in prin.

e Interdici. Cum priuatio præſupponat habitum, Sed ſemel ſuſpenſus bene poteſt iterum ſuſpendi noua culpa exigente, & ſecunda ſuſpenſio dicetur potius confirmatio, capit. veritatis, vbi Abb not de dolo & contumaci. effectus autem ſecundæ apparet poſt relaxationem primæ, de quo dic, vt in ſimili no. in capitulo iſta, quorundam de iudæ, & in c. officii, de ſenten. excommu & per Abb. in d. c. veritatis.

Cauebunt. CASVS Quidam clerici exiſtentes ſuſpenſi ẽt a diuini, de facto ingeſſerunt ſe eiſdẽ, & cum propter talem tranſgreſſionem debebant puniri, fuit dubitatum, an propterea debeãt incurrere irregularitatem, quæ cũ ꝓhibeat ad adminiſtrationem diuinorum, vt hic declaratur, & talem prohibitionem cauſet ipſamet ſuſpẽſio, negatiue reſpondebatur. Cæterum Sol. vt hic caueatur, quia in eo quis debet puniri in quo deliquit, c. ſi. de immu. eccle non obſtat obiectio, quĩa iſta irregularitas ſuperueniẽs efficacius prohibet p̃d. adminiſtrationem. No. primo prohibitionem adminiſtrationis diuinorum habere latitudinem, ita quod ſupremus gradus quoad remiſſionem

eius eſt Pontifici reſeruatus. Nota. ſecundo, quod irregularitas aliquando eſt pæna proprie dicta, & aliquando eſt ſimplex defectus a certa cauſa cauſatus.

f Cauebunt. Capitu. 1. §. caueant, de ſententia excommunica. in 6. vnde ſumitur. & in c. cum æterni, alias 1. de re iudi. in 6.

g Clerici, iudices. Non dicit de ſecularibus, quia pæna ſuſpenſione eos non ligat, ſic in capi. primo. de re iudicata in 7.

h Durante. Licet quis de crimine commiſſo pænitentiam egerit, quia ante diſpenſationem Papæ ad húc ſuſpenſio impedit executionẽ ordinis, vel officii, cap. ueritatis, ſecũdum unam lecturam, de dol. & contum. vbi per Abbas in verſiculo, quarta lectura, & per Spec. ula. in titu de diſpenſatione, §. iuſta. verſic. in ſuſpenſis autẽ. in fine.

i Diuinis. Officis, non autem beneficiis, vt nota. in capit. prima, de re iudicata in ſexto, & hoc intellige, cum quis ſuſpenſus eſt a diuinis, quia tunc celebrando efficitur irregularis, ſecus ſi ſuſpenſus ſit a quocumque alio officio, ſecundum Cardinal. in Clementina ſina. verſiculo quod ſi in fine verſiculi, de pæniten. Idem videtur de mente Specul. in titulo de diſpenſatione, §. iuſta, verſicu. ut autem in hac, & tenet nouiſſime Auguſt Bero. in ſuis familiaribus qq. in quæſtione 121.

K Ingeſſerint. Scilicet ſcienter: quia ſecus ſi ignoranter, capitulo Apoſtolicæ, vbi Abb. late, de cler. excommunicat. miniſt. & ſatis indicat verbum ingeſſerint, quod deſignat rem ad ſe ingerentem non ſpectare.

l Tenorem. Sic in c. 1. de re iud. in 6.

m Et diſtinctionem. Et de hac diſtinctione per Spec. in tit. de diſpenſatione. §. iuſta. verſicu. in ſuſpenſis autem diſtinguitur, & in cap. tanta, de exceſſ. prælat.

n Per ſummum Pontificem. Nota vnum de caſibus reſeruatis Papæ, & fac capitulũ primũ. de re iudicata in ſexto, & in capitu primo, de ſenten. excommunicatio. in ſexto, vnde ſumitur hæc litera, de aliis ſimilibus irregularitatibus not. in dicto capit. 1. de re iudica. in 6 & in ca quod tranſlationem. de offic. lega. & in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat vbi generaliter traditur de reſeruatis Papæ.

Eſt

Quid ſit irregularitas. b.d.

Eſt autem [a] irregularitas nota, [b] ſeu canonicū [c] impedimentum ex facto, [d] ſeu defectu [e] proueniēs, quo quis tā ad eccleſiaſticos ordines promoueri, quā promotos in iiſdem miniſtrare prohibetur, [f] quod qualiter accidat tam ſupra ex primo [g] libro, quam etiam in uariis Decretalium locis facile eſt legentibus cognoſcere.

Epiſcopi & ſuperiores nunquam incurrūt ſententiam interdicti, uel ſuſpenſiones, ipſo iure, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur. b.d.

Ea propter optima ratione innocētina cōſtitutione [h] cautū eſt, ne epi eorumque ſuperiores, vllius conſtitutionis, [i] ſententia, [k] ſiue mādati [l] occaſione, interdicti, uel ſuſpēſionis [m] ſētētiā, niſi ipſis [n] d epis [o] expreſſa mētio hēat, ipſo iure incurrāt, eſſet.n. hoc nimis periculoſū, [p] ob pōtificalis officii, ꝙ frequēter exercere cōpelluntur, executiouē. [q]

a Eſt autem. Hanc deſcriptionem poſuit Spec. in titu. de diſpenſat. in princ. ſecuti ſunt. B Anton. & Nic. Plou. in ſuis tractatibus de irregularitate.

b Nota. Infamia, & quaſi quædam cicatrix criminis, & quaſi intellectualis vulneris, fac. c. accedens, de purg. cano. & 2.q.3. notandum.

c Canonicum. Quia habet ortū a iure canonico, ſecūdum Spec. in tit. de diſpenſ. in prin. Sed tamen videtur habuiſſe originem a teſtamento veteri, vt apparet in libro Paralip ca. 28. vbi dicit, quod Dauid fuit phibitus ędificare tēplū Deo, quia eſſet vir ſanguinum, & in cap. hic & enim, ideſt 49. vbi dicitur, qđ iter Leuitas multi a ſacerdotio repellebant; puta, ob gibboſitatem, ſcabiem, & alios defect⁹ naturales.

d Ex facto. Puta homicidio, ſ patrati, qui pro nō poſ. & c. miror, d. 30. vel ex notabili inobediētia, pſertim contra Apoſtolicam eccleſiam, c. ſi quę ſunt diſt. 81. c. tanta, de exceſ. præl. & c. 1. de re iud. in 6. & c. 2. de ſent. excom mu. in 6.

e Seu defectu Tā corporis, vnde de corp. vitia. per tot. & ſupra qui promo. nō poſſ. ſ. cauenda quam animi c. ex pœnitentib. & c. canones, cum plurib. ſeq diſ. 50. & in ti. de obli. ad rō. inia red. per tot. qñq nec animi, nec corporis vitio, ut in eo qui eſt natalib læſus, c in nouit, de ele. & de filiis presb.

f Prohibetur Ponuntur hic duo effectus irregularitatis, cæterum ſunt alii plures: quia priuat à poteſtate eligendi actiue & paſſiue. Item reddit incapacem aliquem ad beneficio recipienda. Item a facultate percipiendi fructus beneficiorum, ſecundum diſtinctionem tamen Abb. & aliorum, in c. cum bonæ, de ęta. & qual.

g Primo libro. Supra qui promo non poſ. per tot.

Ea propter. CASVS. proprie non figuratur, dubitatum tamē fuit inter ſcholares, an conſtōnes qui pęna ſuſpenſionis imponitur, ipſarū tranſgreſſori, cōprehendant epos, & alios ſimiles ſuperiores, de quib. in hmōi conſtitutionib. non fit ſpūalis mentio quidā.n. dicebant hmōi prælatos eſſe comprehenſos, ponderādo tex in c. 1. de conſt iſtæ in uer. ab oīb. Confirmatur quia cum conſt. iſtæ ſint ius humanum, tñ pōtifex. Rom. eſt exēptus, c. propoſuit, de cōceſſ. præb merito. Sol. tñ ut hic cauetur ob rōnem in tex. aſſignatam, nec obſtant obiecta, quia, d.c.1. intelligitur regulariter, quæ regula in pñti limitaſ ob rōnē in tex. aſſignatā c. vero propoſuit, loquitur de poteſtate diſpenſandi, at quomodo Pontifex ſubiiciatur iuri humano, non eſt præſentis loci. No. primo, leges aliquando limitari ob qualitatem perſonarū. quarū reſpectus dēt haberi in eis promulgandis. c. erit diſ. 4. Not. a. quod perſona quo eſt dignior eo in dubio dī de iure magis priuilegiata Not. quod ad nota. in rub. de vit. & honeſt. cler.

h Conſtitutione. Ca. quam periculoſum, de ſen. excom. in 6. vnde ſumitur.

i Conſtitutionis. Ca ſacro, de ſent. excom. c. cū medicinalis, alias. 1. eodem tit. in 6. c. 2. de ſolu. c. cum inconctis, de elect. cum ſimi.

K Sententia. Vt ſi papa vel epiſcopus ferat ſnīam ſuſpendendo contrafacientes, argu. c Rom. ſ. caueāt, de ſent. excō in 6. & no. in ca. quam periculoſum, de ſent. excom. in 6

l Mandati. Vt ſi papa mandat quod oēs prælati, & clerici ſoluant tantā pecuniam ſuſpendendo non ſoluentes intra terminum aſſignatum, & fac. l. itē apud Labeonem. ſ. hoc edictum, ff de iniu.

m Vel ſuſpenſionis. Sed cur non dicit ēt de excōicatione, quæ ipſi ſuſpenſioni & interdicto æquipatatur, c. reprehenſibilis, ubi per Ab. de app. Rñ. ſecūdum Inn. Hoſt. Io Mo. Arch. Io And. ꝙ Papa noluit eos in tantū priuilegiare, ut priuilegiando tolleret, ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. & alios ſimiles, ut c pro humani, de homi. in 6. ita no. in c. quā periculoſum, de ſent excom in 6.

n In ipſis. Conſtitutione ſententia, & mandato.

o Epiſcopis. Quorum appellatione etiam ſuperiores, & ipſe papa continetur, ut ſup de epiſcopis, ſū. Pont in prin. per tot.

p Periculoſum. Et ideo uitandum, c. ubi periculum, de elec. in 6. & c. quieſcamus, diſt. 42. & not in c a. de iuram. calum. nam (ut inquit Salom.) Qui amat periculum, peribit in illo.

q Executionē Sic in c ꝗ periculoſū, de ſen. exc. in 6. per quā conſtōnem apparet, ꝙ papa voluit prouidere non tā epis quā ſubditis conſiſtit & eporū officiū in chriſmatis confectione, ordinum collatione, eccleſiarum & altariū conſecra ſ. pe. ſup de epiſ. & ſum Pon. & ibi ēt no quia oia magis ſubditorum, quæ eporum utilitatem concernunt.

Ex-

Explicit Liber Quartus, & vltimus Inſtitutionum Iuris Canonici, in quibus ſi quid diuerſum Lector, inueneris ab his, quæ in Commentario iam pridem edito delineata inueniuntur; ſcito ea auctorem, cum vltimam operi limam adhiberet, meliora ſecutum, immutaſſe.

Digitized by Google

448

Digitized by Google

COMMENTARIVM INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

FLAVIVS VRSINVS FERDINANDO Farneſio. S. D.

KAL. Feb. accepi abs te litteras datas Idibus Ianuarii; quas mihi iucundas fuiſſe, non arbitror neceſſe eſſe me adſcribere, cum ex te nihil ad me proficiſci poſſe, niſi iucundiſſimum, iam pridem exploratum habeas. Sed profecto poſteriores hæ eo fuerunt gratiores quod vna Commentarium Lãcelotti noſtri ſecum attulerunt. Amo.n. vehementer ingenij illius elegantiam. Legi itaque totum uno ferme (vt ſic dicam) hauſtu, probauique penitus tuum de libro iudicium: maluiſſem tamen, tam ſecundo curſu inchoatum a ſe negotium proceſſiſſet, vt huius nuper a ſe compoſiti libelli argumentum illi defuiſſet; nam & librum Inſtitutionum ipſarum nunc teneremus, & ipſe amicis vſus fuiſſet melioribus, candidioribuſque. Quos tamẽ ille Commentario illo ſuo adeo ſtrenuè (meo quidem iudicio) vlciſcitur, vt mihi aliquo pacto ſuis illis detractoribus debere uideatur, qui tam elegantem libellum conſcribendi ſibi occaſionem dederint. Eum ego pluribus legendum exhibui, probatuſq. eſt fermè ab omnib. mirũ ĩ modũ: fermè, inquã, nec.n. obtineri potuit, quin illico ſemidocti quidam commentariolum momorderint, nõ quin quæ Lancellotus de cõpoſitis a ſe Inſtitutionibus diſſereret, vera non confiterẽtur: ſed quod in eo illum non obſcure aliquid Inſtitutionibus Iuris Ciuilis detrahere conatum eſſe prædicent. Is.n. vno, aut altero in loco eius libelli dicit, quædam in illis eſſe ambigua, perplexa, & quę inuicem pugnantia videantur, cum tamen Iuſtinianus nihil eſſe in toto iure ciuili ambiguum, vel cõtrarium ſcriptum reliquerit. Reſpondi eos Momum agere, qui cum Venerem non poſſet, ſandalium ipſius quaſi obſtreperum dicitur improbaſſe, tantum autem abeſſe, ut ciuilibus Inſtitutionibus aliquid detraxerit, vt ego illis in eo plurimum a Lancelotto noſtro tributum eſſe non dubitem, quem ſciam illarum elegantiam non ſolum laudare, ſed admirari ſolitum, ſed profecto in eos interdum incidimus, qui indigni ſint, quibus reſpondeatur. Sed de hoc alias. Sum ſiquidem delectatus uehementer cognouiſſe ex tuis litteris te cum delecto ſtudioſiſſimorum iuuenum numero quotidianis prælectionibus, ac diſputationibus in iure ciuili exerceri. Hanc enim ego optimam, ac ſolam prope proficiendi rationem eſſe ſemper ſtatui, præſertim ſi non iam oſtentationis quam diſcendi adſit ſtudium, cum lepore quodam ac nobilibus adoleſcentibus digna conſuetudine coniunctum. Vtinamque mihi interdum ab vrbano iſto, atq. aulico ambitu ſecedere, & ad iſta veſtra ſtudia ſalua exiſtimatione reuerti liceret, profecto ad uos conuolarem illicò, ubi & cum libris diutius, & attentius uerſari, & remoto ab omni moleſtia cum optimis commilitonibus ſecuram, ac prope beatã uitam agere liceret. Sed quando mihi nunc hoc non datur, tu, quem ego me eſſe alterũ ſemper ſtatui, dum licet, fruere honeſtiſſimo iſto, ac iucundiſſimo otio, ſed ita fruere, vt interim non obliuiſcaris eius quod Catonem uſurpare ſolitum ferunt. Nõ minus, ſ. otij, quam negotij, reddendam eſſe rationem, ac ſtudioſum iuuenem Bernardinum Alphenum meo nomine ſaluere iube. Romæ Non. Feb.

Flauius hic nunc Cardin. Vrſinus.

Cõmentariũ Lancelloti reprehens.

FERDINANDVS FARNESIVS Flauio Vrſino S.P. D.

NIHIL vnquam tam præter meam opinionem accidit, quam audire ex te extitiſſe quoſdam, qui in commentario inſtitutionum Iuris Canonici auctorem aliquid inſtitutionibus Iuris Ciuilis detrahere voluiſſe exiſtiment, qđ his uno, aut altero in loco quædam in his perplexa, & prima facie contraria reperiri ſcripſerit, quaſi vero hoc cuiquam dubiū eſſe debeat, aut eas ille pluribus in locis non cæteris libris Iuris Ciuilis prætulerit. Oportet oīno iſtos aut auctori eſſe parum æquos qui ex re veteri nouam illi inuidiam conflare ſtudēt; aut (quod magis reor) in iure ipſo Ciuili parum verſatos, aut omnino parum accurate Commentarium illum percurriſſe. Si parum æqui ſint, nulla ratione de ſua ſententia deduci poterunt, nam, vt ait comicus.

Qui inimicus eſt etiam in ſcirpo nodum quærit.

Quid ergo ei ſuadere coneris, qui hoc. ſ. vnum quæritet, nempe vt quidquid dixeris deflectat in deterius? Si parum in legendo accurrati fuerint, repetant, quæſo, atque diligentius expendant, quod in eo ipſo Commentario de inſtitutionibus Iuſtiniani ſæpius inculcauerit: nam vſque adeo ipſas, dilaudat, vt mihi interdum veniat in mentem ſuſpicari, ne pluſculum illis tributa, quam par ſit, quod putet ita compoſitas a ſe inſtitutiones ſimilitudine quadā operis facilius ſtudioſorum animis inſinuare poſſe. Sed vtrumque id ſit, quo vtrumque animo is ſcripſerit, illud quidē nullo pacto negari poteſt, ſexcentis propemodum locis de his honorificentiſſimè, meminiſſe. Nā primo libro, dum ſe cum Pontifice ſermonem aſſerit habuiſſet, leguntˉ hęc verba. *Eſſe apud Iuriſconſultos Iuſtiniani Imperatoris iuſſu cōpoſitas inſtitutiones quæ ſtudioſis ad inuolutam, & valde perplexam iuris ciuilis ſcientiam expeditiſſimum aditum proculdubio præſtent.* Et quod ſuę ſententię illuſtrius teſtimonium dare potuit, quā illis verbis, quę tertio libro legūtur? *Id uero*, inquit, *nō ſubticebo, quidquid iſti garriant, cenſere me idque etiam ex vniuerſa illa enucleati iuris collectione ac compoſitione, quā Iuſtinianus nobis reliquit nihil eſſe abſolutius & ad comparandum in toto iure ciuili lumen quoddam conducibilius quam illud Inſtitutionum opus quod illi ex iuuenum manibus excutiendum & ab omnibus gymnaſiis eliminandum quaſi nullius prorſus vtilitatis tam ſtulte cenſent.* Et paulo poſt. *Maiores noſtri inſtitutiones Iuris Ciuilis quaſi ſine his vix quiſquā aliquid in legitima prudentia proficere valeat magno in honore ſemper habuerunt, & varia interpretatione, & Commētarijs exornatum & locupletatū ad nos trāſmiſerūt.* Et paulo poſt. *Hic ego te ad Iuſtinianū reuoco cui ex immenſa illa ſilua iuris ciuilis & infinita prope veterum librorum mole ſuas inſtitutiones elicere feliciſſimo ceſſiſſe multorum ſæculorum teſtimonio comprobatur.* Et eodem libro. cum verba Marci Tulij recenſuiſſet, ſubdit. *Et hoc quidem quod in iure ciuile tātopere ſe deſiderare, & expectare Craſſus. aiebat, & ſe facturū aliquando credebat, abunde ſuis inſtitutionibus Iuſtinianus videtur præſtitiſſe.*

Lancelloti de inſtitutionibus Iuris Ciuilis iudicium ac teſtimonium.

Denique vbi illarū meminit, non niſi magna cum commēdatione, at que inſigni aliqua præfatione meminit: ecqua rōne potuit ſecus facere, qui ſuas ad illarū imitationē effinxiſſe prædicet? At dixit quędā eſſe in his obſcura, perplexe, & quę inuicē pugnare uideantur; Quid tum demum? nō id propriū dixit eſſe inſtitutionū vitiū, nam idem dixit & de ſacris litteris, & de omni ſcriptorum genere, id, & poſſe fieri de ſuis inſtitutionibus, nec ꝓpterea oībus etiā proprijs ſcriptis illum maledixiſſe quſquam aſſerat. At nihil eſſe perplexū, nihil ambiguū, nihil diminutum, nihil ꝙ contrariū, aut ſimile videri poſſit nulla eſſe geminā legē in toto iure ciuili Iuſtinianus ipſe teſtatur. Certe, vt ita ille aſſeruerit, veritas oīno reclamat mihi, qđā, vt ſimilia propemodū infinita ꝑter eā, multa paſſim occurrūt, ambigua perplexa, & quæ, niſi alicuius interpretaionis rōne concilientur, ex diametro pugnantia videanẗ. Et quoniam pro ſumma inter nos neceſſitudine. ac ſtudiorum cōmunione, uel quauis mihi tecum garrire poſſe videor, mitto ad te, qui ingentes pro eo pugnas pugnare cōſueſti,

ſueſti loca quædam, quę ego inſtitutionibus ipſis Iuris ciuilis obſeruaui, & in vnũ colligi ſimulatq; de obloquatoribus iſtis a te reſciui: vt ſi quãdo rurſus in maledicos iſtos incidas, illorum obiecta poſſis quam primũ exemplis retundere, neque id facio, quin ea te, prius quã me vidiſſe ac ponderaſſe non exiſtimem: ſed vt illa, quæ ſcolaſtica ſunt, potius, quam a doctiſſimis viris admodum perpenſa, ad manus habeas, nec propterea grauiſſimis negotijs tuis quidquã temporis ſubtrahere cogaris. Ac vt primũ de his dicamus, quę videtur in eodẽ libro contraria. In Proœmio. §. 1. leguntur hæc verba: *Omnes vero populi legibus, tam a nobis promulgatis, quam compoſitis reguntur.* At in §. 1. de iu. nat. gẽt. & ciu. *Oẽs populi, qui legibus, & moribus reguntur partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur.* In §. fi. de libert. dicitur, quod omnes liberti conſequuntur. Ciuitatem Romanam, nullo nec ætatis manumiſſi, nec dñi manumiſſoris habito diſcrimine. At in §. fi. quib. man. nõ lic. dicit̃ quod qui non compleuit 17. annum non poteſt manumittere teſtamento in §. 1. de re. diui. littora maris dicuntur communia, non publica. In §. littorum. littorum vſus cr̃ eſſe publicus. In §. fi. de uſuf. dicitur, quod vſufructuarius cedẽdo vſumfructum alteri, quam domino, nihil agit. At in tit. ſeq. in fi. principii dicitur indiſtinctè quod licet vſurarius non poſſit ius ſuum alteri cedere, vſusfructuarius tamẽ põt. In §. poſthumus. de leg. dicitur. *Poſthumus autem alienus hæres inſtitui, & ante poterat, & nunc poteſt.* At in titulo de bono. poſſeſ. in principio dicitur, quod poſthumus alienus hæreditatem adire iure ciuili non poterat. Hęc quidẽ, & alia his ſimilia ſunt in eodem Inſtitutionum libro. Si quis autem illa colligere velit, quæ aduerſari videntur his, quæ pandectarum libri, aut Imperatorum conſtitutionibus continentur librum (puto) conſcriberet inſtitutionibus ipſis grandiorem, quæ quidem non negauit ille, vel aliqua ſaltem rõnem conciliari poſſe; ſed ruditer ac prout iacẽt accepta, ſtare minimè poſſe aſſerit. Leguntur præterea in eodem libro multa, quæ nimiũ generaliter enunttiata uideri poſſunt. cuiuſmodi eſt illud. *Cuius filiam vxorem ducere nõ licet, neq; eius neptem permittitur filiam tamen aui, vel auiæ vxorem ducere non prohibeor.* vt omittamus interim, quod in coniunctis per adoptionem illa regula nõ obtinet locum. In §. fęminæ, de adop. dicitur, quod fæminæ poſſunt adoptare in ſolatiũ liberorum amiſsorum. At hoc ita demum verũ eſse aiunt, ſi in acie fuerint amiſſi, nõ ſimpliciter. In §. qui poteſtatem, de exc tut. dicitur, quod qui poteſtatem aliquã habent, ſe poſsunt excuſare. At quibus inhæret dominica, vel patria poteſtas, non propterea poſsunt ſe excuſare. In §. Res ſacræ, in fine, dicitur qđ locus, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ędificio adhuc ſacer manet. At hoc non eſt verum, vbi ædificium eſset ab hoſtibus dirutum. l. cum loca. ff. de rel. & ſumpt. fun. in §. itẽ lapilli dr̃, quod lapilli, & gemmæ inuentæ in littore maris ſunt inuentoris, ſed hoc ita demum eſt verum, ſi etiam apprehendantur. in §. fi. de codicil. dicitur, ꝙ codicilli nullam omnino ſolennitatem requirunt, & tñ requirunt quinque teſtes in §. intereum. in fi. de obl. quæ ex del. naſcuntur, dicitur, ꝙ, qui ad furtum faciendũ conſilium dedit, atque hortatus eſt, furti non tenetur: at non eſt hoc verum, cũ alias fur non erat furtum commiſsurus. Demum in tit. de pub. iud. dicitur, ꝙ publica iudicia nihil omnino ſimile habent cum priuatis iudicijs, & tamen multa habent ſimilia, vt ibi notant interpretes. Atq; vt hæc nimis videntur generalia, ita ex cõtrario quædam videntur diminuta: vt, exempli gratia, definitio ſeruitutis, de qua in §. ſeruitus de iure perſo. cum. n. dicatur eſse conſtitutionem iuris gentium ſeruitutem inductã iure ciuili non comprehendit, ut in §. fi. eo. tit. Item cum dicitur, ꝙ uſusfructuarius non poſsidet, §. idem placet, per quas perſo. nobis acquir. de ciuili. n. hoc poſſeſsione verificatur non de naturali. l. naturaliter, de acq. poſs. Quædam etiã videntur parum fæliciter expreſsa. non intelligo hic de vocibus, & de his, quæ Grãmaticis non probantur, puta de etymologia ſtipulationis & ſimilium, ſed de his quæ ad rem ſpectant, quale eſt illud in §. plebiſcitum, de iur, natu. gen. & ciuili. Plebs. n. a populo non ita differt, vt ſpecies genere, quod, ait tex. ſed velut pars a toto. Item cum dicitur naturalibus non efficere manumiſsionem §. fi de ingen. Item cum dr̃ aliud pro alio petente poſse in eodem iudicio corrigere errorem ſuũ. §. ſi quis aliud

Quæ videãtur cõtraria in lib inſtitutionũ.

Quę videantur nimis generaliter enumerata.

Quæ videantur diminuta

Quæ videãtur ea rũ fæliciter expreſſus.

de act. nec enim verè iudicium erit idem, ut ibi notatur. Item cum iuſta & efficax appellatur actio, quæ tñ exceptione etiam doli elici poteſt. §. præterea. 1. Inſt. de excep. Item dicitur neceſſarium eſſe detrahi Falcidiam. §. quantitas, verſi. l. neceſſe de l. Falc. cum tamẽ ſit in hæredis poteſtate remittere. Quædam male videntur inferri, ut eſt illud in §. ex contrario quib. allic. uel non. *Ex contrario*, inquit, *omnes res pupilli & pupillæ ſine tutoris auctoritate recte dari poſſunt* (cum peſſimè videtur inferri.) *ideoque ſi debitor pupillo ſoluat neceſſaria eſt debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur.* Similis propemodum eſt illatio in §. fi. Inſtit. de vulg. ſubſtitu. Atque hæc quidem, & his ſimilia non huiuſmodi ſunt, quæ aliqua ſaltem interpretatione ſaluari, & ad rectum ſenſum traduci non poſſint, licet id interdum ægre obtineatur, ſed certè, quę ſcrupuloſis hominibus, quales hi ſunt, qui auctori noſtro negotium facere non deſinunt, parum probari poſſint, at ille cum ſe, & cenſores ſuos exactiſſimam adhibuiſſe diligentiam doceat, ne quid tale in ſuis Inſtitutionibus deprehendatur, & alieno periculo cautior fuerit, ad extremum ſubdit. *Si quid his exciderit quod perplexitatem præ ſe ferat, vel ambiguitatẽ contineat, nõ propterea orbẽ fructu labi, ſed poſſe id beneficio interpretationis & explicationis & clarius reddi & in libris iuris canonici, & ciuilis, atq. adeo in inſtitutionib. ipſis iuſtinianus, & in oĩ ſcriptorum genere multa eſſe huiuſmodi cõtendit.* Hoc ipſum, quam contineat detractionem, ego intelligere non poſſum, mihi quidem in eo, & acutiſſimè, & prudentiſſimè, diſſerere viſus fuit. Nam (vt ipſemet initio ſui commentarij ſcripſit) nihil eſt in vllo genere rerum tam exactum, & pulchrum, quo non pulchrius id ſit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complectitur, Itaque & Michaelis angeli ſimulachris, & picturis, quibus nihil in illo genere perfectius hæc ætas uidit, cogitare tamen poſſumus pulchriora, ſed profecto (vt ille inquit) prima ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis tertijſq. conſiſtere. Scio tamen iſtos, qui ſemel ei detrahere cœperunt, quieturos numquam, etiam ſi ille mera loquatur oracula, quippe qui inuidia, vel ſupercilio malint cõtemnere præclara, q̃ diſcere. Nam quale tandem & illud eſt, in quo ego ſibi detrahi a q̃buſdam audiui? Is in eodem commentario aſſerit, ſi iuſtinianus Procemio ſuarum Inſtitutionum adſcripſiſſet, quod non intendit in eo opere ius nouum condere, niſi dilucide id ibi proteſtaretur, multa nobis hodie fore explicatiora, & expeditiora, q̃ ſint. At quantas ob id verbum ei tragædias quidam excitare conantur? quantas turbas conciunt? quaſi hoc dicto Imper. maledixerit, uel eius maieſtatem læſerit, quod magis mirere, ſubſcriptores habet, nimirum balbi balbos. At mihi hoc, videtur excogitatum longe prudentiſſime, quam multis enim in locis hæſitamus num iuſtinianus antiqua iura corrigere voluerit, cum ab illo promulgata, vel diuerſa, vel contraria antiquis iuribus videantur. quam ſępe circa id cæcutimus, & Andabatarum more interpretando ingredimur? Legitur ſub titulo re. diuiſ. § cum ex aliena, quod ſi quis ex alienis ſpicis frumentum fecerit, frumentum ſpecificanti cedit, ac contrarium prorſus legitur in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirenr. rer. domi. ſcilicet, quod frumentum remanet eius. cuius & ſpice fuerunt. Quidam, quod reſponſum illud per iuſtinianum corrigitur, alii aliter. In. §. Theſauro eiuſdem tituli dicitur, quod theſaurus inuentus in loco ſacro, vel religioſo, ſit inuentoris, in l. 3. §. ſi in locis, ff. de iure fiſci. dimidia dicitur eſſe fiſci. quidam putant Iuſtinianum corrigere vetera iura, at alii aliter. Item. §. ſi quis ancillas circa fin. aduerſatur l. ſicut. ff. de fund. inſtruct. quam quidam per iuſtinianum putant corrige quidam aliter nec cuius loci ſententia præualere debeat, ſatis adhuc eſt in comperto. Quid illa? Legata niſi in teſtamento relicta non valere, §. præterea, de ſingul. reb. per fid. relict. non ne apertiſſime ius Digeſtorum abrogare, & antiquum reuocare videntur? Demum paſſim occurrunt huiuſmodi quibus explicandis mirum in modum interpretes torquentur, & in quibus, ſi huiuſmodi teſtationem procemio ſuarum Inſtitutionum iuſtinianus inſeruiſſet, minimè laboraremus. Et profecto, qui hoc non agnoſcit, in ſole illum caligare dicere poſſis. Tanta tamen (vt ait Hieronimus) eſt vetuſtatis conſuetudo, vt etiam confeſſe plerique vitia placeant, quod vel ex his intelligi poteſt, quæ ex ſcriptis Iſidori peſſimi vt appellant

Quæ mali videntur inferri

Nil tam pulchrũ quo non pulchri⁹ id q̃ quis in eodem genere poteſt imaginari.

Loca quedã in q̃bus de correctione dubitat.

Vetuſtatis onis.

ſant latinitatis auctoris, licet ſanctiſſimi viri, in ius Canonicũ irrepſerũt, quorũ
quædam uix in puero hodie ferẽda, diu uiſa ſunt, & pleriſque videtur ad huiuſ
modi, quæ ꝑ legib. ſeruari debeãt: & adhuc ĩ hiſce noſtris Iuris Canonici Inſti
tutionib. vel ex vnius ſyllabę adiectione iſti ſolius vetuſtatis amatores egregii,
& ꝑ cõmuni vtilitate vehemẽter anxii ingẽtia ſibi fingũt pericula; ĩ quib. tñ, etiã
ſi quædã ſcribãtur rectius, nihil id ab operis ipſius natura abhorreat, quippe
qđ Tyronibus tantũ inſtituendis ſcriptũ ſit: & illa ipſa, quæ ibi generalius forte
tradũtur & ſtrictius ſuo tẽpore labi fuſius, & ſubtilius tractata ab eiſdẽ accipiẽ-
da ſint, & exactius cognoſcenda. Sed Cãcros prius rectè ingredi doceas, q̃ his, q.
nõ tã iudicio, quã ꝓpoſito, & volũtate aberrãt, quibus ſuis rationib. ſatiſfacere
poſſis: quib. ne ſi perſuadeas quidẽ vnquã pſuaſeris. Quod quidẽ vel ex eo ſatis
dilucide apparet, quod nõnulli peſſime ab eo factũ prædicẽt, quod titulos quoſ-
dã ĩ ſuis Inſtitutionib. diuerſis uerbis ĩſcripſerit ab his, quę ĩ Decretaliũ libris
cõperiũtur, quod & factũ eſt raro, & nõ niſi ex cauſa valde ꝓbabili, & à cẽſorib.
ſuis approbata, nec ſine exẽplo. Multæ ſi quidẽ & ĩ Inſtitutionib. Iuris Ciuilis
Rubricæ cõperiũtur aliis verbis cõceptæ, q̃ in libris Digeſtorũ ſint, aut ĩ libro
Quales illę, De fiduciaria tutela. De litterarũ obligatione. Quib. modis rei cõtra
hitur obligatio, & aliæ plures. Sed hæc omnia Lãcelotto noſtro ꝑpea ferẽda sũt
leuius, q̃ idẽ in ſignibus et ſcriptorib. sẽper cõtigiſſe legimus. Venit nuper in ma
nus meas liber quidã epiſtolarũ familiarũ Frãciſci Petrarchę, quẽ antea nõ exta
re quidẽ audierã, illũ cũ auctoris captus nomine auide ĩ manus legẽdũ sũpſiſſẽ
ſtatim in ipſo ferme operis limine: dũ mecũ vitiligatores iſtos tacite ſtomacha
rer, & has ad te dare in animo haberẽ, incidi in epiſtolã meo quidẽ iudicio pru
dẽtiſſimè ſcriptã, qua ſcriptor amicũ ſuũ cõſolatur, querẽtẽ. ſ. ſcripta ſua a liui-
dis carpi, eam primũ percurro, inde lego accuratius, Quid quæris? uiſa mihi eſt
oẽm prope ſtomachum, & amarulentiã, q̃ ex detractoribus Lãcelotti cõtraxerã
abſtergere, ideoque duo ſtatim exempla exſcribẽda curaui, atq. è veſtigio alterũ
Lãcelotto ipſi miſi, ad te cũ his mitto alterũ, vt intelligamus nihil vt Tullius ait
eſſe nobis præcipue dolẽdũ in eo quod vniuerſis accidit. Sum ego illi conatus
ſuadere, Romã iterũ cõcedat. Nã cũ Sũmo põtifici renũciatũ ſit, quod is cũ bona
rũ oĩum artiũ eſt amator mirificus, tum in vtroque iure valde (vt audio) excellit
facile fieri potuerit, vt quod negocio deeſt, cõpleat, remque omnẽ ſententia cõfi
ciat: is omnino negat ſe facturũ, improbè idẽ Neptũnũ accuſari ab eo, q̃ iterũ
naufragium faciat, Deoſq. cũ tẽpus aduenerit, rem dormienti cõfecturos: tu, cu
ius maxima eſt apud illũ auctoritas, ſi idè re ſua eſſe cẽſeas, vrge quęſo hominẽ
nec pulcherrimos conatus intermori ſinamus. Vale Peruſiæ Id. Febr. M. D. L. X.

FRANCISCVS PETRARCHA
Thomæ Meſſanenſi. S. P. D.

QVerelam publicam nemo ſapiens ſuam facit. Satis quiſque priuatarũ
querelarum domi habet. Satis dixi, nimis dicere debuerã. Nulli ne
hoc vnquam accidiſſe reris? falleris. Nulli vero contrariũ accidit.
vix ſuperſtite qui fecerat, cuiuſquam ſcripta, vel geſta placuerũt: lau
des hominum mors inchoat. Scis quare, quia cum corpore moritur inuidia.
Multorũ (inquis) ſcripta laudantur, q̃ ſi gloriari licet, non pergis ulterius. ſed
(qui indignãtibus mos eſt) ſuſpẽſum linquẽs auditoris animũ ſermone præter
uolãs inexpleto. Verũ enim uero fugientem cõſequor mentis augurio, ſcio quid
velis. Multorum ſcripta laudantur, quæ tuis admota carere nõ tantũ, laudatore,
ſed etiam lectore debuiſſent, cum tua interim nullus attingat. Recognoſce ĩ ver
bis meis indignationem tuã, quæ iuſta eſſet niſi illam de cõmuni omniũ acer-
uo in uſus proprios traduxiſſes, omniũ, inquã, quos hic ſcribendi, ſeu amor, ſeu
morbus tenuit, omnium ve quos tenebit. Reſpice enim in primis, quorum ſunt

Laudes hominũ mors inchoat.

Vireſinis principi gloriæ.

illa quæ laudantur, quærere auctores, certè pridem in cinerem verſi ſunt. Vis & tua laudari? morere. A morte hominis uiuere incipit humanus fauor, & vitæ finis principium eſt gloriæ? quæ ſi ante cæperit, ſingularis quædã, & intepeſtiua res eſt. Plus dicam, dum eorum, qui tecum vixerunt, quiſquam ſuperfuerit, cumulate quidem quod appetis, nõ habebis, cum omnes pariter vrna cõcluſerit, venient, qui ſine odio, & ſine inuidia iudicẽt. Ferat itaque de nobis quamlibet ſententiã ꝓſens ætas ſi æquam, feramus æquo animo, ſi iniquã ad æquiores iudices, hoc eſt ad

Præſentia inimica famæ.

poſteros prouocemus, quando ad alios nõ licet. Delicatiſſima res eſt iugis conuerſatio, minimis offenditur, & famæ ſemper inimica præſẽtia eſt multaque admirationi hominũ familiaritas detrahit, frequenſque conuictus. Vides ne tu hos ſcolaſticos? genus hominũ uigiliis, ac ieiunio ſqualidum? Crede mihi. Nihil ad lucubrãdum durius: nihil mollius ad iudicandum, cũ multa laborioſiſſime legerint, nihil examinant, & quid in re ſit dedignãtur inquirere, cũ homines ipsũ noſſe videant itaque omnium vna lex eſt. Cuncta enim ex æquo quorum auctores, vel ſemel aſpexerint, ſcripta faſtidiunt. Hoc, inquies, pauidis accidit ingeniis: magna enim & ualida per obſtantia quælibet erumpunt. Redde mihi Pythagorã, reddã tibi illius

Pythagoras.
Plato.
Homer.
Ariſt.
Liuius.
Cicero.
Virg.

ingenii cõtẽptores. Redeat in Græciã Plato. Renaſcatur Homerus. Reuiuiſcat Ariſtoteles Reuertatur in Italiã Varro. Reſurgat Liuius Refloreſcat Cicero, nõ modo ſegnes laudatores inuenient, ſed mordaces & liuidos detractores, ꝙ quiſque ſuis tẽporibus expertus, Quid Virgilio maius habuit lingua Latina? Reperit iñ ille, q non Poetam, ſed raptorem alienarũ inuentionũ, & translatorẽ decerent ipſe autẽ ingenii fiducia, & iudice fretus Auguſto, alto animo inuidorũ verba deſpexit. Tibi quidem magnam ingenii conſcientiam eſſe ſcio: ſed vbi Auguſtũ iudicẽ inuenies? quem enixe ad modum, atque omnibus modis ingeniis ſui tẽporis fuiſſe cõpertũ eſt. Noſtri reges de ſaporibus epularũ, & de volatu auium iudicare poſſunt; de ingeniis hominum nõ poſſunt, quod ſi forte præſumpſerint, ſuperbię tumor aperte

Reges de quib. iudicant.

oculos, aut flectere, & in verum figere nõ ſinit. Itaque ne quid ſuæ ætatis ſuſcipere videantur, mirantur Veteres, quos noſſe cõtemnunt, vt defunctorũ laus, uiuentiũ contumelia non vacet. Inter hos iudices uiuendum, moriendũque nobis, & (quod eſt durius) tacendum: Vbi enim, vt dixi Auguſtum iudicem quæremus? Vnũ habet Italia immo vero terrarum orbis unũ habet Robertum Siculũ regẽ, fortunata Neapolis, q vnicum ſeculi noſtri decus incomparabili fælicitate ſortita es. Fortunata (inquã) & inuidoſa Neapolis litterarũ domus auguſtiſſima, quæ ſi Maroni quõdã dulcis viſa es, quanto nunc dulcior videberis, vbi ingeniorum ac ſtudiorũ æquiſſimus æſtimator habitat? Ad te cõfugiat quiſquis ingenio fidit. Neq; vero differẽdũ puter ſuſpecta mora eſt: deuexa enim eſt ætas, mũdus tam pridẽ eo carere, & ipſe ad meliora regna tranſire meritus. Vereorque, ne multa ipſe mihi ſeræ penitẽtiæ materiã prolatãdo quæſierim oĩs quidem inhoneſta eſt; capiẽda eſt occaſio cõfeſtimq: faciẽdũ, qđ ante tẽpus fieri nõ poteſt, Quod ad me attinet, currere, & ꝓperare ꝓpoſitũ eſt (vt qđ de Iulio Cæſare in epiſtola quadã ait Cicero) omnino mea ſtudia mecum cõferãm. Ego vero ardẽti ſtudio ac fortaſſe efficiã, qđ ſæpe uiatoribus cũ proderant, euenit, vt ſi ſerius, quã voluerint forte ſurrexerint, ꝓperãdo etiã citius, quam ſi de nocte uigilaſſent, perueniant quo velint. Sic ego quoniã in iſto homine colendo, tam indormiui diu, curſu corrigam tarditatem. Tibi autẽ meo ſoro uti neceſſe eſt, quando ad eum regem aſpirare nõ tam freti, q̃ belli obice prohiberis. Patria enim tua, cuius nemo amãtior ciuis eſt, inimici regis imperio ſubiacet. Dicerẽ Tyranni niſi quia timeo aures offendere. Ad hæc & magna res eſt neq; noſtris calamis diſcernẽda; ſed illorum gladiis. Igitur ad inceptũ redeo. Si hæc tibi exempla de Illuſtriſſimis electa nõ ſufficiunt, alia ex alio grege hominũ adiicio & ætate recentiora, & ſanctitate clariſſima. Quantos olim æmulos Auguſtinus noſter: quantos Hieronymus, quãtos habuit Gregorius, donec ſpectata virtus, & litterarũ diuina, & admirabilis vbertas inuidiã vinceret? Vix horũ quiſquam integrũ famæ preconiũ, niſi ab ipſo die mortis accepit. Vnũ æmulo ac reprehẽſore carentem, vnũ plena, & indecepta laude decoratũ Ambroſiũ, cuius ne inuentis quidẽ

Auguſt.
Hieron.
Gregor.
Ambr.

famam

ſamam mordax liuor attigerit, apud quoſdam inuenio, quod forte ad purã eius ac
ſimplicem doctrinam omnibus ambigui expertem referendũ eſt. Nam apud Pau-
linum, qui Ambroſij vitã, & obtrectatorũ eius nomina legimus & uindiciã diui-
no iudicio irrogatam. Perfer igitur iam ſine lamẽtis, qđ ſummis ingeniis cõtigiſſe
vides. Videris aũt quadam in parte tuarũ litterarum hoc ipſum conqueri, qđ mul
tos noueris magnum in vita nomẽ aſſequutos, & hoc quoq; ſi me audire uolueris,
magnifice contẽnes. Scis enim quib. hoc euenit? his equidẽ ſolis, qui famã ſuã qm̃
calamo nequeunt, clamore defendũt. Aſpice iſtos purpuratos, qui ingenti ſtrepitu
populorum in ſe ora conuertunt, qui ſe ſapientes dici volunt, quos ſapientes vul-
gus appellat, ſingulis ciuitatibus aſcribẽs ſapientũ greges: cum tñ illa florẽs olim
ſtudiorum mater Græcia nõ amplius, quam ſeptem ſapientũ nominib. glorietur
quod ipsũ poſteris importune nomen arrogãtiæ uiſum eſt. Sed qui eos excuſant,
aiunt non id eis cognomẽ proprio iudicio, ſed populorũ ſuffragiis obtigiſſe. Vnus
ex omnib. ſæculis Epicurus, ſapientem ſe profiteri auſus, intoleranda ſuperbia, ſeu
potius ridiculoſa dementia, cuius ſecundo de finib. bonorum & malorũ meminit
Cicero, hodie in nostrorum cauſidicorũ grege furor ille vulgaris eſt. Reſpice & hos,
qui in altercationib. & cauillationibus Dialecticis totum vitæ tẽpus expendunt, ſe
que inanibus ſemper quæſtiunculis exagitant, & præſ. giũ meum de omnib. habe
to. Oium nempe, cum ipſis fama corruet. Vnumque ſepulchrũ nomini, oſſibusq.
ſufficiet, cum. n. mors frigidam linguam dare coegerit, nõ modo ut, ſileant neceſſe
eſt, ſed vt de his et ſileatur. Poſſem exẽplis affluere, teq; e ipſum in multis teſtẽ fa
cere, quot loquaciſſimas picas agnouimus, in oculis inſanæ multitudinis perſtrepẽ
tes, quorũ repente uox cecidit, niſi lõga & apud quoſdam ſuperſtitũ odioſa forte
narratio eſſet. Sed ne his & ſæpe alias, nunc qđ res ipſa poſcebat, diximus. Neq; e
. n. vt eos memorem, ſermo mihi inſtitutus, ſed ut tibi ſatisfacerem, cuius cõnodi
uerſa cõditio eſt, tunc. n. maxime reſonabis, cum iã loqui amplius nequiueris Cæ
terũ ualde impatiẽtis animi eſt breuiſſ. ma expectatione torqueri. Expecta paululũ,
eris uoti cõpos, cũ obſtare tibi ipſi deſieris, id ex parte lõgæua forſan abſconſa, ad
plenum mors ſola pręſtabit Reduc ad mẽtem oẽiã ex oĩb. ſæculis illuſtres viros, Ro
manos, Græcos, Barbaros, cuius non ſpẽ. tia ſ. n æ t. ocrerit, tibi (ſi recentiore me
moriæ es) plures forte ex hiſtorijs occurrẽt. Ego id vni oium Africano tributũ me
mini, vt, ſe fama mirabilis, & pręſentia mirabilior haberetur. Idem ſacris in litte
ris tribuitur Salamoni, quare aliũ forte non inuenies, et ſi Virgilius inmodico ſtu
dio, AEneam ſuum exornandi hoc ad cum gloriæ genus transferre cõtendat, ſed
immobile, uerum eſt, excuſat tñ quaſi non AEneam, ſed ſub AEneæ nomine virũ
fortem perfectũq; deſcribat, Dedit idem oratorũ uni duntaxat is, qui hoc ſicut ue-
rius vſurpaſſet, perilluſtris. L oratorũ princeps Marcus Tullius uni quoque Poeta
rum idem tribuit Aulo Licinio Archię: ſed vereor ne id amore iudicium obliquan
ter pręceptori ſuo mediocris ingenii uiro tribuat, qđ nec Homero tribuit, nec Vergi
lio tribuiſſet. Cæterũ, vt ad te reuertar, nihil ex oĩb. quę dixi quod tibi iuſtã indi-
g. ã di materiã præſtare poſſit, inuenies. Nemo. n. ſe ante iri ab vno, vel a paucis
ægre fert, niſi qui gloriæ principatũ pertinaci ſibi mẽte cõſtituit. Patere (vt cætera
rum rerum) ſic ingenii tui fortem nominiſq. fortunã: putabas eam in ſolis diuitiis
ius habere: humanarũ rerum oium excepta virtute domina eſt, illata quoque ſæpe
oppugnare: ſed nur q̃ expugnare permittitur. Famam certe. qua nihil eſt leuius fa-
cile rotat, ac vẽtoſis ſuffragiis circumuoluit: a dignis eam transferens ad indignos,
nihil quidẽ mobilius: nihil iniquius vulgari iudicio, ſuper quo fama fundata eſt.
Ita que mirũ non eſt ſi aſſidue quatitur, q̃ tam tremulis innititur fundamẽtis. Hęc
ſane nõ niſi in viuos regnũ habet, mors hoĩem eximit ab imperio fortunæ. Ceſſãt
exindę ludibria, hęc velit ipſa vel nolit, vit tutẽ fama, ceu ſolidũ corpus umbra cõ
ſequitur. Habes ergo (ni fallor) gloriandi potius cãm, q̃ indignandi. ſi cũ oĩb fere
præſtantibus, atque clariſſimis uiris cõis tibi ina fors eſt. Quoq; e etiã nũc ægnio
re animoſis, Africanum ipſum, quem ex hac acie ſegregare viſus eram, in cõmune

Clamoſi inuita illuſtres.

Epicur.

Clamoſorum oſſa & non eſt eodem ſepulchro cõduntur pace.

Africanus Salamon Aeneas.

Aulus Licinius.

reſtituam;cui quamuis,quod cariſſimũ eſt(vt dixi)præſẽtia nõ obeſſe tamẽ obeſſet ta-men (vt cæteris (hominũ inuidia,quã tantis, virtutibus non potuit extinguere in cẽditque potius,&inflãmauit.Nocuit (quod ſine indignatione nõ poſſum memini miſſe) conſeruatio longior, & naſcens ex familiaritate cõtemptus. Vnde autẽ hæc elicià percunctabere: Nolo,me aliquid immutaſſe ſuſpiceris,ipſa Titi Liuii clariſ ſimi ſcriptoris verba ponam,qui orta contentione dignitatis honorumq. inter Sci pionem Africanũ Titumq;Flaminiũ,in qua ſuccubuiſſe Scipionem refert.Maior, inquit,gloria,Scipionis,& quo maior eo propior inuidiæ,& ſtatim poſtea: Acce debat inquit,aliud, Scipio Africanus iam prope annũ decimũ aſſiduus in oculis hominũ fuerat, quæ res minus verendos magnos homines ipſa facietate facit. Et hæc quidẽ ille. Tu vero(vt iam finẽ faciam) fortunam tuam tanto comite ſolabere, expectabisque tranquillius,memor vetus apud Flaccum verbum eſſe,quod vt vina ſic poemata meliora dies reddit , apud Plautum aliquãto vetuſtus.Ille enim ait. Qui vtuntur vino vetere ſapientes,puto,& qui libenter veteres inſpectant fabulas quod nõ minus ipſi Flacco bilem commouiſſe ſuſpicor,quam tibi tantam eſſe ve-tuſtatis reuerentiam, vt crimen longo ſermone purgandum ſibi fuerit Luciliũ re-perhẽdiſſe. Poſtremo tecum cogita,quid eſt hoc,pro quo tam ſolicite torqueamur Ventus eſt fama,quam ſequimur:fumus eſt,vmbra eſt,nihil eſt. Itaq;facillime re cto atq.acri iudicio cõtemni poteſt,quod ſi forte(quoniam generoſos animos fa-miliarius hæc peſtis inſequi ſolet)appetitum hunc extirpare radicitus nõ potes, excreſcẽtẽ, rationis ſaltem falce compeſce,parendum tempori,parẽdum rebus eſt Denique(ut ſentẽtię meæ ſummã breuibus expediam) uirtutem cole, dum uiuis, famam inuenies in ſepulchro. Vale.

FERDINANDO FARNESIO, ET FABIO PENNEA
Adoleſcentib. nobiliſſ. ac ſtudioſiſſ. Ioan. Paulus Lancelottus. S.

Nota diu ante hanc ſcriptam epiſtolam has Inſtitutiones expecta-ta.

IPſi uos ſcitis(ornatiſſimi adoleſcentes) quam frequẽtibus poſt noſtrũ ab Vrbe reditum cõium Commilitonum flagitionib. interpellatus fue rim. Vt eis poſt diuturnam moram,atque expectationem Inſtitionum Iuris Canonici copiam tandem facerem;cum ſæpe vos duces illis ip-ſis præbueritis,atque adeo ſtrenuos, & fortes, ut niſi vrgentiſſimis,nec vobis in-cognitis cauſis , quæ nos hoc facere hactenus impediuerunt , quaſi validiſſi-mo propugnaculo munitus fuiſſem,expugnatũ iri me nihil dubitẽ. Quomodo e nim tã multis,mei iã amãtib.tam iuſtẽ,tam ſæpe, ac tam inſtãter proprio quaſi iure petẽtibus obſiſtere potuiſſem?Cum præſertim in hoc certamine,maiorẽ,ſi nõ laudis,at certæ beneuolentiæ fructum victus, quam victor relaturus fuerim. Sed quãdo nunc me quamquã vehementer obſeſſum,ſine nota vobis dedere nõ poſſum, & uobiſcum optima, atque vtriuſque valde cõmoda ratione trãſigam. Ea autẽ eſt huiuſmodi, vt(niſi nouum accedat impedimẽtũ)intra paucos men-ſes operis me vobis facturum poteſtatem Romana fide recipiam, huius noſtræ pollicitationis,quaſi obſes apud uos erit hic Cõmilitonib. meis,& uobis illorũ quaſi anteſignanis nuncupatus Libellus. Qui quidẽ Inſtitutionũ ipſarum quaſi filius parentis effigiem refert:eo enim & operis totius breue compẽdiũ cõcluſi mus,& apud cunctos noſtri huius negotii Cõmentariũ quoddã eſſe volumus. At diceris, quod nouo,atque inuiſitato more prius Cõmentaria,quam contextũ ipſum,editioni parauerim,cauillamini?Sed ſtatui ita oĩno appellare,cõtinet.n. totius craſſiore quadam Minerua ſcripiam hiſtoriã;quã ea pp ſum fuſius profe cutus;tũ ne multis,q ſæpe à me de re tota edoceri flagitẽt,eãdẽ ſẽper canere Cã tilenã cogar,tũ ẽt vt obiter reſpõdeã,& his,qui morũ Curiæ, ac Principiũ im-periti me nõ inuito factũ eſſe pdicãt,ut ita diu hæc editio practa fuerit & illius multo magis,q libri noſtri nõ differri editionẽ,ſed quaſi parũ i vrbe,pbatus fit, penitus mihi interdictã garrire nõ dubitauerũt. Quorũ errorib. expeditiore via

occurri

occurri poſſe cenſui, quam ſi huiuſmodi liuidorũ latratibus ſplendiſſima ſummorum virorum teſtimonia opponerem, & rei geſtæ ſeriem ad amuſſim recenſerem, in quo nihil eſt quod vllum orationis florem, aut Latinæ linguæ candorem quiſquam a nobis expectare debeat: neque enim hoc requiri oportet ab homine Iuriſconſulto, qui ſolos pene Bartolos, ac Baldos, ne dicam Balbos, in deliciis habeat. Sed ſatis ſuperque ſit, ſi, quod narrare intendimus, vel quibuslibet verbis ita exprimamus, vt qui lecturi ſunt, quoquo ſaltem modo id aſſequi valeant. Viſum autem mihi fuit ornatiſſimum nomen veſtrum libello huic noſtro præfigi oportere, non quod quaſi iniuſtę cauſæ præſidio potentiorum titulos affigendos, aut ſvel a Regia ſuſpendendã ducam: ſed vt huius initæ inter nos tranſactionis veluti documentum aliquod extet, quod non modo conuentionis formam, ſed etiam tranſigentium ipſorum nomina ſolenni more complectatur. Valete, Peruſiæ Non. Mart. M. D. LX.

COM-

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI INCIPIT

Liber Primus.

Ioannes Paulus Lancelottus Peruſinus vtriuſque Iuris candidatis Academiæ Peruſinæ. S. D.

Auctor ſepe de edẽdis Inſtitutionibus requiſitus. Mos cõiugũ abſentiũ ſibi inuicẽ incognitorũ

ASſiduis ueſtris, tum abſens litteris, tum præſens interpellationibus pulſatus, facile intellexi (Iuris ſtudioſi) quanto Inſtitutionum Iuris Canoni deſiderio teneamini. Quarum copiam, cum nobis facere honeſtiſſimis rationibus hoc tempore impediar, agam uobiſcum vti aliquãdo eos ſolere animaduerti, qui lõgo terrarum interuallo diſiuncti, neque ſibi de facie inuicẽ cogniti per litteras ſponſalia, vel per procuratorem contrahunt. Nam ſi cito congredi impediantur, & congreſſus moram interim non niſi ægre pati poſſint, proprii oriis ex uiuo ductam effigiem, & omnes corporis partes egregie exprimẽtem uiciſſim ſibi mittere conſueuerunt; tum ad leniendum deſiderium, quo alter conſpiciendi tenetur, tum vero etiam, vt ex ipſa oris effigie, & totius corporis lineamentis coniugis mores, et ingenium, vel quoquo modo ſaltem coiiciant; ſic vos quouſque opus ipſum in publicum dare prohibetur, detinebit exiguus iſte libellus quo ea quæ in quattuor Inſtitutionum ipſarum libros a nobis congeſta ſunt, non aliter complexi ſumus, ac facere ſoleant Coſmographi, cum late patentes prouincias, atque adeo orbem ipſum anguſtis chartularum ſpatiis concludere nituntur, veluti enim ijs multi prætereundi ſunt errarum, ac marium tractus, & inſignes ſæpe ciuitattes occultandæ, ſatiſque habent, ſi clymata ipſa, & principales mundi partes, ac Metropoles vrbes, vel exiguis picturis indicent, cætera inſpectorum coniecturę relinquunt, ita mihi plurima in hoc opuſculo prętérire neceſſe fuit, quę tam anguſto ſpatio concludi, vel commode reprę̨ſentari non potuerunt. Erit igitur ueſtri iudicii ex hoc libello iuſtum, atque integrũ ipſum opus quaſi, ex vnguibus nõ dicam leonẽ, ſed prout ſtatueritis æſtimare, mihi quidẽ ſatis fuerit, ſi, ut in cõmunem ſtudioſorum vtilitatem aliquid pro exiguitate ingenii cõferrem, me nullã intermiſiſſe diligentiam, nullis perterritum fuiſſe laboribus, vel incõmodis, nullis deinque pepercisſe ſumptibus docuero ſi propoſito, atq; cœptis exitus minus reſpõderit, in nobis culpã oĩno nullam reſide, atq; ut breue hoc totius operis cõpendiũ libenti animo conſcriberem, nõ ſolum veſtra cauſa adductus ſum, vt

Exẽpla quondã operis auctori ſubiecta.

uos. ſ. mei amãtiſſimos aliquo demererer officio, verum etiã mea. Nã cũ in vrbe plura mihi neceſſe fuerit libri illius noſtri exempla exſcribenda curare, eaq; ſępe p lõga temporis ſpacia nõ ſolum apud Cenſores operis, verum etiã apud alios plures fuerint, & in diuerſorũ manus deuenerint, illorũ vnum mihi agratiſſimo uiro ſubtractum fuit, ex alia, quoq; ex aliis exempla, clã me a curioſis quibuſdã ſũpta fuiſſe

com-

com pertũ habeo. Studioſi enim omnes mira quorumcumque nouorum operũ cu
piditate intendi ſolent, præſertim nondum in lucem editorũ, quod ſolos ſe, vel cũ
paucis ea tenere pulchrum, ac præclarum exiſtiment. Vnde adeo interdũ auide un
dique cõquirunt, ut neque a furto ipſo temperent, & inſcio ſepe auctore, dũ lucel
lo inhiant, & alienã meſſem metere cupiunt, nonnumquam etiã ſuppreſſo, vel mẽ
tito ſcriptoris nomine formis excudere, ac peruulgare non verentur, atq. ita ſæpe,
dũ propium commodum, vel gloriã aucupantur, alienã famã, & exiſtimationẽ de
turpant, ac plenè perdunt. Plerũque enim opera ipſa adeo mutilata, ac deprauata
in lucem prodeunt cõſultius auctori futurum fuerit, ſi aliquãdo ea cõcremauiſſet.
Quod quidẽ de noſtro libro fieri poſſe minimè ſuſpicarer, niſi quotidianis propè
exemplis ita accidere admoneremur; Quod ſi princeps Poetarum, q̃ tam felici, ac
diuite uena tam multa diuinitus ſcripſit, non modo ita exorſus eſt, & his carmini
bus, ꝓpria clauſi poemata. ut a quo conſcripta eſſent nunquã in dubium reuocari
poſſet, uerum ẽt de duob. verſiculis, quos in gratiã Auguſti pepigiſſet, ita fuit ſo
licitus, vt nunquã cõquieſceret, donec magno æſtu eum detegeret, q̃ carminum ſe
auctorem mentitus alienã ſibi gloriã vendicare conabatur, quanto iãdem ęquius
eſt mihi ignoſci de iuſto opere laboranti, (q̃ nec aliud ingenii quãtulumque illud
eſt) ſpecimen dederim, & q̃ in huiuſmodi opere abſoluendo multos annos poſue
rim, ac multos ẽt ſumptus fecerim? Poſtquã igitur vel teſte Platone, q̃ ſcribuntur,
cõtineri nõ poſſunt, efficiam ſaltem huius libelli editione, qđ boni patres familias
ſolent q̃ quidem, ne quid pereat armenti, vel domeſticæ ſupellectilis, pecor. b. cer
tã cauterio notã inurere vel familiare quoddam reb. ſignum apponere, atq. affige
re ſolent: vt quocunque locorũ ea vagari, vel reperiri contigerit, cuius in dominio
ſint, ex nota ipſa, & ſigno facile, vel non quærentib. apparere valeat. Sic nos libel
lo hoc edito, quo totius operis, quaſi quandã imaginem cõplexi ſumus facile hoc
cõſecuturos ſperamus: vt nemo. ſ. labores, ac vigiliolas noſtras ſibi temere arroga
re poſſit. De quo ſi forte magis ſoliciti quibuſdã videbimus, q̃ libri ipſius medio
critas expoſcere videatur, detur venia imbecillitati hominum, q̃ ꝓpria præſertim
p̃ magno labore, atque impẽdio ſibi cõpararunt, p ſæpe plus æquo æſtimare cõſue
uerunt. Aliud quoque huc accedat, ꝙ cum nõ pauci ſint, quorum minime cõtemẽ
dum eſt iudiciũ, quib. inſtitutũ hoc noſtrum nõ proinde probetur, fieri forte pote
rit, ſi ad horũ deueniat manus noſter hic libellus, quo rationes oẽs huius a nobis
ſuſceptæ prouinciæ proſequimur, nec puteetur indignus, quem ſemel ſaltẽ percur
rant, vt eorum aliquem, quaſi cauſa plenius cognita, ad ſententiã noſtrã adiunga
mus. Quod ego mihi polliceri, aut ſperare nõ auderẽ, niſi eius rei periculũ aliquã
do feciſsẽ. Et quoniã de negotii ſerie vniuerſa cognoſcere, nõ ingratum nobis eſſe
intelligo, nõ ab re futurũ puto, ſi a primis initiis, etiã ſi pleraque ex his uobis no
ta ſint, rem repetã, & quaſi ab ouo exordiar. Ea autem oĩa ita partiemur, vt primo
quidem rei geſtæ ſeriem, ac hiſtoriã quandã cõtexamus, Deinde inſtitutiones ip
ſas in Epitomen, contractas quaſi p tranſennam oſtendamus. Demum ea, q̃ nobis
aliquando obiecta fuerunt, cõfutare, ac refellere conemur. Cum igit̃ anno a Virgi
neo partu ſeſquimilleſimo quinquageſimo quinto poſt Marcellũ II. in ſui Pontifi
catus limine nobis interceptũ habitis de more Comitiis. Ioã. Petrus Caraffa. Rom.
Pont. renũciatus eſset, ego, q̃ has in ius Canonicũ Inſtitutiones multo antea medi
tatus fuerã, cum Pontificem mihi videret nactus generoſæ cuiuſdã naturę, ac quę
præclara inuenta minime aſpernaturũ conſiderem, illum mihi compellandũ eſſe
ſtatui. Itaque cum haud multo poſt initum Põtificatum, facta loquẽdi copia, qui,
& cuius eſsẽ, breuiter ei expoſuiſſem, illud etiã adieci, videri mihi, nullã eſſe ꝑpe
bonarum artium, in qua nõ ab aliquo eius diſciplinæ ſtudioſo, ac Doctore cõſcri
ptus extaret liber, quo prima artis initia, ac rudimẽta cõtinerentur, & q̃ ad cętera
magis ardua quaſi gradũ faceret atque, vt alia præterirẽ, q̃ pro magna ſua in omni
facultate doctrina lõgè illi melius, q̃ mihi cognita eſſent, eſſe apud Iuriſconſultos
Iuſtiniani Imperatoris iuſſu compoſitas Inſtitutiones, quæ ſtudioſis ad inuolutã
ac valde perplexã Iuris ciuilis ſcientiã expeditiſſimum aditũ proculdubio p̃ſtent,
tum

Nõ fefelerunt tetua oracula Lancelotte Virgilii factũ. Nota auctorẽ multos an n poſuiſſe in cõponẽdis Canonicis Inſtitutionib. ante hunc libellũ edẽtũ. Mos pe trũ fam. Hoc tñ nõ obſtãte libello in uẽtus eſt, q̃ ſibi arrogauit.

Exiſtimantibus propria pretioſiora q̃ ſint danda interdũ uenia.

Operis partitio.

Nota q̃ multo ante ſenn. 1555.

Auctor fuerat meditat⁹ has Inſtitutiones.

tum me ſępiſſime admiratũ nemini aliquando ueniſſe iñ mentẽ, vt ſimilem libru in Iure Põtificio cõſcriberet. quod, ſi, vt tunc eſſet, diligenter inſpectaretur, ædificio materia potius, aliqua elegãti forma conſpicuo foribus ipſis, atq; aditu carenti comparari poſſet. Me iã pridẽ animo verſare, vt adhibita quanto maiore poſſe diligentia, & induſtria, ad imitationẽ earũ quæ in iure ciuili extarent, Iuris Canonici Inſtitutiones cõſcriberẽ, quod ipſum cum oẽ Ius Canonicum auctoritati ac poteſtati Romani Pontificis innitatur. ſub eiuſdẽ etiam Pontificis perſona abſoluẽdũ uideri. vnde nihil mihi faciendũ Romano Pontifice inſcio, atq; inconſulto, proinde minime grauaretur, mihi planum facere, num tantã prouinciã quaſi eo, auctore aggredi, an uero potius à cœptis deſiſtere deberẽ, neque, ſi non probaret, me bonas horas male collocare pateretur. Tũ ille manib. me cõplexus, ac quaſi cęlũ intuens, Ago tibi (inquit) Domine gratias, ꝙ tẽporibus quoq. noſtris præclara dare ingenia non deſinis. eſt enim hoc Neapolitanis uſitatiſſimũ, vt de re vel tenuiſſima magnificentiſſime loquãtur. Inde ad me conuerſus vehemẽter hortatur vt nouũ hoc tam pulchrũ, ac neceſſariũ (vt ipſe aſſerebat) inuẽtũ litteris mandẽ curaturũ ſe, vt neq. ego fruſtra in ea re tẽpus teruiſſe videri poſſem, atq; inſuper daturũ operã, vt ſi quid mihi forte nõ undique expolitũ excideret, a magnis viris perpoliretur. Multa propterea diſertiſſime ſuo more, & copioſſimè diſſeruit, de antiquorũ, & recentiorum ingeniis, in quo mihi, vt cætera prætercam illud pulcherrime dixiſſe, uiſus fuit ac prudẽtiſſime, noſtrorũ ſcilicet hominũ laborẽ ueterũ reprehenſionẽ exiſtimari nõ oportere, tantũque abeſſe, vt verã eam eſſe ſententiã arbitraretur, quã uulgo ſolerent paſſim vſurpare, nihil ſcilicet dici, quod dictũ nõ fuerit prius, vt ipſe contra ſemper ſtatuiſſet, multo plura ea eſſe, quæ pulchrè ſinueniri, & conſcribi poſſunt, his ipſis, quæ a veteribus feliciter inuenta, & litteris eleganter mandata fuiſſent. Hæc cum pontifex dixiſſet atque, vt prouinciam hãc nouiter ſuſciperẽ, ac pro viribus abſoluerẽ, mandaſſet, currentemq; præmiorũ pollicitatione ſolicitaſſet, diſceſſi paratiſſimo ſcilicet ad ſcribendum animo. Nõ defuerunt tamen grauiſſimi, ac doctiſſimi viri, qui cũ me de huiuſmodi opere conſcribendo cogitare audiſſent, rem dicerent futuram laborioſiſſimã, ac difficillimam, & q̃ feliciter poſſet cadere penè diffiderent. Ego uero, cum multa facta mihi proponerẽ, quę antequã fierent, nunquã confici potuiſſe credebanẽ, quid alii opinarentur, nõ uſque adeo curandum ſtatui, ut illorũ opinio me ab inſtituto meo, ac ſententia depelleret. Romano præſertim Pontifice non tam ſubſcribente, quã vehementer vrgente. Cum ſcirem vel ab ipſis mundi initiis, nihil vmquam in ullo genere rerũ tã exactum, & pulchrum prodiiſſe, quo nõ pulchrius id ſit quod quis in eodẽ genere cogitatione tãtũ, ac mẽte cõplecti poteſt. vñ & Phidiæ ſimulachris, & Appellis picturis, quib. nihil in illo genere perfectius antiquorũ ætas uidit, cogitare tamen poſſumus pulchriora. Putaui igitur nõ omnino illud ſpernẽdum fore quod nec in re non modo mediocris vnius, ſed etiam plurium præcellentium uirorũ ſtudiũ uehemens, atq. enixa diligentia præſtare potuiſſet quamquã id ei, quod ſummi homines mẽte cõprediſſent, minime reſpõderet. Nec enim niſi prudẽter admodũ ille.

Vbi plura nitent in carmine, non ego paucis.
Offendar maculis

Quod ſi adhuc fieret, ut ipſe rei euentus melius eos, quã nos ſenſiſſe doceret, conatum tamẽipſũ fore glorioſum mihi perſuaſeram. Recepi itaque me in patriã, vt ibi altiore otio perfrui liceret, remque aggreſſus ſum maiore forſan animo, atq; auſu, quã ingenio, & uiribus, atque per totum trienniũ ita operi inchoato abſoluẽdo incubui, vt nulli negotio unquã in omni uita vehemẽtius. Percrebuerat interea ĩ Perufina veſtra Academia rumor obſcurus, mãdaſſe ſummũ Põtificẽ, ut Iuris Canonici Inſtitutiones per nos cõponerentur, incẽditque ea res mirum in modũ iuuenum animos, quorũ cũ plures domum noſtram ventitarent, meque ſæpe deducerẽt ac deducerent, de hoc ſæpius percũctari, nõ modo vt ipſis ingenue rẽ cõfiterer, verũ ẽt vt noui operi inſpiciendi poteſtatẽ facerẽ, extorſerũt. Quomodo enim nobiliſſimis iuuenib meiq. amãtiſſimis, ac ſtudioſiſſimis obnixe id flagitantibus negarẽ.

Itaque

Iuris Canonici ædificiũ aditu carens.

Põtificis reſponsũ. Imo nimis fruſtra ſi põtif. libertatem ſpectes.

Põtificis de inuentione ſententia. Multa p̃ter ſpẽ fæliciter cõfecta. Nemo unquã aſſecutus q̃tum põt mẽs hoĩs cõcipere.

In reb. arduis conatus glorioſus. Nota op inchoatũ ante quã habitus eſſet ſermo cum Põtifice.

Itaque maiore tum incẽſi deſiderio alii libri exemplum magis precidib. poſcere alij legendi tantum copiam facerem precari, omnes vt opus cito ederẽ cupere, ac rogare. Cumque reſpondiſſem, neque exemplũ me tradere, neque de edendo libro inconſulto Pontifice cogitare poſſe, accidit ipſis, quod ferme omnibus ſolet, ut vetitæ rei deſiderio magis quã antea accenderentur. Igitur poſt aliquos inter ſe habitos ſermones, eos apud quos totius vniuerſitatis veſtrę ius & auctoritas ſidet (conſiliarios appellant) in publicas ſcholas cõuocant, ac Fuluio Ptolomeo nobili Senẽ. (is eſt, quem nunc magna cum laude Peruſiæ iuri dicundo præeſſe conſpicitis) rei exponendæ dant negotium. Qui cum eleganter, & copioſe explicaſſet, quid mihi iampridem Pontifex mandaſſet, ſubiecit multum ipſorum oĩum intereſſe, ſi liber ita mature ederetur vt ipſis quoque, qui adhuc ſub pręceptoribus vtriuſq. Iuris ſtudia urgerent, vſui eſſe poſſet. vnde putare cum aliis pluribus ẽre ipſorum fore, ſi de numero ipſorum vnus, aut alter deligeretur. qui Romam concederet, vt illorũ nomine cum Pontifice de opere ipſo mature edendo ageret. Ptolomeum exceperunt omnes, & mora non iniecta eligunt Petrum Gluſſianum Mediolanenſẽ lectiſſimis tum moribus, tum litteris ornatum iuuenem, mandatq; vt cum Pontifice de opere quam primum caſtigando, & edendo illorum nomine agat, ſimulque litteras ab illis pontificẽ accuratiſſime perſcriptas reddat. erant autem litteræ in hanc fermè ſententiam conceptæ. Non eſſe illis nouum, ſed vſitatũ iam, ac prope quotidianum aliquid audire, qđ ipſe Pontifex pro Chriſtiana Rep. ſapientiſſime cogitare, atque exequi ſoleret, eius generis inter cætera multa, etiam illud eſſe quod intellexiſſẽt illũ Io. Paulo Lancelotto Iuriſconſulto mandaſſe, ut abſolueret, quas Iuſtinianũ ęmulatus Pontificio nomine Iuris canonici Inſtitutiones iam inchoaſſet? quo nullum illis in uita grauius nuncium, & optatius contingere potuiſſe, quippe qui ſatis liquido perſpicerent, q̃ vberem inde fructum eſſent aliquando percepturi. Cũq. pene abſolutum opus cognouiſſent, obnixe orare, atque obſecrare, vt pro ſuo oẽs atq. adeo in ſtudioſos caritate, & propenſa ſemper uoluntate, quam primũ opus ipsũ caſtigandum, & edendum curare vellet, vt ipſi quoque, qui adhuc in curſu ſtudioſorũ eſſent, eo libro aliquid proficere valerent. Me quoque, vt cũ Gluſſiano iter Romã arripiam, rogant. Ergo non multo poſtea ego & Gluſſianus Romã appulimus redditiſque litteris Academię veſtræ ad Cardinales plures preſertim illos quib. qđ ab ipſo Senatorio munere honeſtati eſſent, familiarius cæteris Pontifex vtebatur vt nobis apud principẽ pręſto eſſe, & negotia noſtro fauere velint rogamus, qđ omnes ſine cunctatione ſunt polliciti, & pro viribus aliqui poſtea pſtiterũt. eſt in hac re, quod Fabio Myrto Pręſuli Caiacenſi noſtræ tunc Vrbis Vmbrięque moderatori atque Hyppolito Corneo Peruſino Antiſtiti gratias habeamus, qđ tum ſuis ad ampliſſimos viros litteris abeuntes nos proſecuti fuerunt, tũ nullũ officii genus poſtea prætermiſerunt, quod ad hanc rẽ promouendã, conducere ſunt arbitrati. Litteris igitur redditis cardinales ipſos, vt nobis ad pontificem aditum impetrent ſæpius rogamus; id tamen quamquam ſedulo inſtaremus, a nobis nullo pacto tũc obtinere potuit. Quod propterea nobis leuius ferendum erat, quia propter ingraueſcẽtẽ quotidie magis pontificis ętatem, graues, atq. immodicas curas, & vacillantẽ ſępe valetudinem, & inueteratam ſic viuendi conſuetudinem idem principibus uiris, & regũ ipſorũ legatis contingere animaduertebamus. Non deerant, tamen interea, q̃ nobis aditum ad pontificem vel in horas cõſtantiſſime pollicerentur, nobiſq. curiæ ac pontificis ipſius mores minime calentibus facile id perſuaderẽt. Vnde põtificiæ ipſi aulæ ita inhęrebamus. vt ne latum quidem vnguem plures totos dies atq. integros mẽſes inde nos diuelli non pateremur, ne ſcilicet ille temporis articulus elaberetur abſentibus, quo nos ad pontificem accipi poſſe ſtulte exiſtimabamus. Sed cũ ſpe noſtra ſæpiſſimè fruſtrati eſſemus, & de congreſſu penitus deſperaſſemus, cœptorum perięſi, diſceſſum, ampliſſimis etiam viris id ſuadentibus, adornabamus, & diſceſſiſſemus, niſi Nicolai Maiorani præſulis, Amalfitani uiri integerrimi ſuaſu, nouam gerendi negotii rationem fuiſſemus ingreſſi, Suaſit enim is, vt quæ coram per id tempus non poſſemus, per litteras ſaltem cum ipſo ageremus.

Breuem

In uetitum nitimur.

Petrus Gluſſianus orator ad põtificẽ pro Academia peruſina.

Auctor Romã reuertitur opere abſoluto.

Aditus ad pontificem nõ impetratus.

Gluſian. et auctor cogitans de reditu in patriã re, infecta.

Breuem ergo cõmentariolum ad Pontificem in hanc ſententiam concepimus: Abſolute, ſ. eſſe iam Iuris Canonici Inſtitutiones hortatu ſuo compoſitas, proinde diligere vellet idoneos viros qui opus (ſicubi res poſceret) caſtigarent, & caſtigatũ, atque emendatũ tãdẽ, vel Pontificio, vel priuato noĩe, prout conſultius eſſe arbitraretur, edi pateretur: rogamus Alphonsũ Caraffam Cardinalem Neapolitanũ iuuenem humaniſſimũ, & qui nobis, quantũ ſibi per ingenium Põtificis licebat mirificè ſemper fauit, vt & ſchedulam ipſam, & litteras Academiæ veſtræ ad Pontificem deferratis, acceptas reddit. Haud multo poſt eaſdem Pontifex Aloyſio Lyppomano, qui nupperimè accitus ad aulam acceſſerat, & cum inſigni laude, tum fidei, tum diligentiæ principis a ſecretis agebat, legendas tradit. Quibus prelectis his verbis vsũ Pontificem mihi Lyppomanus ipſe dum viueret, ſæpius retulit. Iſte bonus Doctor iuſta petit, & meretur exaudiri: quia amat lucem, & odit tenebras, tum ẽt plura adiecit, quibus, & opus abſolui velle aſſerebat, & illius noſtri primi congreſſus, ac demandatę mihi triennio ante prouinciæ perſpicue illum meminiſſe Lyppomanus teſtabatur. Addidit mihi, cui Pontifices mores & ingenium penitus erant incogniti, ſpẽ aliquã rei ex ſententia conficiendæ audire eum, qui de negotijs tractandis, vel nihil, vel oĩno modicè cogitare putabatur, huius noſtri & diuturnam tenere memoriam, & de illo ſic loqui, vt eius abſoluendi deſiderium, ut Lyppomanus teſtabatur magnum præ ſe ferret. Venerunt nuper ad manus meas eiuſdem Lyppomani ad vos litterræ, quibus vobis rñdet, ꝙ gratias, ſ ei egiſſetis, quod ille cum Pontifice de edendo opere tractatũ habuiſſet. Placuit eas huic noſtro Commentario intexere, vt humanitatis diuini nominis teſtes. Audio Cardinales ẽt aliquot vobis humaniſſime reſcripſiſſe. Sed illorum litteræ ad manus noſtras, cum in vrbe tunc ageremus, non peruenerunt, ideoque illas Commentario huic noſtro inſerere non potuimus.

Sidenotes: Cũ Pontifice actũ per litteras. — Lyppomanus Pontificiã ſecretis. — Quid reſponderit Pontifex chyrographo perlecto.

DOCTISSIMAE, ET ERVDITISSIMAE
Vniuerſitati Scholarium Peruſiæ commorantium

ACCEPI litteras veſtras, erudititiſſimi viri, quibus mihi gratias agitis, quod apud Sanctiſſimum noſtrum negotio veſtro fauerim. Ego quidem (quod in me] erat) ſummopere ſtudui, vt deſiderio petitionique veſtræ ſanctitatem ſuam bene affectam redderem. Id ſi ex ſententia ſucceſſerit, gratiſſimum mihi fuerit: non quod propterea aliquid mihi deberi velim, ſed tantum, quia opera noſtra benefuerit collocata: quæ ſi alijs vobis in rebus contingerit eſſe neceſſaria, eam ſemper paratiſſimam habebitis Romæ X. Kalend. Ianuarij M.D.L VII.

Veſter totus A. Lypomanus Epiſc. Veronenſis indignus.

Interea dum Pontifex de cenſoribus operis cogitat, ſerpit per vrbem rumor, aduenisse ignotum hominem, qui ſe Iuris Canonici conſtitutiones compoſuiſſe iactet, de quo (vt in rebus nouis aſſolet) varius illico ſermo. Alij.n.inuentum multis laudibus extollebant. Alii laborioſam eſſe prouinciã aſſerebant, periculi valde plenam. Alij rem putabant inſulſam, ac plane ridiculam, vſque adeo non probabant, vt nec inſtitutionibus Iuſtiniani parcerent, quarum exemplo quaſi quodam clypeo noſtras ego ab obtrectatoribus defendebam. Libet referre noſtrum quendam congreſſum cum homine, qui tunc apud nonnullos, qui ex dicacitate, & clamore cuiuſque eruditionem metiuntur, non modicam ſibi doctrinæ, ac iudicij opinionem vindicaret. Is cum de nouo libro edendo Pontificem audit cogitare, ſtatim me acciri iubet, accedo, vel libri inſpiciẽdi copiam faciam, rogat: exhibeo, legit pauciſſima, nihil cunctatus, negat recte poſſe: in quo offendat, interrogo, vtque caſtiget rogo, ille quaſi compertiſſimum errorem haberet, ſtatim locũ emendat, bone Deus

Sidenotes: De inſtitutionib⁹ Iuris Canonici varie in vrbe opiniones — Auctoris Præfecto Annonę cõgreſſus

ne Deus quam inſulſe? nego locum emendandum, ille conſtantiſſimè, & obſtinatiſſimè, quanto negabam magis, aſſeuerabat magis. Iubemus afferri librũ, vnde quæ ille corrigenda aſſerebat, excerpſiſſem, & meũ librũ optima fide tranſtuliſſem: cum locum ipſum oſtendo, vbi ad verbum penè ea omnia legebãtur, quæ ipſe emẽdãda duceret. Quid quæris? commodè illa cecidit, ꝙ cum turba Cupedinariorum, ac Piſtorum circumfuſus eſſet (erat enim Annonæ tunc pfectus) nemo niſi unus, aut alter, quam delitaret intelligere potuit. Is igitur, ubi fruſtra ſe tentare intelligit, vt mihi ineptias ſuas probet, ad imperitã multitudinẽ cõuerſus, quaſi nullus ſibi mecũ eſſet ſermo plurima ferme concionabundus ſermocinatur, me non tã cõtradicente, quam tacite ſtomachante. Extremum illud fuit, vt diceret, ſe neque Pontificis neque meum inſtitutũ ullo pacto probare poſſe, cũ neque Iuſtiniani inſtitutiones unquã multũ probaſſet. Imo tãquam inutiles ac iuuenibus dãnoſas improbare ſoleret, ſeſe hominem eſſe, qui dicendi libertate gauderet, vnde quæ ſentiret, libere ẽt proloqui conſueuiſſet. Hæc cũ Piſtoribus ſuis, & cauponibus acclamantib. dixiſſet illud ẽt (nõ omnino forſan temere) adiecit, futurum, ſ. vt multorum, inuidia magnum mihi in hac re negotium faceret, qui tunc cum maxime mihi ſtudere ſeſe fingerẽt, meę cauſæ iugulũ eſſent petituri, ac eã quaſi per cuniculos oppugnaturi. Ego vbi hoĩem palã inſanire perſpicio, nihil magis, quã aliquẽ ſermonis exitu quęrebar, vt dẽratæ beſtiæ, cui me lacerandũ temere obiecerã, quanto poſſem citius ſubtraherẽ. Rñdi, itaque quę dixiſſet non oĩno mihi improbari præſertim ſi cæteri qui Iuri Canonicó daturi eſſent operam, ac futuri eſſent ingenij & iudicij præſtantia, q̃ omnes in ipſo admirarentur, cęterũ velut Lucilius nõ Perſio, hoc eſt doctiſſimis viris, ſed Tarentinis ſuis, hoc eſt mediocrib. ingenijs ſeſe ſcribere aſſerebat: ita me Tyronibus, q plerũque ingenio eſſent mediocri, ac nulla prorſus imbuti Iuris diſciplina nõ ſui ſimilib. Iuris, Canonici inſtitutione, perſcripſiſſe. Diſcedo itaq; ſed nñ neſcio quo familiari ſuo argutulo hoĩe in ipſa via me acriter infectante, atque obtundẽte, qđ opus ipſum inſtitutiones inſcripſiſſẽ, quaſi in ſcriptio ipſa nimis eſſet arrogans, cui cum rñdiſſem, me non id a Iuſtiniano motuẽtum, ſed a Grammaticis, qui libellos ſuos quibus pueritia inſtitui ſoleret, Grammaticas inſtitutiones vocant, vel ſi magis placéret, a Rethoricis, apud quos oratoriæ Inſtitutiones hñtur, tamen, vt mihi moleſtus eſſe deſineret, ẽt atq; ẽt rogo, & librũ vel quolibẽ noĩe ſuo arbitratu appellaret, nec aliter me ab illa moleſtia potui explicare. Et aut & q diceret nõ videri veriſimile, me q iuri ciuili interp̃tando duodecim annos occupatus fuiſſẽ, potuiſſe interim aliquid de lectione dignum in iure Pontificio commentari, quaſi vero non hæc iura cõnexa ſint, ſed ita diſſimilia ac inuicẽ pugnantia, vt q alterutrum profiteri velit, alter ius dediſcedi neceſſitate vrgeat. Nõnulli vero, q ex aſpectu annorum numerum conijciebãt, ætatẽ mihi obijciebant, prouinciãque hãc tãtam non iuueni, q̃uis erudito, ſed grandæuis, & præcellentib. viris demãdari debuiſſet. His ego rñebã, barbã (vt eſt in adagio) Philoſophũ nõ facere, tum & iuuenes cñque magna præſtitiſſe, & qñ liber eſſet in manib. ex libro ipſo de me, non ex ætate mea illico de opere iudicium fieri oportere, neque eſſe coniectura iudicandum, vbi demonſtrationi locus eſſe poſſet, nec multum intereſſe, num præcellẽtes illi viri, quos iſti adhiberi oportuiſſe recte exiſtimarent, inchoado operi interfuiſſent, dumñ caſtigando, atque abſoluendo præceſſerit. Alia quoque aduerſus nos contemptim iaciebatur quæ tũc diſſimulãda, ac leuiter ferẽda ducebamus, cum ſciremus, nec diuinum hoĩem. Chriſtophorum Colombum (ſi parua maximis cõparare liceat) noua maria, nouos orbes noua ſydera, mortalib. patefacere potuiſſe, q̃ decoctoris, ac vaniſſimi hominis apud oẽs diu nomen pertuliſſet Quan q̃ nõ deerant eruditiſſimi viri, q inſtitutũ nrm nõ mediocriter collaudarent, quorum (vt interim Italos plures omittam) quaſi anteſignanos uidero mihi poſſe proferre ſummos, ac maximo iudicio pditos viros Frãciſcũ Vargã. Gropperos fratres, & Franciſcũ Sõniũ Louaniẽſẽ, q cũ de rõne inſtituti nři ex me cognoſcere voluiſſent, tm̃ abeſt vt iprobauerint vt non vulgaribus etiam laudibus rem extollerint. Erat tamen quod in hac re mirari poſſerit, nẽpe ꝙ illi ipſi, ui inſtituti noſtri impugnatores, vel contemptores eſſent, miro operis vi-

Fuit in Bartholomęus Cameranus Beneuẽtanus, viraudax, & maledicus.

Inſtitutiones Iuſtiniani improbatę.

Præmonitio de inuidia. Auctoris reſponſio.

Operis inſcriptio.

Varia in auctore obiecta.

Poſſeſſio

Aetas.

Barba nõ facit philoſophũ.

Chriſtophorus Colũbus diu vaniſſimus reputatus.

Etiã pu-

dendi deſiderio teneri videbantur ita vt vltro ad nos multi eius operis inſpiciend gratia accederent, & quos pudor, ac dignitas ad hoſpicium nr̃.n ſe confer- re minime patiebatur, nos ad ſe aduocabant, adeo vt tota prope die librum ipſum quaſi rem quandam nouam ex remotiſſimis orbis regionibus aduectã circũferre ne- ceſſe eſſet. Sed cũ id mihi moleſtiſſimũ accideret nouo commento amoui a me hanc moleſtiam: Siquidem nr̃is ſucciſiuis horis, ac vacationib. dieculam ſuffurari libellum conſcripſimus quo totius operis ſummam, atque ordinem breuiſſime cõplexi ſumus, atque is ipſius eſt quẽ nunc vobis quoque a me compoſitũ eſſe volo. Quẽ ſi quis perlegerit, de toto opere coniecturã ducere, immo explorato iudicare poterit. Eius igitur legendi co- piam pluribus cum feciſſem, vſque adeo ab oĩb. fermè probatus eſt, vt illius lectio ex meis oppugnantibus non nullos ſtrenuos reddiderit propugnatores. Inter hos Quintilianus Mãdoſius aduocatus Romanus a me reponendus eſt, qui cũ initio in- ſtitutiones has videretur paſſim contemnere, neque adduci poſſet, vt quidq̃ lectio- ne dignum a vobis perfectum eſſe exiſtimaret, quod tanto operis titulo reſpondere poſſet, epitome perlecta, ita de priſtina illa ſua ſententia deiectus eſt, & noſtræ cauſę addictus (nam bene nata ingenia, q̃ nec pertinacia ſunt, vbi meliora vident facile ſe- quuntur) vt ego eum quaſi ex Saulo meum Paulũ euaſiſſe prędicare ſolerem. Sed vt adhuc quanto poſſem vberius cunctis ſatisfacerem, & quotidiana a me certamina propellerẽ, & ſemel oĩbus reſponderem ipſo compendio Apologiã adiũgendã du- xi, qua collectis vniuerſorum, qui inſtitutum nr̃m non probarẽt ſententijs aduerſan- tiũ dicta confutare, ac reijcere pro viribus ſũ conatus, cuius tenorẽ tertiæ parti hu- ius ad vos deſtinati Commentarij ſum complexus. In quo ſi cui fortaſſe in tanta præſertim ingenij doctrinæ mediocritate tumidiores eſſe videbimur, q̃ decere exi- ſtimet, cogitẽ ſi id fieri, neſcio quo pacto, vt dũ iniuſtè nimis vrgemur, aduerſus op- pugnatores noſtros ampulloſi et inuiti eſſe cogamur, nam & milites dũ præliũ cõ- ſerunt, non ictus taciti incutiunt, ſed manus et clamorib. adiuuant. Natura.n. ſic com- paratum eſt, vt quod quiſquis ordine ac recta mente cõplexum conſiderit, ſi obtrecte- tur, acriter tueatur. Intollerandum pręterea illorum eſt ſupercilium, qui iudicare de alijs cum promptè ſoleant, ipſi facere nihil nouerũt, & optimã quæque prius aſſue- rũt contẽnere, q̃ cognoſcere. Illis aũt minime reſpondendum duxi, qui me librum ſurripuiſſe, ac magni alicuius viri ſcrinia compilaſſe calũniabantur, quod dicerent, eo me, quẽ nec de facie quidem noſſent, nec eſſe iudicio, vel eruditione præditum, vt tantam rem aggredi, ac feliciter abſoluere potuerim, quãquam cuius id opus eſſe exiſtimarent, interea non proferrent. His.n. magis erat, ꝙ gratias agere, quã ſuccen- ſere deberem, cum nõ tã mihi detrahere, q̃ operi ipſi multum tribuere viderentur & has ſeneſcentis, ac feſſæ, & quaſi laborantis aduerſus virtutẽ inuidiæ voces lętus agnoſcebam. Inter hæc, cum anteq̃ rei finis haberi poſſet, diu mihi Romæ manedũ eſſe appareret inſtantib. Aloyſio Lypomano, & Ardiughello, necnon Paolo Tarano viris grauiſſimis, & prudentiſſimis, publico decreto ſtatuitur, vt in Peruſina Acade- mia mei q̃ q̃ abſentis, ratio habeatur, atque ideo & profitendi locus, & honorariũ mihi ſeruetur. Eodem tẽpore Alphonſus Caraffa in album familiarium ipſius Põti- ficis me referri iubet, & totius negotij conficiendi prouinciã ſuſcipit, in quo eſt, ꝙ gratias agã ornatiſſimis viris atq. optimis Epiſcopo Ioa. Bap. Caſtaneæ, Vincentio Ferrerio, Angelo Maſarello, & Adnardo Gulaneo. Hi.n. non deſtiterunt in medijs negotiorum fluctib. & nos, & rem noſtram Alphonſo cõmendare, atque currentem quidem illum ſua ſponte, ſed tñ grauiſſimis rebus interdum valde implicitum, atq; occupatum incitare. Pontifex vero dum de Cenſoribus, & caſtigatione operis cogi- tat, negotium dat Io. Reumano, & eidẽ Alphõſo Cardinalibus, vt diligenti perue- ſtigatione præuia ex oĩbus qui in Vrbe eſſent tres diligerent, qui huic ferendo oneri idonei, ac pares eſſe poſſent, ſubijciens (vt mihi poſtea Reumanus ſæpius retulit) rẽ hanc maximè ſibi eſſe cordi, atque operare vehemẽter, vt anteq̃ ex humanis excede- re Chriſtiana reſp. huius operis cõmodum ex ſe ſentiret, ac quaſi munus quoddã li- brum hunc a ſe reciperet pfecturũ ſe, vt eos, qui opi expoliendo, & pficiẽdo inſudaſ- ſẽt, laboris ac diligẽtię ſuę nõ pęniteret. At Cardinales Põtif. acceptis mãdatis, licet

hanc

Ignatores operis inſpiciendi deſiderio capti.

Excuſat ſe quod cũ ſtomacho interdum loquatur.

Intolerãdi qui de alijs promptè iudicant, & nihil ipſi pręſtant.

Auctor furti inſimulatus

Auctori abſenti & locus & honorariũ in Academia Peruſina reſeruata

Pontifex mandat Reumano, & Neapolitano, vt Cenſores eligant.

hanc operis caſtigandi prouinciam multi non obſcure vltro ambirent, ex omnib. tamen qui in Vrbe eſſent, delegerunt Fabium Acorumbonum Sacri Pontifici auditorij (vt appellant) tunc Decanum, Iulium Oradinum illius Collegam, & Antonium Maſſam cauſarum patronum, viros cum iudicio, & eruditione præſtantiſſimos, tum in foro, & iudicijs, & interpretando iure exercitatiſſimos. Acceptis ergo ab his mandatis Pontificijs, ſuum quiſque a me ſumit operis exemplum, plura enim ergo ante in eum vſum priuatis ſumptibus exſcribenda curaueram. Acorumbonus autem, qui quod ampliſſimi ordinis, & auditorii caput eſſet, negotio præeſſe videbatur, prius quā librum attingerent, oneris ſocios, & me quoque vna ſplendido conuiuio excepit, actumque eodem die inter eos eſt quo ordine, quave ratione res tractari, & abſolui oporteret; itemque eſt in hanc ſententiam, vt ſinguli librum, vel libri partem ſeorſim excuterēt, atq. ſi qua offenderent quæ forte nō probarent, aut addenda tollēdave putarent, nō immutarent quidem, ſed compactis ad eum vſum codicillis annotarent, annotata mihi vna, aut altero die, antequam nobis eſſet in eundem locum conueniēdum, traderet, ne imparatus quaſi cauſam dicere cogerer, inde ut certis dieb. conuenîremus, atque reb. inuicem, communicatis quæ addenda, vel immutanda, vel reſecanda eſſent, de omnium, vel maioris partis ſententia adderentur, immutarentur, & reſecarētur. Quæ omnia poſtmodum ad amuſim ex communi præſcripto peracta fuerunt, atque toties ſimul conuentum, donec ex ipſorum conſenſu, & iudicio cenſuram opus ipſum recipit. Nullo hic pacto explicare poſſum, quanto omnes ingenio in hac caſtigatione, quanto animi candore, quanta demum eruditione uerſati fuerint, nihil vnquam improbauerunt, quin ſi quid ad defenſionem afferrem & diligentiſſimè, & libentiſſimè audirent, ac ponderarent, & ſepæ etiam de propria ſententia, quaſi cauſa plenius cognita decederent. vnde illis non modo ego, ſed etiam, ſi quando tandem librum edi contigerit, omnes ſtudioſi adeo debebimus, vt pro collato in nos beneficio gratias nunquam ſatis agere valeamus. Opere caſtigato, ac recognito reliquum erat, vt de re tota per Cenſores ad Pontificem referretur, quod ipſum illi quam primum facturi videbantur, ſi eis ad ipſum aditus patere potuiſſet. Sed is tam in abdito aſſeruabatur, tam omnium congreſſus auerſari videbatur, vt ne ad ſacra quidem audienda iamè conclaui pedem efferret. Vnde præter coniunctos, ac familiares pauciſſimos admittebatur nemo, niſi forte magnorum regū Legati: quos tamen & ipſos prius ob eam rem aliquā diu penſare oportebat & ſæpe die, atque hora ad compellandum Pontificem dicta venientes, ac per aliquot horas expectantes, demum excludebantur. Neque mirum cuiquam hoc videatur, cum ſa pe etiam (ut ferebatur,) contingeret, ut uiros ampliſſimos vltro ex remotiſſimis orbis regionibus magno illorum incommodo ſump u Romam euocaret, uenienteſque vix poſt longum temporis ſpatium admitteret, quod quidem vtrum ex difficili, & omnia tardius agentis Pontificis ipſius ingenio, vel alia de cauſa contingeret, mihi, quidem non ſatis eſt in comperto. Illud quidem certo ſcio, vel Solem ipſum ægre, iam tum ad illum penetrare potuiſſe. Vnde cum omnis prope coram referendi eſſet Cenſoribus noſtris ſpes ex hoc adempta, quod coram ſe non poſſe intelligerent per litteras, demum agere decreuerunt. Epiſtolam itemque communi nomine conſcribunt, quam, quid de opere ſentiant, complectuntur, eamque Pontifici reddi curant, uberius etiam vbi colloquendi poteſtas fieret, eorum relaturi. Vt aut quilibet, quæ ſit illorum de libro ſententia, facile cognoſcere ualeat, illam ipſam omnium oculis ſubijciendam duxi.

Qui Cenſores delecti.

Operis caſtigandi modus & ordo.

Pōtificis ad eundē maxima difficultas.

BEATISSIME PATER.

Cenſorū relatio.

CVm S.V. nobis iniunxerit, vt Inſtitutiones Iuris Canonici iuſſu & nomine B.V. compoſitas videremus, & excuteremus, primū vniuerſum Opus ſinguli perlegimus. Inde certis diebus in vnū locum ſimul ſæpius conuenientes, rebuſque inuicem communicatis

Nõnulla per Cenſores immutata. Teſtimoniũ de diligẽtia auctoris Liber neceſſarius & bene ordinatus. Ciuiliũ, & Canonicarum Inſtitutionũ cõparatio. Quædam Prœmio inſtitutionũ inferẽdo Diligẽtia Cenſorum.

ea, quæ vel immutanda, vel addẽda, vel reſecãda viſa fuerunt, pro tenuitate iudicij noſtri immutauimus, addidimus, & reſcauimus, auctoremq. ipſum, (qui nobis non cõtemnendo ingenio, & eruditione prœditus viſu fuit) exactiſſimam operi abſoluendo diligentiam adhibuiſſe multis argumentis comperimus. Librum itaque iudicamus, cum neceſſarium, tum ẽt bene ordinatũ, ac digeſtũ. Cũ vniuerſa prope, q̃ Pontificii iuris libris ſparſa conſpiciuntur, certa via, & rõne compendioſaque breuitate complectitur & vere (niſi nos fallit opinio,) ab oĩb. commendãdum erit propoſitum, atq. inſtitutum S.V. quaſi ſibi diuinitus inſpiratũ, quũ non minus gratum futurum ſit hoc opus Iuris Põtificij ſtudioſis, quam ſint inſtitutiones, Iuſtiniani nomine compoſitæ iura Ciuilia profiteri volentibus. Exiſtimauimus tamẽ ne qua omnino, (quantũ fieri põt) anſa detur, & occaſio nouis altercationib. quas interdũ nimis anxie diligẽtes moroſa curioſitate excitare conſueuerunt, forte non ab re eſſe, ſi nonnulla inſerantur prooemio, quod ipſi operi. B. V. præfigendum duxerit, de quibus cum primum cõmodo ſuo fieri poterit, vt ſuo nos dignetur alioquio, plenius differemus, oĩa tñ ſapientiſſimo iudicio B. V. relinquentes, cui quãto maiores poſſumus gratias agimus, quod nos, qui tanti nos non facimus, dignos putauerit, quib. tam arduum negotium committeret, in quo ſi quid defecimus, id totum noſtræ imbecillitati aſcribere dignetur, non quòd omni diligentia, & conatu ad exequẽda mandata S.V. pariſſimi (vt debemus) non fuerimus, quam Deus Opt. Max. diu nobis incolumen, felicemque ſuper eſſe velit. E.B.V.

Fabius Acorambonus Rotæ Decanus.

Humiliſs. Seruulus Iulius Oradinus Rotæ auditor.

Antonius Maſſa.

A tergo.

A. C.

Pro Magni. D. Io. Paulo Lancelotto, Die iiij. Nouembris.

Adam de inuidia eſt Notarius.

Die quarta Nouembris conſtitutus in officio mei Notarij, & coram me, &c. D. Venantius Barnabæus clericus Fulginaten. teſtis inductus ſuper recognitione retro ſcriptarum ſubſcriptionum, qui uiſis, &c. recognouit manum, & ſubſcriptionem Mag. Dom. Antonij Maſſæ de Galleſio, quem uidit pluries ſubſcribere, iurauit tactis, &c. Deinde ibidem, &c. D. Carolus de Vallata Clericus Rodonen. diæceſis ſubſtitutus in officio D. Felicis de Romaliis, qui uiſis, &c. recognouit omnes tres manus, & ſubſcriptiones in forma quia uidit eos omnes ſcribere, iurauit tactis, &c. Succeſſiue in eodem officio coram me notario, &c. D. Bernardus S.D.N.PP. Curſor teſtis inductus ſuper eadem recognitione. qui uiſis, &c. recognouit binas primas ſubſcriptiones ſcriptas, videlicet manibus R. P. D. Fabij Acoramboni, & Iulij Oradini, quos pluries uidit ſcribere, iurauit tactis, &c.

Adam de innidia Notarius.

Teſtimoniũ Cardinalis Reuma.

ANno ſalutis noſtræ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe Octob. Sanctiſſimus Dominus noſter interpellatus litteris Scholarũ vniuerſitatis academię Peruſinæ, vt dignaretẽ edere librũ Inſtitutionũ iuris Canonici, quas D. Io. Paulũ Lãcelottũ iuſſu, & noĩe ſuæ Sãctitatis cõſcripſiſſe audierant,

man-

mãdauit nobis,vt idoneos uiros deligeremus, qui perlecto, & diligẽter excuſſo opere,referrent,nũ huiuſmodi eſſet, quod ſuo nomine S.S. edi poſſet. Nos autem delegimus R.Fabium Acorambonum, Iuliũ Oradinum Auditores Rotæ, & D. Antonium Maſſam cauſarum Patronum quorum electionem etiã S.D.confirmauit, qui quidem uiſo libro, retulerunt,pro ut habetur in eorum relatione in ſcriptis facta.

Supra Vera ſunt,in quorum fidem me ſubſripſi Io. Cardinalis Reumanus.

Iſtud eſt igitur grauiſſimorum,& eruditiſſimorũ hominũ cauſa,penitus cognita ac perſpecta, de noſtris Inſtitutionibus iudicium ,cui ſi quis non perlecto præſertim opere,proprium velit anteponere,non ſecus agere,me iudice, videri poteſt,atq; ſi quis dicat,acutius ſe nocte intempeſta poſſe cernere,quam alios ipſo in meridie. Sed quoniam quiddam Procemio inſeri non ab re eſſe ſignificant, ne quis adhuc tergiuerſari poſſit,hoc quoque cuiuſmodi ſit, eſt nobis aperiendum . Viri oculatiſſimi nihil æquè timuerunt , quam ne quis(ſi qua fortè uerba operi eſſent inſerta, quæ ab his, quæ in Decretalium libris leguntur,diuerſa eſſent)ad ueterem iurium correctionem eam ueritatem ſubtili nimis, ac ſophiſtica interpretatione detorqueret, vt interpretes interdum vel ſyllabas ſuperſtitioſius ponderant,ſunt moroſi, proptereaque & à me prius, & ab ipſis poſtea magna eſt adhibita diligentia, ne(quantum res pateretur (temerè, & cum periculo à uerbis veterum recederemus, immo multa quæ cubitalibus litteris alijs Pontifici Iuris libris inueniuntur expreſſa de libro Cenſores expungi voluerũt, ſiue quod legentium auribus prima facie malè ſonarent, ſiue, quod vſu non admodum recepta eſſent,ſiue quod obſcuritatem continerent,claritati enim mirum in modum videntur mihi ſtuduiſſe. Cæterum vt adhuc Cauillatoribus verborumque aucupatoribus penitus os occluderetur,conſultiſſimè agi putauerunt, ſi ſummus ipſe Pontifex Procemio, quod operi eſſet præfigendum teſtato hoc exprimeret quod ius nouũ condere, vel vetus abrogare non intendit. Et ut ipſius negotij effigiem plenè cognitam habeatis, quaſi ob oculis poſitam, ſubijciam hic procemii exemplum non quidem à Pontifice, vel eius mandato à quoqua conſcriptum, ſed à me ipſo hortatu, & iuſſu ipſorum Cenſorum antequam librum attingerent compoſitum quod (ſicut ipſi tunc aſſerebant)propterea,vt facerem,mandauerunt,vt ipſius rei ab ipſo initio totam imaginem expreſſam quaſi de propinquo melius poſſent intueri.

Quid cenſores operis procemio inſerendũ cõſueuerũt.

Malè ſonantia, vel vſu non recepta de libro abraſa.

Pius Epiſcopus,Seruus Seruorum Dei vniuerſis iuris Pontificij candidatis Sal. & Apoſt. Ben.

HOminem rectum creauit Deus,ille autem dũ declinat ad malitũ,infinitis(vt diuina teſtãtur oracula ſeſe miſcuit quæſtionib. Hinc eſt,quod ingruentib.malis moribus, & gliſcentibus iugiter litigijs, & nouis caſib. emergentib. neceſſe fuit ad veteres Canones varia ſacrorum Conciliorũ Decreta,ac multas recentiorũ Pontificũ conſtitutiones adiũgere,quæ inordinatis reb.ordinẽ tribuerent,inutilia præſcinderent,labentia fulcirent,& ex vinea Domini,quaſi quidã ſarculus,non modo nocentes herbas euellerent,uerũ ẽt ſalutiferas inſererent. Vnde ſacrorũ Canonũ Decretaliũq; Epiſtolarũ(reb.ita exigentib tã magnus hodie factus eſt cumulus,ut uu merũ prope legũ ſæculariũ ex ęqua re uideantur.Inde fit,ut quæ cito,&

Eccle. 7.

cũctis innoteſcere neceſſariũ forte, vix a paucis diuturno ſtudio cognoſci valeant, quod ipsũ accidit, non modo ob Conſtitutionum multitudinẽ, verum etiã quod ijs, qui iſtius iuris ſcientia imbui cupiunt nulla certa via vel methodus à quoquam hucvſq; præſcripta fuerit, vñ nullius certis initijs, ac veſtigiis inhærentes per deuia in certo curſu temerè vagari compelluntur. Et ſanè perquam incongruum erat, vt ſacroſancta Iuris Pontificij facultas principio ipſo, hoc eſt parte potiſſima careret, & à legitibus profanis, quæ Canonib. ipſis famulari conſueuerunt, & hac parte ſuperaret. Idcirco inter cũctas ſolicitudines, ad quas nos debitũ Apoſtolicę ſeruitutis adſtringi, non in poſtremis ducimus, vt florentiſſimæ iuuẽtutis ſtudia nũc magis ꝓpoſitis præmiis, nũc eruditiſſimis viris ad docendũ ad Gymnaſia noſtra vndiq; accerſitis nunc nouorũ editione librorũ quantũ poſſumus ſubleuemus. Studiorũ itaq; difficultatib. paternæ diligẽtiæ ſtudiis obuiã ire cupiẽtes, nõ tã per hoc aliquid noui iuris ſtatuere volentes, ea quæ hucuſque variis locis ac libris diſperſa fuerunt, quaſi in artẽ redigenda curauimus, & dilecto N. mandauimus, vt ex vniuerſis Pontificii Iuris libris Inſtitutiones certo ordine contexeret, & conficeret, quas in quatuor libros, & congruos titulos partiri iuſſimus, vt ſint totius Iuris Canonici principiũ, & elementa, quarũ ductu expeditius, & citius ad metam illius iuris ſtudioſi peruenire valeant. Legimus itaque, & per dilectos filios noſtros N. N. N. ſumma cum diligentia, & ſtudio recognouimus, eaſque nunc ad vniuerſitates veſtras tranſmittimus. Sumite igitur alacri animo, & cũ omni reuerentia, atque ijs ita operam date, vt ad cætera cito, & facilè beneficio noſtro peruenĩẽtes, Apoſtolicæ ſedis atq; uniuerſæ Chriſtianæ Reip. cõmodo, atque ornamẽto aliquando eſſe ualeatis. Datũ, &c.

Triplex remediũ ad effugiendam Innouationis, uel correctionis periculum.

Teſtatio Principis

Diligẽtia

Interpretatio.

Agricolarum mos.

Ad effugiendum igitur ſcopulum iſtum correctionis, & innouationis, quem multi non quidem temerè, ſed omnino nimis ſuperſtitioſè formidant, triplex eſt paratum medium. Primũ efficaciſſimum, præſentiſſimumq; Pontificis ipſius teſtatio, ſi diſertè caueat, quod non intẽditius nouum condere, niſi id ipſum exprimat. Quam quidem ſi procemio ſuarum Inſtitutionum, & Iuſtinianus olim inſeruiſſet, multæ de medio legum perplexitates ſublatæ eſſent, quæ legentium nũc ingenia uehemẽter torquent. Secundum noſtra omnium in ea re cauenda diligentia, qui ne latum quidẽ unguem vbi periculum poterat imminere, niſi rebus ualde perpenſis à verbis Canonum receſſimus. Demũ id quod legibus ipſis eſt cũ omni ſcriptorũ genere cõmune, benignè ſcilicet ac probabilis interpretationis beneficiũ, de quo quoniá prolixè infra ſuo loco diſputauimus, nihil hic dicã amplius, ſed deinde vobis petendũ relinquimus. Non deſinunt tamen adhuc nonnulli ad hæc aures obſtruentes, formidandũ Legis nomen & innouationis ſcopulum in vulgus iactare, & eos qui noſtrorum conſiliorũ ignari ſunt non ſolum à cauſa noſtra abducere, verum etiam & nos ipſis laniandos, radere aut helleboro curandos. Sed ſi quis acutius introſpiciat, nõ ſecus his hac in re nũc accidit, quam vt cum agricolæ iactis ſeminibus, vel ſuccreſcentibus herbis, uel maturis pomis, ab auium incurſibus timentes medio ipſo in agro, aut arboris ſummitate viliſſimũ aliquid ſordidæ, atq; attritæ veſtis uento agitandã ad terrendas aues ſuſpendunt: ueluti.n.etſi uerè nihil ſit ab inani ſpectaculo uolucrib. timendũ aufugiunt tñ, & à palliolo quaſi ab inſolenti monſtro declinant: ſic multi audito Legis ad terrendũ cõficto nemine, nemine, potius quaſi ab imminenti periculo aufugiẽtes inſtitutũ hoc tñum auerſantur, & tñ, ſi non ita eſſent formidoloſi, proprius accedere non uerentur

& cauſam

& cauſſam accuratius cognoſcere, & quaſi ex propinquo intueri uellent, intelligerent profectò ab hoc Legis nomine nihil magnopere timendum, & pulicem hunc eſſe, nõ Elephantum. Huic (inquiunt) tantum ne priuatum, atque illum iuuenem eſſe uſum? Senatus ſæpe totus in unica ferenda lege diu laborat, & unus ille homuncio quatuor legũ libros in ſuo ſolus cubiculo meditatus repente nobis cõdiderit? Quaſi uero nouas mihi leges confinxerim, ac non ueteres potius expeditiore quadam, & cõpendioſiore uia, atque id quidem non ſine exemplo probatiſſimorum uirorum rudioribus tradere, conatus fuerim, Quaſi eadem nouarum legum ferendarum, quæ ueterum ſub certum ordinẽ reponendarũ, ſit ratio? Quaſi non in magnã hominũ lucem, & in Vrbem ipſam prodierim, diutiſſime permanſerim, opus ipſum paſſim omnib. legendũ, excutiendum, lacerãdum non, tradiderim. Habet Inuidia inter uitia cætera illud proprium, ac quodammodo peculiare, quod adeo turpius eſt, vt nulla ratione ipſa ſe re tueri, & agnoſcere uelit, ideoque liuori ſuo magnifica ſemper verba atque illuſtres ſermones prætexit. Vnde qui ſe iracundum, intemperantem, & ad voluptates procliuem confiteatur, facile inuenias, ac quod ſe quis inuidum eſſe, ac liuidũ concedat nec tormentis quidem facile extorqueas, quinimo cum maxime virus euomunt, ſe ueritatis eſſe amatores inuidi prædicant, atque ea de cauſa nec amicis quidem parcere ſolere, tanta eſt enim virtutũ, vitiorumque vicinia, vt maledicus pro libero ſe quis interdum venditare ualiat, ea autem ineſt uis peſtilenti huic morbo, quòd ſi quẽ gratia uel auctoritate pollentem occupet, præclaras quaſque res euertit, ac delet: ſin vero (quod ſæpius accidit) humiliores arripiat, habet illud boni, quòd quaſi in propria viſcera uelo gladio maximum malum inuidis ipſis afferre conſueuit. Sed ut demus librum eſſe cuique, vt ſuo non alieno arbitratu explicet, quid de quaque reſentiat aut periculum ſibi fingat quantumuis magnum idque animo fieri non poſſe niſi candidiſſimo, certe ut ipſis pro ſuo, illa etiam & nobis prò noſtro ingenio diuerſa ſentire atque opinari, ſine alicuius temeritatis, ſuſpitione integrum eſſe debet, præſertim cũ tot ſummo uiros habeamus ſubſcriptores, ac noſtræ ſententiæ propugnatores, ac propemodum auctores. Et mehercule, quanto magis cogito, tanto magis iſtorum hominum ſcrupuloſitatem, & tantam formidinem demiror, præſertim quod ſacræ Theologiæ Magiſtri, quibus etiam librum hunc noſtrum opportunis locis excutiendum tradi neceſſe fuit, nulla mihi ingentia pericula quod Iuriſperiti aliqui faciunt, finxerunt quippe quod, vbi tractantur ardua, verbis Canonum ipſorum quaſi cuidam clauo tenaciter nos inhæſiſſe liquido comperèrint, & tamẽ nemo neſcit facilius, & haud paulo maiore cũ detrimento, quam in pertractando iure, errari in re Theologica: quæ nõ fluxæ alicuius & cito euaneſcentis rei ſed ipſius ſempiternæ ſalutis ſolum rationem ducit præſertim in hac temporum noſtrorum calamitate, quibus tam multarum hæreſum obortæ ſunt in Eccleſia procellæ, ut ſi quis ſcrupuloſa interpretatione quantumuis diligenter, a ſincere ſcripta pertinacius inueſtigare velit, aliquam hæreſim eadem ſubolere facile (niſi fallor) extorquere poterit. Theologi tamen non modo me ob eam rem ab hac ſcriptione non ſunt dehortati, verum etiam Inſtitutiones hasce noſtras locupletiſſimo teſtimonio ornarunt. Nam cum caſtigandi operis certis locis qui rarum Theologicarum, vt puta ſacramentorum tractationem continent, prouincia Danieli Blanco cremenſi Dominicano regulari uiro doctiſſimo, atq. acerrimi iudicij demandata eſſet, de paucis, quæ uidiſſet, ita cenſuit.

Nõ eadẽ rõ nouarũ legum ferẽdarũ quæ ueterum ordinandarũ.

Inuidia nõ poteſt ſeipſum intueri.

Quæ uis inuidiæ.

Theologorũ ſententia.

Facili° & maiori cũ periculo erratur in Theologia quam in iure.

Quæ de Sacramentis in genere, quæ etiam de Baptiſmo in ſpecie, & Confirmationis ſacramentis legi in libro I. Inſtitutionum iuris Canonici, & Catholicæ veritati conſentanea, & eleganti ſerie diſpoſitè & oppoſitè tractata, quantum aſſequi potui, meo exiguo ingenio videntur.

Teſtimoniũ magiſtri Sacri Palatij.

F. Daniel Blancus.

Is autem omnia peruestigare non potuit, quippe qui ſub ipſo tpe, quo noſtro operā perlegendo, & diiudicando incumbebat. Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter delectus erit, vnde ad cætera multa, quæ ſibi antea fidei, ac religionis, cauſa obeunda erant negotia, adeo magnus acceſſit cumulus, ut noſtri inſpiciendi libri prouinciam alteri demādare coactus fuerit. Delegat itaque rem Matthæo Lachio Sodali ſuo, uiro cum probatiſſimæ doctrinæ, cum uero etiam ſpectatæ pietatis. Is autem ita cenſuit.

NOs Frater Matthæus Lachius Ord. prædicatorū ſacræ Theologiæ Profeſſor, & in Diœceſi Peruſina Commiſſarius S. Inquiſitionis, legimus & conſiderauimus librum nuper cōpoſitum ab Eccell. V. I. D. Ioan. Paulo Lancelotto Peruſino, & ſpecialiter, quæ ſpectant ad ſeptem Sacramenta fidei Chriſtianæ, & lætati ſumus, quoniam minores, & maiores proficiētes, & docti, nec dū incipientes inuenient breuiſſima hora, quæ longo temporis tractu nō potuiſſent, vnde ſibi, & aliis ad ædificationem Eccleſiæ proficiant. Et iudicamus, vt non ſolum excudi tuto valeat, verum etiam quàm primū edi valde expediat, ad hoc vt præclara ſacrorū Canonū ſtatuta concinna ſtructura, atque ordine eleganti connexa, oībus innoteſcere ualeāt.

Die VI. Ianuarij. M.D.LIX.

Ita eſt Fr. Matthæus, qui ſupra manu propria ſubſcripſi.

Perſpicitis igitur præſtantiſſimorum uirorum teſtimonio tantum abeſſe, vt in re Theologica lapſus fuerim, vt in ea tractatione etiam à laudatiſſimis uiris laudari meruerim, Cum tamē interim Theologiam ipſam non profundius attigerim, quam quo Canones pertingunt, aut homine Chriſtiano digna inſtitutio expoſcit; vt ſicubi, eo certe in loco potiſſimum lapſus timendus fuerit. Vnde ſi in lubrico conſtitimus, & in locis non admodum nobis exploratis, & cognitis certā nihilominus viam tenuimus, quanto tandem eſt æquius, idem nobis contigiſſe, & in his credi, quæ ad meram tantum Iuris cognitionem pertinent? quæ quidem, quod eis cognoſcendi omnem prope ætatem conſumpſimus, ſi nō uita nobis ſunt, certe longe magis habemus cognita, quā ea ipſa, quæ ad Theologiæ facultatem ſpectant, ſed permittamus in ſuo quemque ſenſu (ut dicebat Apoſtolus) abundare, & ad inſtitutam totius rei narrationem iam reuertamur.

Sub hoc fermè tempore, quo mihi cum cēſoribus meis negotium erat, & de ipſorū Cenſorum Epiſtola Pontifici reddenda laboramus (fuit enim & in eo mihi laborandum) ſplendidiſſima Germaniæ Ciuitas Colonia Agrippina Petrum quendam Schulringum Steinuich. Iuri (ut uocant) Licētiatum Roma miſit, ut is nomine Colonienſis Senatus cum Pontifice ageret, de priuilegijs quibuſdam vniuerſitatis, & Gymnaſij publici confirmandis, & agendis. Qui cum de Inſtitutionibus noſtris audiuiſſet, Operis, & argumenti nouitate vehementer vt mihi viſus eſt, captus, ſæpe me obnixè obſecrat, ut libri deſcribendi copiam ei faciam, nihil poſſe prædicans vniuerſitati ſua gratius ex Italia exportare, cui cum re nondum abſoluta non poſſe me obſequi ſe reſpondiſſem, idem rurſus à Neapolitano flagitat: ſed cum nec ab ipſo uoti compos fieret, idem tandem ab ipſo Pontifice per litteras, cum acceſſus ægre pateret, petit. Quarum litterarum, ut & eius rei apud cæteros quoque fides extaret, exemplum mihi curam, erant autem in hæc verba conceptæ.

AD cætera S. V. erga Colonienſem vniuerſitatem magna beneficia humiliter oro, atque obſecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, ut reuertenti mihi ad colonienſes ſtudioſos, liceat Inſtitutionum

460

ſtitutionum Iuris Canonici, quas iuſſu S. V. feliciſſi nè audio abſolutas, exemplum deferre, vt iidem ab ea non ſolum ſacerdotiis, ac prouentibus, ſed etiam præclaris litterarũ monumentis ſeſe adiutos eſſe perpetuo gloriari poſſint. E. B. V.

Coloniæ exẽplariũ ſtitutionũ ſecum aſportaſſe & publice a ligñ interpretatum antequã ederentur.

Seruus humiliſs. Petrus Schultingus a Steinuich Legum Licentiatus Reip. Colonniæ Agrippinæ Nuncius.

Sed nec a Pontifice, quod nondũ eſſet res abſoluta, aliquid impetrare potuit. At pluribus elapſis menſibus Cenſorum Epiſtola Pontifici tandem redditur. Is illum diligenter cũ perlegiſſet, Cenſorib. craſtina die ad ſe ut ueniant, nuntiari iubet: poſtridie mane me Neapolitanus accerſit, edicitque illa ipſa die, mihi una cum Cenſoribus meis coram Pontifice conſiſtendum, ibique de ratione edendi Operis agendum, ad hortum in Vaticanum omnes côuenimus, & me non ſubſequente, ne quid uel auribus meis dare uiderentur, uel liberius loqui impedirentur. aſtantib. ſex Cardinalibus, Cenſores atque una ſacri Palatii magiſter ad Pontificem intromittuntur & exhibito libro de toto negotio retulerunt, longa coram illo deſceptatio ac: ſermo, cui licet non interfuerim, nihil tamen ſuſpicari licet eos retuliſſe, quod ab eo quod proprio firmaſſent Chirographo, diſſideret. Poſtremus & ipſe admittor. Secundo demũ anno poſtquã Romã appuliſſem, qui pedib. de more exoſculatis expoſui breuibus, q̃ cũ ſub initiis adepti a ſe Pontificatus ſuaſu, atque impulſu ſuo Inſtitutionũ iuris Canonici, quas antẽa inchoaſſem, abſoluendarum Prouinciam aſſumpſiſſẽ, ab eo têpore per triennium ferme toto pectore operi abſoluendo inuigilaſſẽ, demum que impellentib. Peruſinæ Academiæ Scholaribus Romanum me contuliſſem, ibiq; diu commoratus nullis laboribus, aut ſumptibus perperciſſe, donec eruditiſſimi, ac præcellentes uiri operi limam de mandato ſuo adhibuiſſent. Tũ ſi quid a me fuiſſet elaboratũ, quod ſublimitate Romani Pontificis non indignũ uideri, ac ſtudioſis aliquã utilitatem petere poſſet, primum quidem Deo Opt. Max. gratias agendas: qui etiam mutis, & elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur. Deinde Cenſoribus ipſis, qui nihil diligentiæ, aut laboris intermiſiſſent, ut opus ipſum caſtigarent, & perpolirent; Reliquum eſſet ut ille ſupremam operi manũ imponeret, ut tãdẽ undecumque abſolutum in manus hominum deuenire poſſet. His ille gaudere ſe mirum in modum quod de meo ingenio, & eruditionis, atque inſtitutionum noſtrarum elegantia plura ex doctiſſimis uiris audiuiſſet, qui quidem tam multa p̃dicaſſent, ut niſi illorum iudicium, ac fidem ſæpius in rebus arduis probaſſet, facile in eã ſuſpitionem adduci potuerit, me ſcilicet, ex nimia quadam in me beneuolentia, atq; amoris abundãtia, potius quam ex iudicio ea de me ſentire, ac proloqui cogeretur. Sed cum ſæpius maximis in rebus illorum a ſe ſpectata eſſet integritas, quæ de me, atque opere retuliſſent, non tam eorum in me beneuolentiæ, quam cõſcientię, ac uirtuti tributa eſſe ſe credere, & pro certo habere. Proinde bono eſſem animo, ſtatuiſſe enim mihi obtemperare, & uelle librũ edi appoſito a ſe procemio deſiderare tamen nonnihil circa operis ordinem, & Rubricas, ut eſſem ex Cenſoribus intellecturus. Id autem erat huiuſmodi, ſcilicet ut quanto poſſem minus ab ordine Gregoriani operis diſcederem, nec mihi nouas titulorum inſcriptiones niſi cogeret neceſſitas, fingerem. De reliquo ſe daturum operam, vt meorum laborum me minime pigeret. His uerbis acceptis plenius ex ipſis Cenſoribus Pontificis de tota re ſententiam cognoui, quæ ad ſummam erat huiuſmodi, ut decerent operi proœmium præfigere declaraturus ibidem, quam ſtatuerit illi auctoritatem impertiendam, idemque ea diſputatione adeo delectatus eſt, ut aſſereret conſtituiſſe ſe occupationibus ſuis horas ſuffurari, quibus librum totum perlegeret, ut is de ſuo iudicio ſupremam manum acciperet. Huculque (ſtudioſi Iuuenes) Inſtitutionum quas tantopere nunc a nobis flagitatis, edendarum tractatus proceſſit, nec ulterius ullo pacto progredi potuit, ſiquidem, cum, non niſi a ſe quoque diligenter recogni-

Auctor ad Pontifice admiſſus poſt biẽnium.

Auctoris ad Pontificem oratio.

Quid Põtifex auctori reſponderit.

Hoc nec Paul⁹ nec ſucceſſor fecit quæ fuit illorũ in ſtudioſos liberalitas. Põtifex aſſerebat ſe ultimã opẽ manũ uelle imponere.

cum editurum librum Pontifex aſſereret, atque is eſſet, qui cum innumerabilibus, ac grauiſſimis negotiis ſenio iam confectus premeretur, cum uero etiam qui huiuſmo di res cunctorum hominum opinione tardius ſoleret expedire, qui fieri unquam potuit, ut me uiuo, etiam nunquam interiturus ille uideretur, ſucceſſiuis tantum horis iuſtum opus perlegeret, cuncta minutatim rimaretur, limã ex ſuo iudicio apponere in lucem ederet, præſertim, quod, ut illi facultatum cęterarum cognitionem uel exactam concedamus, iuris quidem conſtat non fuiſſe ualde conſultum, ſed fuerit cõſultiſſimus certe, non ego librũ meum melioris fore conditionis exiſtimare debui, quã Breuiarium ipſum Romanum, quod non modo ab initio initi a ſe Pontificatus, uerũ etiam (vt audio) in omni propemodum uita a ſe caſtigatum clericis legendum tradere ſtatuerat, & ꝙ quotidie uel inuitus, dum horarias preces perlegeret, præ manibus habebat, & tamen nunquã abſolutus tunc uideretur, & nunc nõ abſoluiſſe liquat, forte circa tollendos improbatæ lectionis libros vehementer occupato, edendis bonis eodem tempore uacare non licebat. Vnde tum mea ſponte, tum etiam uiris ampliſſimis, & quibus Pontificis ipſius ingenium longe melius quam mihi cognitum erat ita aſſeuerantibus per ipſum rem confici poſſe deſperaui, itaq. nihil non egi, ut mihi priuato nomine librũ edere liceret. Eius rei teſtes mihi ſunt illuſtriſſimi uiri Bernardinus Scotus, Io. Reumanus, Scipio Rebiba. Teſtis, ſi uiuat, Hieronymus Damdinus cuius de omnibus benemerendi ſtudium magnam mihi tunc admirationem mouit. Is enim, cum neq. ab Vniuerſitate ueſtra litteras ullas accepiſſet nec a quoquã uel leuiter admonitus eſſet, neque me de facie quidem noſſet, ſimulatq. cauſam aduentus noſtri neſcio qua ratione cognitam habuit, ita negotium complexus eſt, ut nullam vnquam occaſionnem, uel me ornandi, uel rei ſummo ſtudio maturandæ interire paſſus fuerit, ita ut ſola uiri humanitas nonnullorum erga nos inclementiam lenire, ac redimere potuerit. Teſtes Põpeius Piccolhomineus, & Andræas Mathæus Aquęuiuus, qui noſtræ cauſæ ita ſemper fauerunt, publicas prope contentiones adeo ſtrenuè ſuſceperunt, ac ſuſtinuerunt, ut propriam illos egiſſe cauſam credere poſſis. Teſtes denique Michael Giſlerius. & Gulielmus Sirletus, & ſi uiuant Virgilius Roſarius, & Daniel Blancus: quibus cum, quod ſpecialiter, ambobus nouorum omnium operum iudicandorum, & edendorum prouinciam Pontifex delegaſſet, ſæpe ac ſæpius tam coram, quam per literas egi, ut eius libri quem ipſi, & docti omnes probaſſent, edendi licentiam tandem mihi uel concederent, uel impetrarent. Sed nullo pacto id obtineri potuit, affirmantibus illis non eſſe ſibi integrum, ut ſuper his quibus ſummus ipſe Pontifex manum iam appoſuiſſet, aliquid ſtatuerent, uel permitterent, ſed eidem oĩa illibata reſeruari oporteret. Ergo magnam temporis iacturam, & mille paſſus incommoda, & ſumptibus pęne exhauſtus, cum negotia quædã familiaria cauſatus, a Neapolitano abeundi licentiam uix impetraſſem, Elephanti, partum non duxi amplius expectandum. Roma itaque diſcedo, quibuſdam prouinciam, quã Pontifici ſcirent eſſe cordi, a nobis deſeri uehementer admirantibus pleriſq. tamẽ turpem nos tuliſſe repulſam, atque improbatum opus noſtrum exiſtimantib. neq. omnino id temere. Quis enim tam ęquus rerum æſtimator eſſe poterit, qui cũ ne poſt biennium fere exactum uix ſummis non dicam precibus, ſed laboribus loquendi cũ Pontifice copia ſemel tantum impetrata, re propemodum infecta patriam rediiſse uel uidet, uel audit, non peſſime etiam de libro Inſtitutionum noſtrarum, ac de negotio toto iudicare debeat? En (inquiunt) rediit tandem nouus hic noſter Tribonianus: at cur interim præclaras illas ſuas Inſtitutiones nobis non exhibet, cur quaſi theſaurum in abdito aſſeruat. nimirũ theſaurus in carbones uerſus eſt, noſti cętera. Atque hæc & in hanc ſententiam ſimilia eiuſmodi ſunt, ut illis nec ego quidem ſatis commodequeam reſpondere, niſi ab ouo totius facti ſeriem recenſeam at quantum quiſque fidei orationi noſtræ habiturus ſit, alieni prorſus eſt arbitrii, nec apud multos mendacii ſuſpitione omnino caret, ita ſit, vnde me laudis ſaltem præmium referre oportuit, exiſtimationes detrimentum feram, quod ut quoquo modo minuam, ſaltem quando ab eo me penitus uendicare non poſſum, non ab re forte exiſtimaui ſi operis ipſius compendio locupletiſſima etiam illuſtrium uirorum teſtimonia adiungerem,

Pontificis tarditas.

Breuiarium Romanum.

Legendi libri licentia non impetrata.

Auctor Roma diſcedit.

rem, atque in uulgus ederem, quibus mali de nobis rumores paululum comprimatur neque enim ego omnium ſermonibus qui de hac re loquantur intereſſe, atq. omnib. ut in angulis ad tutandam cauſam meam adeſſe poſſum. Agendū itaq. mihi nunc eſt ut milites, uel militum duces interdū ſolent, hi enim ſi pugnæ ſic euentus acciderit ut quamquam in illis nulla culpa ſit, parum tā probè rē geſſiſſe uulgo exiſtimentur ut ſe purgent, & ab omni culpæ ſuſpitione uindicēt, chartulas quaſdam in publicū edūt (Manifeſta illi appellant) quibus rei geſtæ ſeriē recēſentes, ac ea ꝓbatiſſimorū teſtium dictis confirmantes ſeſe ab oī honoris labe atque infamia aſſerere, & eximere conantur. Et hoc quidem liberius ut facerem, ea etiam ratione sū adductus, ꝙ ita illorū qui ceptis noſtris fauere conati ſunt, cōllatum in nos beneficium, quod per mea ſcripta fieri poteſt, apud omnes teſtatum faciam, atque ita (Comicus inquit.)

Manifeſta.

Vno labore exoluam ærumnas duas,

Videor enim mihi hoc debere meis fautoribus, vt quando ipſis gratiā referre nō ualeo aliquam ſaltē grati animi ſignificationem oſtendere conari debeam, imitandoſque mihi eſſe ſtatui uiatores qui paulo ſint accuratiores. Veluti enim hi, ſi quid in itinere ac peregrinatione offenderint, uel uetuſtate admirandum, uel nouitate gratum, ſi quos item latronum, incurſus uel fluminum impetus incolumes euaſerint, ſi cubi ab amicis ſplendidiore conuiuio excepti fuerint, ne quando ea excidant, proprio libello ſolent adnotare, & cum in patriam redierint, omnibus recenſere, ſic ego, qui ut adhuc portum non tenuerim, naufragium certe non feci, quæcunque mihi in huius negotii tractatione contigerunt quæ non indigna uiſa ſunt, de quibus meminiſſe deberem, in hoc noſtrum commentariū congeſſi, eaque patronis, atque amicis me ſi vacet, legenda nunc libenter exhibeo ſicque (ut inquit Tragicus)

Viatorū accuratiorum mos.

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

Quamquam & nō ſum neſcius, ſi me rurſus exponere morſibus inuidorum, quorum liuori ſatius forte fuerat, ſilentio meo modū ponere, quā aliquid noui edente, & ad hoc eadem in ſententia præſiſtētem, eorundem inſaniam prouocare ſed quando ſemel imprudes manum in flammam miſi proprio malo factū audentiorem, iuuat, idē nūc facere ſcientem, prudentemque. Liceat tamen mihi ab his illud impetrare, qđ a canibus ſuis Hieronymus præcatur, ſcilicet ut hoc, quidquid eſt libelli, legant prius, &, poſteà deſpiciant, ac ꝑ libidine lacerent, ne ſi aliter faciant, uel inciuiles habeant qui quaſi tota lege nō perſpecta iudicent, vel nō tā ex iudicio, ꝗ ex liuore, ignorata damnare videantur. Acceſſerunt huc præterea frequentes veſtri iuris ſtudioſi, de Inſtitutionibus ipſius edendis interpellationes, quos ego aſſiduum interpretandi laborem, cauſatus, in æſtiuos præteritos menſes reiecetam, atque hucuſque tandem detinui, nunc eum a prælegendi munere diu, ac ſæpius ceſſatum ſit dilatoria huiuſmodi exceptione deſtiturus, apud plane (puto) decoxiſſem, niſi aliquo ſaltem commēto, atque aliqua ex parte promiſſa repræſentaſſem. Egi ergo uobiſcum, vt cum ſuis creditoribus ſolent tenuiores debitores, quibus ſatisfaciendi non voluntas, ſed facultas deeſt qui ſi ære alieno premantur grandiore, nec dum omnino ſint ſoluendo, ſed interuallo temporis aliquam ſpem habeant, nè nimium differendo quaſi debitu inficiari uideantur, uel exiguam ſummam primum perſoluunt, in reliquo menſes, hebdomadas, dies creditoribus auferrendo, eadem tuentur ſuam. Sic uos hoc nunc a nobis accipientes Commentarium, atque operis totius Epitomem, vbi quam ſcribendi rationem, ac rerum ſeriem ſequuti fuerimus cognoſcetis, breui etiam (niſi Deo penitus renuēte prouinciam hac aggreſsi ſumus) ipſarum Inſtitutionum iuſtum opus, quaſi integrum crediti ueſtri ſummam accepturi, & conſequuturi.

In ciuile niſi tota lege perſpecta iudicare.

FINIS PRIMI LIBRI.

FRANCISCVS CANTVCIVS

LECTORI.

SEquentem librum conſueuit Auctor interdum, quaſi per arborem repræſentare: nec incondite, ut uulgo ſolent: ſed incipiens ab imis radicibus, atque inde perpetuo quodam nexu progrediens ad ſtipitem ad ramos, ad ramuſculos, ad frondes vſque ad ſumma cacumina, ordine tam eleganti, vt artem naturæ ſui æmulam agnoſcere facile poſſis. Sed quando anguſtum chartulæ huius ſpatium eam latiſſimè ramos explicantem, & vno intuitu totum Ius Canonicum ſub ipſis oculis oſtendentem capere non poteſt; ſi hanc operis ac Commentarij huius partem, quaſi ſtantem, ac radicibus nixam plantam contẽplari non vales: at ſaltem tamquam conciſam in ligna, & erectam inſtruem intueberis. Ita enim radicum, ſtipitis, ac ramorum principaliũ effigiem, ob oculos potuimus, vt arborem ipſam totam per te, quaſi ex pede ſtaturam Herculis, conijcere poſſis.

Digitized by Google

- IVRIS Canonici.
  - Radices quędam quib. cōſtat, & innititur.
    - Ius naturale
      - Legis præcepta.
        - Myſtica.
        - Moralia.
      - Inſtinctus naturę.
      - Euāgelij præcepta.
        - Myſtica.
        - Moralia.
    - Conſuetudo.
    - Cōſtitutio
      - Eccleſiaſtica.
        - Statuta Conciliorum
          - Epiſcopalium.
          - Prouincialium.
          - Vniuerſalium.
        - Decreta Pōtificum.
          - Generalia.
          - Perſonalia.
      - Ciuilis.
  - Obiectū
    - Perſonæ.
      - Laici.
      - Clerici.
    - Res eccleſiaſticæ.
      - Spirituales.
        - In corporales.
          - Virtutes, & dona Dei.
          - Quæ in iure conſiſtunt.
        - Corporales.
          - Sacramenta.
          - Res ſacræ, & ſanctæ.
          - Res religioſæ.
      - Mixtæ.
      - Temporales.
    - Iudicia.
      - Eccleſiaſticum.
      - Sæculare.

- Laici
  - Impediũtur Promoueri ob
    - Subiectionem
      - Homines alienæ prouinciæ, vel diœceſis.
      - Libertini.
      - Monachi.
      - Serui.
    - Delictum cōmiſſum.
      - Vſurarij.
      - Fures.
      - Homicidæ.
      - Apoſtatæ.
      - Pœnitentes.
    - Suſpicionem delicti futuri.
      - Implicati negotijs ſæcularibus.
      - Baptizati in ægritudine.
      - Filij presbyterorum.
      - Mariti.
        - Viduæ.
        - Electæ.
        - Meretricis.
    - Læſionem corporis.
      - Voluntariam.
      - Neceſſariam.
      - Fortuitam.
  - Sũt aut
    - Sæculares.
    - Regulares, qui fiunt ex
      - Paterna deuotione.
      - Profeſsione.
        - Tacita.
        - Expreſſa.
      - Voto
        - Solemni.
        - Simplici.

Digitized by Google

Clerici qui cõſtituti Sũt aut in

- Sacerdotio ĩ quo ſpectat.
  - Gradus & ordo nã alij
    - Excelſo, ut
      - Romanus Pontifex
      - Patriarcha.
      - Archiepiſcopus.
      - Epiſcopus ſimplex
      - Adiutores horũ
        - Coadiutor.
        - Vicarius.
        - Archidiaconus.
        - Archipresbyter.
        - Corepiſcopi, quorum uſus ſublatus.
    - Inferiores, ut presbyteri.
  - Matrimoniũ ſpirituale, ꝙ inter hoc, & Eccleſia intercedit, Qđ
    - Initiatur
      - Electione.
      - Poſtulatione.
      - Nominatione.
        - per
          - Inſpiratione.
          - Scrutinium.
          - Cõpromiſſum
    - Ratificatur confirmatione.
    - Conſummatur conſecratione.
    - Diſſoluitur.
      - Translatione, cauſa.
        - Vtilitatis.
        - Neceſſitatis.
      - Renunciatione, quæ fit ex
        - Conſciẽtia criminis.
        - Defectu ſcientiæ.
        - Irregularitate perſonæ.
        - Malitia plebis.
        - Graui ſcandalo.
      - Depoſitione.
        - Verbali.
        - Actuali.
- Sacris
  - Diaconus.
  - Subdiaconus.
- Minoribus ordinibus.
  - Acolithus.
  - Exorciſta.
  - Lector.
  - Oſtiarius.
  - Cantor.

- Beneficia præbendæ clericis annexa excedũtur per
  - Collationem, que fit p
    - Ordinariũ
      - Epiſcopum.
      - Capitulum.
      - Abbatem.
    - Legatum.
      - Natum.
      - Miſſum.
      - A latere.
    - Reſcriptum Apoſtolicum, Quod
      - Fit
        - Aut
          - Purè.
          - In diem.
          - Sub conditione.
        - Aut
          - Motu proprio.
          - Ad poſtulationem.
      - Interpretatiõ nẽ ſumit ex
        - Perſona.
        - Loco.
        - Ordine ſcripturæ.
        - Cauſa.
        - Qualitate beneficii.
  - Inſtitutionem ex iure patronatus, Quod
    - Cõſtituitur.
      - Fundatione.
      - Dotatione.
    - Acquiritur.
      - Donatione.
      - Succeſſione.
    - Tollitur.
      - Ceſsione.
      - Eccleſiæ deſtructione.
      - Collegii conſtitutione.
      - Delicti perpetratione.

Digitized by Google

- Res ecclesiasticæ.
  - Spirituales.
    - Incorporales.
      - Virtutes, & dona Dei.
      - Quæ in iure conſiſtunt.
    - Corporales.
      - Sacramenta, de quib. proxima pagella.
      - Res ſacræ, & ſanctæ.
        - Eccleſiæ.
          - Conſtitutio, quæ fit
            - Ob incrementum populi.
            - Ob commoditatem plebis.
            - Vniuerſitatis intuitu
            - Priuilegio epi pro
              - Monaſterio
              - Sepultura
          - Conſecratio.
          - Reconciliatio.
          - Reparatio.
          - vnio
            - Temporalis.
            - Perpetualis.
            - ob
              - Vtilitatem.
              - Neceſſitatem.
          - Immunitas.
            - Perſonalis.
            - Realis.
            - Localis.
          - Subiecti erga epm.
            - Perſonalis
            - Realis
            - Localis
            - vel
              - Iure ordinis.
                - Clericorũ ordinatio.
                - Virginum benedictio
                - Eccleſiarum, altarium que conſecratio.
              - Lege iuriſdictionis.
                - Eccleſiaſticæ cẽſuræ.
                  - Excõicatio.
                    - Maior, alias Anathema.
                    - Minor.
                    - Canonis, alias latæ ſententiæ.
                  - Interdictio
                    - Canonis
                    - Iudicis.
                    - Generale.
                    - Speciale.
                  - ſuſpẽſio
                    - Canonis.
                    - Iudicis.
                - Collatio.
                - Inſtitutio
              - Lege diœceſana.
                - Cenſus.
                - Cathedraticum.
                - Ius decimandi.
                - Ius hoſpitandi.
                - Viſitatio.
                - Procuratio.
        - Altaria.
        - Reliquiæ.
        - Deputata diuino cultui.
      - Res religioſæ.
        - Xenodochia.
        - Noſocomia.
        - Gerontocomia.
        - Orphanotrophia.
        - Bethotrophia.
        - Cœmeteria.
        - Sepulturæ.
  - Mixtæ
    - Canonica portio
      - Epiſcopalia.
      - Parochialis.
    - Decimæ
      - Prædiales.
      - Perſonales.
  - Temporales, quæ non alienantur niſi
    - Fructus.
    - Per precarium.
    - Ruinæ.
    - Serui Fugitiui.
    - Per præſcriptionem.
    - Deuoluta ſolita concedi.
    - Inculta prædia, & Eccleſię Inutilia.
    - Modicum, ob bene merita in
      - Prælatum.
      - Eccleſiam.
    - Ex permutatione cum
      - Principe.
      - Alia Eccleſia.
    - Intuitu rei a ſacerdote In Eccleſiam collatæ.
    - Modicum pauperibus pro eleemoſyna.
    - In præmium arduæ recuperationis.

Is autem omnia peruestigare non potuit, quippe qui ſub ipſo tpe, quo noſtro operi perlegendo, & diiudicando incumbebat. Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter delectus eſt, vnde ad cætera multa, quæ ſibi antea fidei, ac religionis, cauſa obeunda erant negotia, adeo magnus acceſſit cumulus, ut noſtri inſpiciendi libri prouinciam alteri demādare coactus fuerit. Delegat itaque rem Matthæo Lachio Sodali ſuo, uiro cum probatiſſimæ doctrinæ, cum uero etiam ſpectatæ pietatis. Is autem ita cenſuit.

NOs Frater Matthæus Lachius Ord. prædicatorū ſacræ Theologiæ Profeſſor, & in Diœceſi Peruſina Commiſſarius. S. Inquiſitionis, legimus & conſiderauimus librum nuper cōpoſitum ab Eccell. V.I.D. Ioan. Paulo Lancelotto Peruſino, & ſpecialiter, quæ ſpectant ad ſeptem Sacramenta fidei Chriſtianæ, & lætati ſumus, quoniam minores, & maiores proficiētes, & docti, ne dū incipientes inuenient breuiſſima hora, quæ longo temporis tractu nō potuiſſent, vnde ſibi, & aliis ad ædificationem Eccleſiæ proficiant. Et iudicamus, vt non ſolum excudi tuto valeat, verum etiam quam primū edi valde expediat, ad hoc vt præclara ſacrorū Canonū ſtatuta concinna ſtructura, atque ordine eleganti connexa, oībus innoteſcere ualeāt.

Die VI. Ianuarij. M.D.LIX.

Ita eſt Fr. Matthæus, qui ſupra manu propria ſubſcripſi.

Perſpicitis igitur præſtantiſſimorum uirorum teſtimonio tantum abeſſe, vt in re Theologica lapſus fuerim, vt in ea tractatione etiam à laudatiſſimis uiris laudari meruerim, Cum tamē interim Theologiam ipſam non profundius attigerim, quam quo Canones pertingunt, aut homine Chriſtiano digna inſtitutio expoſcit; vt ſicubi, eo certe in loco potiſſimum lapſus timendus fuerit. Vnde ſi in lubrico conſtitimus, & in locis non admodum nobis exploratis, & cognitis certā nihilominus viam tenuimus, quanto tandem eſt æquius, idem nobis contigiſſe, & in his credi, quæ ad meram tantum Iuris cognitionem pertinent, quæ quidem, quod eis cognoſcendi omnem prope ætatem conſumpſimus, ſi nō uita nobis ſunt, certe longe magis habemus cognita, quā ea ipſa, quæ ad Theologiæ facultatem ſpectant, ſed permittamus in ſuo quemque ſenſu (ut dicebat Apoſtolus) abundare, & ad inſtitutam totius rei narrationem iam reuertamur.

Sub hoc fermè tempore, quo mihi cum cēſoribus meis negotium erat, & de ipſorū Cenſorum Epiſtola Pontifici reddenda laboramus (fuit enim & in eo mihi laborandum) ſplendidiſſima Germaniæ Ciuitas Colonia Agrippina Petrum quendam Schultingum Steinuich. Iuri (ut uocant) Licētiatum Romā miſit, ut is nomine Colonienſis Senatus cum Pontifice ageret, de priuilegijs quibuſdam vniuerſitatis, & Gymnaſij publici confirmandis, & agendis. Qui cum de Inſtitutionibus noſtris audiuiſſet, Operis, & argumenti nouitate vehementer vt mihi viſus eſt, captus, ſæpe me obnixè obſecrat, ut libri deſcribendi copiam ei faciam, nihil poſſe prædicans vniuerſitati ſuæ gratius ex Italia exportare, cui cum re nondum abſoluta non poſſe me obſequi reſpondiſſem, idem rurſus à Neapolitano flagitat: ſed cum nec ab ipſo uoti compos fieret, idem tandem ab ipſo Pontifice per literas, cum acceſſus ægre pateret, petit. Quarum litterarum, ut & eius rei apud cæteros quoque fides extaret, exemplum mihi curauit, erant autem in hæc verba conceptæ.

AD cætera S. V. erga Colonienſem vniuerſitatem magna beneficia humiliter oro, atque obſecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, ut reuertenti mihi ad colonienſes ſtudioſos, liceat Inſtitutionum

ſtitutionum Iuris Canonici, quas iuſſu S.V. feliciſſi nè audio abſolutas, exemplum deferre, vt iidem ab ea non ſolum ſacerdotiis, ac prouentibus, ſed etiam præclaris litterarũ monumentis ſeſe adiutos eſſe perpetuo gloriari poſſint. E.B.V.

Coloniã exẽplariũ ſtitutionũ ſecum aſportaſſe & publice aliqñ interpretatum antequã ederentur.

Seruus humiliſs. Petrus Schultingus a Steinwich Legum Licentiatus Reip. Colonniæ Agrippinæ Nuncius.

Sed nec a Pontifice, quod nondũ eſſet res abſoluta, aliquid impetrare potuit. At pluribus elapſis menſibus Cenſorum Epiſtola Pontifici tandem redditur. Is illum diligenter cũ perlegiſſet, Cenſorib. craſtina die ad ſe ut ueniant, nuntiari iubet: poſtridie mane me Neapolitanus accerſit, edicitque illa ipſa die, mihi una cum Cenſoribus meis coram Pontifice conſiſtendum, ibique de ratione edendi Operis agendum, ad hortum in Vaticanum omnes cõuenimus, & me non ſubſequente, ne quid uel auribus meis dare uiderentur, uel liberius loqui impedirentur. aſtantib. ſex Cardinalibus, Cenſores atque una ſacri Palatii magiſter ad Pontificem intromittuntur & exhibito libro de toto negotio retulerunt, longa coram illo diſceptatio ac ſermo, cui licet non interfuerim, nihil tamen ſuſpicari licet eos retuliſſe, quod ab eo quod proprio firmaſſent Chirographo, diſſideret. Poſtremus & ipſe admittor. Secundo demũ anno poſtquã Roma appulliſſem, qui pedib. de more exoſculatis expoſui breuibus, q̃ cũ ſub initiis adepti a ſe Pontificatus ſuaſu, atque impulſu ſuo Inſtitutionũ iuris Canonici, quas anteã inchoaſſem, abſoluendarum Prouinciam aſſumpſiſſẽ, ab eo tẽpore per triennium ferme toto pectore operi abſoluendo inuigilaſſẽ, demumque impellentib. Peruſinæ Academiæ Scholaribus Romanum me contuliſſem, ibiq; diu commoratus nullis laboribus, aut ſumptibus perperciſſe, donec eruditiſſimi, ac præcellentes uiri operi limam de mandato ſuo adhibuiſſent. Tũ ſi quid a me fuiſſet elaboratũ, quod ſublimitate Romani Pontificis non indignũ uideri, ac ſtudioſis aliquã utilitatem petere poſſet, primum quidem Deo Opt. Max. gratias agendas: qui etiam mutis, & elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur. Deinde Cenſoribus ipſis, qui nihil diligentiæ, aut laboris intermiſiſſent, ut opus ipſum caſtigarent, & perpolirent: Reliquum eſſet ut ille ſupremam operi manũ imponeret, ut tãdẽ undecumque abſolutum in manus hominum deuenire poſſet. His ille gaudere ſe mirum in modum quod de meo ingenio, & eruditionis, atque inſtitutionum noſtrarum elegantia plura ex doctiſſimis uiris audiuiſſet, qui quidem tam multa p̃dicaſſent, ut niſi illorum iudicium, ac fidem ſæpius in rebus arduis probaſſet, facile in eã ſuſpitionem adduci potuerit, ne ſcilicet, ex nimia quadam in me beneuolentia, atq; amoris abundãtia, potius quam ex iudicio ea de me ſentire, ac proloqui cogeretur. Sed cum ſæpius maximis in rebus illorum a ſe ſpectata eſſet integritas, quæ de me, atque opere retuliſſent, non tam eorum in me beneuolentiæ, quam cõſcientię, ac uirtuti tributa eſſe ſeſe credere, & pro certo habere. Proinde bono eſſem animo, ſtatuiſſe enim mihi obtemperare, & uelle librum edi appoſito a ſe procemio deſiderare tamen nonnihil circa operis ordinem, & Rubricas, ut eſſem ex Cenſoribus intellecturus. Id autem erat huiuſmodi, ſcilicet vt quanto poſſem minus ab ordine Gregoriani operis diſcederem, nec mihi nouas titulorum inſcriptiones niſi cogeret neceſſitas, fingerem. De reliquo ſe daturum operam, vt meorum laborum me minime pigeret. His uerbis acceptis plenius ex ipſis Cenſoribus Pontificis de tota re ſententiam cognoui, quæ ad ſummam erat huiuſmodi, ut decerent operi proœmium præfigere declaraturus ibidem, quam ſtatuerit illi auctoritatem impertiendam, idemque ea diſputatione adeo delectatus eſt, ut aſſereret conſtituiſſe ſe occupationibus ſuis horas ſuffurari, quibus librum totum perlegeret, ut is de ſuo iudicio ſupremam manum acciperet. Hucuſque (ſtudioſi Iuuenes) Inſtitutionum quas tantopere nunc a nobis flagitatis, edendarum tractatus proceſſit, nec ulterius ullo pacto progredi potuit, ſiquidem, cum, non niſi a ſe quoque diligenter recognitum.

Auctor ad Pontifice admiſſus poſt biẽnium.

Auctoris ad Pontificem oratio.

Quid Põtifex auctori reſponderit

Hoc nec Paul9 nec ſucceſſor fecit quæ fuit illorũ in ſtudioſos liberalitas. Põtifex aſſerebat ſe ultimã operimanũ uelle imponere.

rem, atque in uulgus ederem, quibus mali de nobis rumores paululum comprimātur neque enim ego omnium ſermonibus qui de hac re loquantur intereſſe, atq. omnib. ut in angulis ad tutandam cauſam meam adeſse poſſum. Agendū itaq. mihi nunc eſt ut milites, uel militum duces interdū ſolent, hi enim ſi pugnæ ſic euentus acciderit ut quamquam in illis nulla culpa ſit, parum tā probè rē geſſiſſe uulgo exiſtimentur ut ſe purgent, & ab omni culpæ ſuſpitione uindicēt, chartulas quaſdam in publicū edūt (Manifeſta illi appellant) quibus rei geſtæ ſeriē recēſentes, ac ea ꝓbatiſſimorū teſtium dictis confirmantes ſeſe ab oī honoris labe atque infamia aſſerere, & eximere conantur. Et hoc quidem liberius ut facerem, ea etiam ratione sū adductus, ꝙ ita illorū qui ceptis noſtris fauere conati ſunt, collatum in nos beneficium, quod per mea ſcripta fieri poteſt, apud omnes teſtatum faciam, atque ita (Comicus inquit.) Manifeſta.

Vno labore exoluam ærumnas duas,

Videor enim mihi hoc debere meis fautoribus, vt quando ipſis gratiā referre nō ualeo aliquam ſaltē grati animi ſignificationem oſtendere conari debeam, imitandusque mihi eſse ſtatui uiatores qui paulo ſint accuratiores. Veluti enim hi, ſi quid in itinere ac peregrinatione offenderint, uel uetuſtate admirandum, uel nouitate gratum, ſi quos item latronum, incurſus uel fluminum impetus incolumes euaſerint, ſi cubi ab amicis ſplendidiore conuiuio excepti fuerint, ne quando ea excidant, proprio libello ſolent adnotare, & cum in patriam redierint, omnibus recenſere, ſic ego, qui ut adhuc portum non tenuerim, naufragium certe non feci, quæcunque mihi in huius negotii tractatione contigerunt quæ non indigna uiſa ſunt, de quibus meminiſse deberem, in hoc noſtrum commentariū congeſſi, eaque patronis, atque amicis meis ſi vacet, legenda nunc libenter exhibeo ſicque (ut inquit Tragicus) Viatorū accuratiorum mos.

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

Quamquam & nō ſum neſcius, ſi me rurſus exponere morſibus inuidorum, quorum liuori ſatius forte fuerat, ſilentio meo modū ponere, quā aliquid noui edente, & ad hoc eadem in ſententia præſiſtērem, eorundem inſaniam prouocare ſed quando ſemel imprudes manum in flammam miſi proprio malo factū audentiorem, iuuat, idē nūc facere ſcientem, prudentemque. Liceat tamen mihi ab his illud impetrare, qđ a canibus ſuis Hieronymus præcatur, ſcilicet ut hoc, quidquid eſt libelli, legant prius, &, poſtea deſpiciant, ac ꝓ libidine lacerent, ne ſi aliter faciant, uel inciuiles habeant qui quaſi tota legē nō perſpecta iudicent, vel nō tā ex iudicio, q̄ ex liuore, ignorata damnare videantur. Acceſſerunt huc præterea frequentes veſtri iuris ſtudioſi, de Inſtitutionibus ipſius edendis interpellationes, quos ego aſſiduum interpretandi laborem, cauſatus, in æſtiuos præteritos menſes reiecceram, atque hucuſque tandem detinui, nunc eum a prælegendi munere diu, ac ſæpius ceſſatum ſit dilatoria huiuſmodi exceptione deſtitutus, apud plane (puto) decoxiſſem, niſi aliquo ſaltem commēto, atque aliqua ex parte promiſſa repræſentaſſem. Egi ergo uobiſcum, vt cum ſuis creditoribus ſolent tenuiores debitores, quibus ſatisfaciendi non uoluntas, ſed facultas deeſt qui ſi ære alieno premantur grandiore, nec dum omnino ſint ſoluendo, ſed interuallo temporis aliquam ſpem habeant, nē nimium differendo quaſi debitu inficiari uideantur, uel exiguam ſummam primum perſoluunt, in reliquo menſes, hebdomadas, dies creditoribus auferrendo, eadem tuentur ſuam. Sic uos hoc nunc a nobis accipientes Commentarium, atque operis totius Epitomem, vbi quam ſcribendi rationem, ac rerum ſeriem ſequuti fuerimus cognoſceris, breui etiam (niſi Deo penitus renuēte prouinciam hac aggreſsi ſumus) ipſarum Inſtitutionum iuſtum opus, quaſi integrum crediti ueſtri ſummam accepturi, & conſequuturi. In ciuile niſi tota lege perſpecta iudicare.

FINIS PRIMI LIBRI.

FRANCISCVS CANTVCIVS

LECTORI.

SEquentem librum conſueuit Auctor interdum, quaſi per arborem repræſentare: nec incondite, ut uulgo ſolent: ſed incipiens ab imis radicibus, atque inde perpetuo quoddam nexu progrediens ad ſtipitem ad ramos, ad ramuſculos, ad frondes vſque ad ſumma cacumina, ordine tam eleganti, vt artem natura ſui æmulam agnoſcere facile poſſit. Sed quando anguſtum chartulæ huius ſpatium eam latiſſimè ramos explicantem, & vno intuitu totum Ius Canonicum ſub ipſis oculis oſtendentem capere non poteſt; ſi hanc operis ac Commentarij huius partem, quaſi ſtantem, ac radicibus nixam plantam contēplari non vales: at ſaltem tamquam conciſam in ligna, & erectam inſtruem intueberis. Ita enim radicum, ſtipitis, ac ramorum principaliū effigiem, ob oculos potuimus, vt arborem ipſam totam per te, quaſi ex pede ſtaturam Herculis, coniÿcere poſſis.

IVRIS Canonici.

- Radices quędam quib. cõſtat,&innititur.
  - Ius naturale
    - Legis præcepta.
      - Myſtica.
      - Moralia.
    - Inſtinctus naturę.
    - Euãgelij præcepta.
      - Myſtica.
      - Moralia.
  - Conſuetudo.
  - Cõſtitutio
    - Eccleſiaſtica.
      - Statuta Conciliorum
        - Epiſcopalium.
        - Prouincialium.
        - Vniuerſalium.
      - Decreta Põtificum.
        - Generalia.
        - Perſonalia.
    - Ciuilis.
- Obiectũ
  - Perſonæ.
    - Laici.
    - Clerici.
  - Res eccleſiaſticæ.
    - Spirituales.
      - In corporales.
        - Virtutes,& dona Dei.
        - Quæ in iure conſiſtunt.
      - Corporales.
        - Sacramenta.
        - Res ſacræ, & ſanctæ.
        - Res religioſæ.
    - Mixtæ.
    - Temporales.
  - Iudicia.
    - Eccleſiaſticum.
    - Sæculare.

- Laici
  - Impediũtur Promoueri ob
    - Subiectionem
      - Homines alienæ prouinciæ, vel diœceſis.
      - Libertini.
      - Monachi.
      - Serui.
    - Delictum cõmiſſum.
      - Vſurarij.
      - Fures.
      - Homicidæ.
      - Apoſtatæ.
      - Pœnitentes.
    - Suſpicionem delicti futuri.
      - Implicati negotijs ſæcularibus.
      - Baptizati in ægritudine.
      - Filij presbyterorum.
      - Martiri.
        - Viduæ.
        - Electæ.
        - Meretricis.
    - Læſionem corporis.
      - Voluntariam.
      - Neceſſariam.
      - Fortuitam.
  - Sũt aut
    - Sæculares.
    - Regulares, qui fiunt ex
      - Paterna deuotione.
      - Profeſsione.
        - Tacita.
        - Expreſſa.
      - Voto
        - Solemni.
        - Simplici.

Clerici qui cōſtituti ſūt aut in

- Sacerdotio i quo ſpectat.
  - Gradus & ordinā alij
    - Excelſo, ut
      - Romanus Pontifex
      - Patriarcha.
      - Archiepiſcopus.
      - Epiſcopus ſimplex
      - Adiutores horū
        - Coadiutor.
        - Vicarius.
        - Archidiaconus.
        - Archipresbyter.
        - Corepiſcopi, quorum uſus ſublatus.
    - Inferiores, ut presbyteri.
  - Matrimoniū ſpirituale, q̄ inter hoc, & Eccleſia intercedit, Qd'
    - Initiatur
      - Electione.
      - Poſtulatione.
      - Nominatione.
      - per
        - Inſpiratione.
        - Scrutinium.
        - Cōpromiſſum
    - Ratificatur confirmatione.
    - Conſummatur conſecratione.
    - Diſſoluitur.
      - Translatione, cauſa.
        - Vtilitatis.
        - Neceſſitatis.
      - Renunciatione, quæ fit ex
        - Conſciētia criminis.
        - Defectu ſcientiæ.
        - Irregularitate perſonæ.
        - Malitia plebis.
        - Graui ſcandalo.
      - Depoſitione.
        - Verbali.
        - Actuali.
- Sacris
  - Diaconus.
  - Subdiaconus.
- Minoribus ordinibus
  - Acolithus.
  - Exorciſta.
  - Lector.
  - Oſtiarius.
  - Cantor.

- Incorporales.
  - Virtutes, & dona Dei.
  - Quæ in iure conſiſtunt.

- Res eccleſiaſticæ.
  - Spirituales.
    - Corporales.
      - Res ſacræ, & ſanctæ.
        - Sacramenta, de quib. proxima pagella.
        - Eccleſiæ.
          - Conſtitutio, quæ fit
            - Ob incrementum populi.
            - Ob commoditatem plebis.
            - Vniuerſitatis intuitu.
            - Priuilegio epi pro
              - Monaſterio
              - Sepultura
          - Conſecratio.
          - Reconciliatio.
          - Reparatio.
          - vnio
            - Temporalis.
            - Perpetualis.
            - ob
              - Vtilitatem.
              - Neceſſitatem.
          - Immunitas
            - Perſonalis.
            - Realis.
            - Localis.
          - Subiecti erga epm.
            - Perſonalis.
            - Realis
            - Localis
            - vel
              - Iure ordinis.
                - Clericorū ordinatio.
                - Virginum benedictio.
                - Eccleſiarum, altariumque conſecratio.
              - Lege iuriſdictionis.
                - Eccleſiaſticæ cēſuræ.
                  - Excōicatio.
                    - Maior, alias Anathema.
                    - Minor, Canonis, alias latæ ſententiæ.
                  - Interdictio
                    - Canonis
                    - Iudicis.
                    - Generale.
                    - Speciale.
                  - ſuſpēſio
                    - Canonis.
                    - Iudicis.
                - Collatio.
                - Inſtitutio
              - Lege diœceſana.
                - Cenſus.
                - Cathedraticum.
                - Ius decimandi.
                - Ius hoſpitandi.
                - Viſitatio.
                - Procuratio.
        - Altaria.
        - Reliquiæ.
        - Deputata diuino cultui.
      - Res religioſæ.
        - Xenodochia.
        - Noſocomia.
        - Gerontocomia.
        - Orphanotrophia.
        - Bethotrophia.
        - Cœmeteria.
        - Sepulturæ.
  - Mixtæ
    - Canonica portio
    - Decimæ
      - Epiſcopalis.
      - Parochialis.
      - Prædiales.
      - Perſonales.
  - Temporales, quæ non alienantur niſi
    - Fructus.
    - Per precarium.
    - Ruinæ.
    - Serui Fugitiui.
    - Per præſcriptionem.
    - Deuoluta ſolita concedi.
    - Inculta prædia, & Eccleſię Inutilia.
    - Modicum, ob bene merita in
      - Prælatum.
      - Eccleſiam.
    - Ex permutatione cum
      - Principe.
      - Alia Eccleſia.
    - Intuitu rei a ſacerdote in Eccleſiam collatæ.
    - Modicum pauperibus pro eleemoſyna.
    - In præmium arduæ recuperationis.

- Sacramēta.
  - Alia
    - Neceſſaria, quorũ quædam pertinent ad
      - Ingreſſum in Eccleſiam, vt baptiſmus.
        - Fluminis.
        - Flaminis.
        - Sanguinis.
      - Progreſſum ĩ Eccleſia, vt
        - Chriſma
        - Pænitentia, cuius
          - Spês
            - Solemnis.
            - Priuata.
            - Publica.
          - Partes
            - Contritio.
            - Confeſſio.
            - Satisfactio.
        - Euchariſtia, cuius partes
          - Forma viſibilis.
          - Veritas corporis.
      - Egreſſum ab Eccleſia, vt Extrema Vnctio.
    - Voluntaria.
      - Matrimonium, de quo in tabella proxima.
      - Ordo
        - Maiores
          - Epiſcopatus.
          - Presbyteratus.
          - Diaconatus.
          - Subdiaconatus.
        - Minores
          - Acolithus.
          - Exorciſta.
          - Cantor.
          - Lector.
          - Oſtiarius.
  - Alia
    - Iterabilia, quæ characterem non imprimunt.
      - Pœnitentia.
      - Euchariſtia.
      - Extrema Vnctio.
      - Matrimonium.
    - Non iterabilia, quę characterem imprimunt.
      - Baptiſmus.
      - Chriſma.
      - Ordo.

Matrimoniū

- Initiatur ſpōſalibus Quæ
  - Contrahuntur
    - Re.
    - Verbis.
    - Litteris
    - Cōſēſu
    - vel
      - Purè.
      - In diem.
      - Sub cōditione quæ eſt aut
        - Honeſta.
        - Turpis
          - Simplex.
          - Contra ſubſtātiā
        - Impoſſibilis.
  - Diſſoluuntur
    - Ipſo iure
      - Subſequente matrimonio.
      - Sacrorum ordinum ſuſceptione.
      - Religionis ingreſſu.
      - Interuentu cognationis
        - Carnalis.
        - Spiritualis.
    - Facto hominis
      - Fornicatione
        - Carnali.
        - Spirituali.
      - Partium conſenſu.
      - Membrorum amiſſione.
      - Morbi incurabilis interuentu,
      - Abſentia diuturna.
- 2 Ratificatur, Conſenſu.
- 3 Conſummatur, Copula.
- 4 Impeditur
  - Contrahendū
    - Furore.
    - Voto ſimplici.
    - Cognatione,& affinitate.
  - Contractum.
    - Errore
      - Perſonæ.
      - Conditionis.
      - non
        - Fortunæ.
        - Qualitatis.
    - Voto ſolemni.
    - Cultus diſparitate.
    - Sacrorum ordinum ſuſceptione.
    - Crimine.
    - Iuſto metu.
    - Impotentia coeundi.
    - Publicæ honeſtatis iuſtitia.
    - Cognatione
      - Naturali
        - Cōſanguinitate
        - Affinitate.
      - Spiritualiex
        - Baptiſmo.
        - Chriſmate.
      - Legitima ex
        - Adoptione.
        - Arrogatione.
    - Adiectione conditionis contra eius ſubſtantiā.
- 5 Diſſoluitur
  - Morte.
  - Diuortio.
    - Separatio tori ob
      - Fornicationem.
        - Carnalem.
        - Spiritualem.
      - Viri ſæuitiam.
    - Diſſolutio vera
      - Ante copulam
        - Ingreſſus religionis.
        - Impotentia cocundi.
        - Ignorata.
      - Poſt copulam
        - Cultus diſparitas.
        - Machinatio in necem defuncti coniugis.

- Iudicium
  - Eccleſiaſticū
    - Ciuile
      - Ordinariū
        - Plenariū
          - Exercetur per
            - Syndicos, Conſtitutū ad
              - Negotia
                - Paterfamilias.
                - Filiusfamilias.
              - Iudicia
            - Procuratores, qui
              - Prohibentur
                - Sacerdos
                - Monachus
                  - In criminalibus.
                - Excommunicatus.
              - Definiūt.
                - Morte
                  - Conſtituentis.
                  - Conſtituti.
                - Reuocatione
                  - Tacita.
                  - Expreſſa
            - Principales.
          - Ceſſat
            - Pacta
            - Tranſactiones,
            - Cōpromiſſa in Arbitros, qui
              - Prohibent
                - Seruus.
                - Monachus.
                - Fœmina.
                - Laicus ſuper re ſpūali.
                - Hæreticus.
                - Apoſtata.
                - Schiſmaticus.
                - Infidelis.
                - Excommunicatus.
              - Nō cognoſcūt cauſas
                - Liberales.
                - Mrimonium carnaliū.
                - Filiationum,
                - Monachationum.
                - Conuerſationum.
                - Integrū reſtitutionū.
                - Criminales.
                - Maiores iudices exqui(renies.
              - Definunt
                - Prolatione ſententiæ.
                - Morte
                  - Arbitrorum.
                  - Litigatorum.
                - Temporis lapſu.
          - Conſtat vt tabellā ſequenti.
        - Summarium Quod cōſtat
          - Citatione.
          - Petitione in
            - Verbo.
            - Scriptis.
          - Iuramento de
            - Calumnia.
            - Veritate dicenda.
          - Probationibus.
          - Sententia lata iudice
            - Sedente.
            - Stante.
      - Extraordinariū
        - Fit per delegationem.
          - Ordinarij Principis qui creatur.
            - Lege.
            - Principe.
            - Vniuerſitate.
            - Cōſuetudine.
        - Diſſoluitur.
          - Reuocatiōe mādati
          - Morte
            - Delegantis.
            - Delegati.
          - Pronūciatione incompetentiæ.
          - Impedimento
            - Iuris.
            - Facti.
          - Lapſu temporis reſcripti.
          - Exequutione ſententiæ
            - Per ſe.
            - Per aliū
          - Delegati Principis.
          - Recuſatione.
    - Criminale, de quo ſequētib. tabellis.
  - Sæculare.

Plenariũ iudiciũ cõſtat

- 1 Citatione
  - Non arctat ad comparendum.
    - Perſonæ qualitate.
      - Ius dicentis.
      - In ius vocati.
      - Incerti.
    - Loci conditione.
      - Extra citantis iuriſdictionem.
      - Peſtilentis, aut alia non tutis.
    - Formæ defectu.
  - Legitima cauſa impeditum
    - Facto aduerſarij.
    - Concurſu maioris iudicis.
    - Vinculis.
  - Neglecta parit contumaciam quæ punitur, aut
    - Miſſionem poſſeſſionem.
    - Rej ſequeſtratione.
    - Litis damno.
    - Mulcta
    - Excommunicatione.
    - Expenſarum refectione.
- 2 Libelli conceptione, & oblatione.
  - Accuſatorij.
  - Conuentionalis.
- 3 Exceptionibus, Quæ ſunt aut
  - Dilatoriæ.
  - Declinatoriæ.
  - Peremptoriæ.
    - Simplices.
    - Litis finitæ, vt
      - Tranſactionis.
      - Iuriſiurandi.
      - Rej iudicatæ.
      - Contra teſtes.
      - Excõicationis.
    - Anomalæ.
    - Præiudiciales.
- 4 Replicationibus.
- 5 Mutua petitione, Quæ
  - Fit coram
    - Ordinario.
    - Delegato.
  - Prohibet.
    - Coram
      - Arbitro.
      - Iudice laico ſuper cauſa ſpirituali.
    - In cauſa
      - Criminali.
      - Depoſiti.
    - Contra ſpoliatum Excommunicato.
- 6 Litis conteſtatione, per
  - Principales.
  - Procuratores.
  - Tutores, & ſimiles.
  - Aduocati.
- 7 Iuramento calumniæ, Quod
  - Remittitur
    - Clericis in cauſa ſuæ Eccleſiæ.
    - Tacitè per partes.
  - Permittitur etiam in cauſa
    - Spirituali.
    - Appellationes.
  - Præſtatur per
    - Principales.
    - Procuratores
    - Syndicos.
- 8 Probatione, quæ habetur ex
  - Reo per confeſſionem.
  - Actore p
    - Teſtes, qui cenſent idoneus
      - Natura.
      - Conditione.
      - Vita.
    - Inſtrumenta, ſcripturas.
    - Iuramentum
      - Neceſſarium.
      - Voluntarium, ſiue
      - Deciſorium.
  - Iudice, puta per
    - Inſpectionem loci.
    - Aſpectum corporis.
    - Notorium.
  - Rebus ipſis, per
    - Suſpicionem vehementem.
  - Eſt aut
    - Interlocutoria.
    - Definitiua Quæ põt eſſe cõtraius
      - Conſtitutionis.
      - Litigatoris.
- 9 Snīa
  - Mandatur Executione, quæ
    - Fit per
      - Ordinarium mandante delegato.
      - Delegatum non parente ordinario.
    - Retardat
      - Reſtitutione in integrum quæ datur.
        - Intra quadriennium
          - ſententia.
          - Contractu.
          - confeſſione.
        - Minori
        - Eccleſiæ
        - Coram
          - Leſis ex
            - Probationis omiſſione
            - Tēporis fluxu.
          - Ordinario dele
          - gato ſpecialiter.
  - Suſpenditur appellatione, qua
    - Oppoſita exceptione.
    - Comiſſa cauſa appellationis p principē
      - Definitiua.
      - Interlocutoria.
        - Fraudis.
        - Nullitatis.
    - Eſt aut
      - Iudicialis a
      - Extraiudicialis ab
        - Electionibus.
        - Poſtulationib.
          - Et Alijs ſimilibus.
    - Fit
      - Verbis.
      - Factis.
    - Nō admittitur
      - Incerta.
      - Inconfeſsis.
      - Super notorio criminis.
      - In correctione facta p̄lato, & alijs ſimilibus

- Criminale iudiciū cuius cauſa.
  - Materialis crimina, quorum alia principaliter lædunt.
    - Deum
      - Simonia.
        - Simplex, Conuentionalis.
        - Realis.
          - Conuentionalis.
          - Mentalis.
      - Hæreſis.
      - Schiſma.
      - Apoſtaſia.
        - Perfidiæ.
        - Inobedientiæ.
        - Irregularitatis.
      - Sortilegium.
      - Maledicentia
      - Sacrilegium. quod admittitur, ratione
        - Rerū, cū aufertur quid
          - Sacrum de ſacro.
          - Sacrum de non ſacro.
          - Non ſacrum de ſacro.
        - Perſonarū per
          - Iniectionē manuum
          - Coitum
            - In eccleſiaſticas perſonas.
    - Hoies
      - Furtum.
      - Vſura.
      - Adulterium.
      - Stuprum.
      - Inceſtus.
      - Sodomia.
      - Coniunctio cum brutis.
      - Raptus.
      - Fornicatio.
      - Falſum.
      - Homicidiū.
        - Voluntarium.
        - Neceſſarium.
        - Fortuitum.
      - Iniuriæ, quæ inferuntur
        - Re.
        - Verbis.
        - Litteris.
  - Formalis per
    - Accuſationem.
    - Denunciationē.
    - Inquiſitionem.
      - Præcedentibus
        - Inſcriptione.
        - Charitatiua monitione.
        - Diffamatione.
    - Purgationem.
      - Vulgarem, improbatam.
      - Canonicam, præcedēte magna diffamatione.

COMMENTARII

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

Ad Scholares Peruſinos.

LIBER SECVNDVS.

FACTVRVS initium Inſtitutionum Iuris Canonici, cum ſciret auctor quæſtionem, Quid nominis præcedere debere quæſtionē, Quid rei in veſtibulo ipſius libri inſcribit breuē titulū. De iure Canonico, in quo primo ponit, vnde, & qua ratione ius nomē huiuſmodi ſortitum fuerit Inde tranſiens ad rem ipſam, deſcribit, Ius ipſum Canonicum demum quibus partibus illud conſtet explicat, dicens conſtare Lege diuina, Conſuetudine, & Conſtitutionibus.

Inſcribit igitur ſequentē Titulum de Lege diuina, Conſuetudine, & Conſtitutionibus, ac primum deſcribit Ius ipſum Diuinū, docens, illud eſſe immutabile diſtinguens tamen inter præcepta moralia, & myſtica diuinæ legis, conſequenter aggreditur materiam Conſuetudinis tamq̄ ſecundum fontē Iuris Canonici demonſtrans, & originē eius, & qualem eandem eſſe oporteat, vt ſit iuris iſtius portio. Inde ad tertiā partem iuris iſtius tranſitum faciens diuidit conſtitutiones in duas ſpecies. Seculares, ſ. & Eccleſiaſticas, ſubdens quæ vis, & quis vſus ſit ſecularium Conſtitutionū, apud Eccleſiam, & clericos, breui rem perſtingens, quippe quod talium Conſtitutionum tractatus potius ad Ius Ciuile, quam ad Canonicum pertineat.

Dirigit igitur pleniorem ſtylum ad eccleſiaſticas conſtitutiones, quas partitur in ſtatuta Conciliorum, & Decreta Pontificium, addit his & dicta Sanctorum ſubdiuidit inde Concilia in Vniuerſalia, Prouincialia, & Epiſcopalia illorum & originem & poteſtatem & differentiam breuiter enarrans: tranſit inde ad pontificum Decreta, exponitque qualia illa eſſe debeant, vt legis obtineant efficaciam, & qualiter differant ab his, quæ ab interpretibus ſacræ paginæ aut ab aliis Sanctis ſcripta comperiuntur.

His totius operis quaſi iactis fundamentis, venit ad ſubiectum Iuris Canonici, illud circa tria verſari principaliter aſſerens, Perſonas nempe, Res, & Iudicia, & ad hanc trimembrem diſtinctionem redigit omnia quæ in quatuor libros congeſſit.

Exorditur itaque a tractatu perſonarum tamquam a nobiliore, ponensque Titulum de Iure perſonarum primū facit bimembrem diſtinctionē, dicens, perſonarum quoſdam eſſe Laicos, quoſdam Clericos, & eorum inter ſe differentiam planam facit: ſubinde accipiens ſecūdum membrum (ex cuius intelligentia oritur cognitio Primi) diuidit perſonas Eccleſiaſticas in tres claſſes, prima eſt Sacerdotum, ſecunda Conſtitutorum tantum in ſacris, tertia eorum, qui neque in Sacerdotio, neque in ſacris ſunt conſtituti quales ſunt poſiti in minoribus ordinibus.

Rurſus reſumēs primum membrum dicit, Sacerdotū quoſdam eſſe, qui ſūt in gradu, & ordine altiore poſiti quoſdam, qui in inferiore. Et repetens primū membrum in altiore gradu poni debere affirmat Epiſcopos, quorū triplicē eſſe ordinē demonſtrat,

Hec fecit do libro bene L. eclotte dū diſpo- ptam ut nemotibi inſtitutionis inuentionē poſſit pretipere docui- ſiquomodo utrum, que poſſet præmpi, vnde quaſi ſoſtax iudicio tuone potiorū tibi fecisti.

ſcilicet, Patriarchas, Archiepiſcopos, & ſimplices Epiſcopos, & ordinis cuiuslibet ponit originem poteſtatem ſubnectens in fine de primatu Romani Pontificis, adquę omnes prędictos referri oportere deducit, & ſubiectos eſſe demonſtrat.

Intendēs autem horum plene tractare materiam, exorditur a cauſa efficienti docēs prædictos creari duobus modis per electionem, & per poſtulationem.

Inde rediens ad electionem definit quid ea ſit, ponens quæ ad legitimam electionem requirantur, & ibi ponit quid interſit per ſe, vel procuratorem, vnum, vel plures electioni quis interueniat diſtinguens tamen interim inter Romani, & aliorum Pontificum electionem, docetq; eam celebrari tribus modis per inſpirationem, per Scrutinium, & per compromiſſum, unumquemque modum dilucide deſcribēs, annectit que & qui poſſint eligere, & in quos cadere poſſit electio, cum multis annexis quæſtionibus, & ad rem facientibus.

Quo primo membro cauſæ efficientis expedito, tranſit ad ſecundum, ſcilicet, ad poſtulationem, illam deſcribens, ponenſque qui, & quibus caſibus ſint poſtulandi.

Et quia hæc ſunt quaſi quædam coniugii ſpiritualis initia poſtquam egit de electione, & poſtulatione, tranſit ad ratificationem talis matrimonii, quæ fit per confirmationem, docetque quid confirmatione quis conſequatur, nempe ea quæ iuriſdictionis nō quæ ſunt Ordinis: & quomodo confirmans ſe habere debeat cum confirmando cum aliis ad materiam facientibus.

Inde tranſit ad conſecrationem, per quam huiuſmodi ſpūale coniugium conſummatur, ponitque qualiter illa debeat explicari, cum expediri non poſſit niſi conſecrans ſit palleatus commodè annectit de receptione, & auctoritate Pallij. Electio igitur confirmato, & per conſecrationem, & conſummationem coniugii ſpiritualis profecto, & abſoluto Epiſcopo, quędam moralia præcepta ponit, quæ ad vitā, & honeſtatem Prę latorum ſpectant, congruebat enim ut poſito quomodo inſtituantur Prælati, diceretur etiam quomodo eos in Eccleſia Dei verſari oporteret.

Et quia officium paſtorale monſtratur eſſe latiſſimum, & hmōi, quod ab uno tantum homine vix recte ſuſcipi, & peragi poſſit, oſtendit Eccleſiam vocaſſe quoſdam in partem curæ paſtoralis, ut ſunt Archidiaconus, Archipresbyter, Vicarius, & coadiutor, & qui vna cum Epiſcopo commiſſi ſibi gregis ſolicitudinem gerunt, de quorum officijs & iuriſdictione, & poteſtate ſingulis titulis agit, ſpeciali etiam titulo appoſito, quo Corepiſcoporum uſum ſublatum eſſe demonſtrat.

Deſcendit tandē ad diſſolutionē iſtius, ſpūalis coniugij, ſecutus ordinē naturæ quo inductū eſt, vt res prius naſcantur, inde augeantur, uiuant, & intereant, dicitque diſſolui hmōi matrimonium tribus modis translatione, renunciatione, & depoſitione.

Redienſque ad primum modum ſcilicet, translationis, docet eam fieri uel cauſa vtilitatis, vel cauſa neceſſitatis, ſubdens, qui poſſit transferre, & quis poſſit transferri, quo modo ſit facienda translatio, nōnulla ibi & de beneficiorum permutatione, re ipſa ſuadente, ſubdens.

Conſequenter tranſit ad ſecundum modum diſſoluendi huiuſmodi matrimonij, ſcilicet ad renunciationem, qua deſcripta ponit ſex principales cauſas, ob quas licite, poteſt quis renunciare, quas dicit eſſe conſcientiam criminis, debilitatem corporis, defectum ſcientiæ, malitiam plebis, graue ſcandalum, perſonæ irregularitatem, quas ſingulas declarando proſequitur, ſubdens inde per quos, quomodo huiuſmodi renunciatio fieri valeat.

Subinde tranſgreditur ad tertium modum quo tale coniugium diſſoluitur, ſcilicet ad depoſitionem ſeu degradationem, quam diuidit in realem, verbalem, vtriuſque vim, ordinem, & naturam breuiter attingens.

Quibus explicatis, redit ad iiii membrum perſonarū Eccleſiaſticarum primæ claſſis, hoc eſt Sacerdotum, quorum dixerat quoſdam eſſe poſitos in altiore gradu, & ordine, ſunt omnes ordines Epiſcoporum, de quibus diffuse ſupra dixerat, quoſdam eſſe poſitos in inferiore, vt ſunt presbyteri, dr igitur de origine presbyterorum, & poteſtate, docens quædā eſſe in Eccleſia, quæ presbyter ſuo iure, quædā, quæ permittente Epiſcopo, quædam, quæ nec proprio Iure, nec Epiſcopi permiſſu poteſt exequi.

De labitur

Delabitur poſtea ad ſecundam claſſem, quæ eſt eorum qui ſunt conſtituti in ſacris tantum, non in ſacerdotio, ut ſunt Diaconi, & ſubdiaconi, illorumque ſigillatim deſcribit munus, & officium cum origine.

Inde tranſit ad tertiam claſſem perſonarum Eccleſiaſticarum. quæ conſtat iis: qui tantum in minoribus ordinibus ſunt conſtituti, vt ſunt Acolytus, Exorciſta lector, Oſtiarius, Cantor: eorumque ſingulariter officia deſcribit demonſtrans, quæ inter hos, & illos ſuperiorum claſſium ſit differentia.

Et quoniam quædam in iure habentur, quæ communia ſunt tam maiorum, quàm minorum ordinum, ſpeciali tractatu complectitur ea quæ ſunt omnium ordinum cõmunia, vbi congerit de maioritate, et obedientia, de ſcrutinio faciendo in ſuſceptione ordinis: & de temporibus ordinationum? de eo qui per ſaltum, vel furtiuè promotus fuit, et pleraque, quæ in Decretalibus plures paginas occupant, quorum auctor ſingulos titulos ſingulis paragraphis artificiosè concludit.

Demum ponit etiam titulum de iis, qui promoueri non poſſunt: qui & ipſe cõis eſt tam maioribus, quàm minoribus ordinibus, & in eo diffuſe tractatur de generib. omnium ferme irregularitatũ: redigitque auctor omnem tractatum ad quattuor capita demonſtrans alios prohiberi ordines ſuſcipere ratione ſubiectionis, ut ſunt ſerui, Libertini, Monachi, alienæ diœceſis uiri. Alios ratione delicti, vt qui commiſerũt homicidium habita tamen ratione an ſit voluntarium, neceſſarium, vel fortuitum; publice pęnitentes, uſurarii, ſimoniaci, fures, et ſimiles, Alios ratione ſuſpitionis futuri lapſus, ut baptizati in ægritudine, filij presbyterorum, bigami. Alios ratione corporalis impedimenti, vt cæcus, aut aliter notantur corporale mutilatus, et uniuſcuiuſque capitis tractatum plene proſequitur.

Poſt hæc tranſitum facit ad materiam prębendarum beneficiorumque; ſentiẽs tractatum hunc extra propoſitum legentibus uideri poſſe, cum ſe de Iure perſonarum ab initio locutorum pollicitus fuerit, docet quemadmodum prębendæ ſunt dignitatibus annexæ. Et per hoc incontinuè poſſe earum tractatum inſeri, & annecti tractatui perſonarum: exorditurque iiſdem ferre verbis quibus Iuſtinianus in ſuis Inſtitutionibus ſuper titulo de legatis, poſitaque ibidem deſcriptione præbendę, & ratione cur ille inuentę fuerint, ponit duos modos, per quos conceduntur beneficia, & præbendę, ſcilicet per collationem, & per inſtitutionem, per collationem ſtricto uocabulo liberam ordinarii conceſſionem tantum deſignat, per inſtitutionem ea, quæ fit ad præſentationem patroni.

Amplexuſq; primo membrũ collationis, ponit tres fontes, à quibus collationes ipſę emanant, nempe ab ordinario, a legato ſedis Apoſtolicæ, et Romano Pontifice.

Et proſequens primum caput definit, quis ſit ordinarius collator, & q̃uo ſit agendum, ſi duo ſint ordinarii collatores, uel aliter ad collationem cõcurrere, dẽant, puta Eps̃, & capitulum, & q̃uo de uno ad alium fiat deuolutio, & intra qđ tẽporis ſpatium.

Tranſit inde ad ſecundum caput, cumque tres ſignificet eſſe legatorum ſpecies, miſſos. ſ. natos, & a latere, declarat id, quod primo dixerat de legato ſimpliciter circa collationem beneficiorum, ſolummodo ad legatum de latere pertinere, atque illam ipsã conferendi poteſtatem certis limitibus contineri docet, ponitque, quid ſit huic legato cum ordinario commune, & in quo etiam diſſideant.

Explicitis duobus capitibus circa collationem deſcendit ad tertium ſcilicet ad reſcriptũ. Rom. Pon. ꝙ quidem dicit concipi poſſe tribus modis, purè, adiecta die, & ſub conditione, ponitque, quid interſit, hoc, vel illo modo reſcriptum concipiatur.

Addit latenter & aliam diſtinctionem, quod. ſ. ſit talis collatio per reſcriptum Apoſtolicũ, uel motu proprio, vel ad alterius petitionem, demonſtrans quæ inter unum, & aliũ modũ ſit differentia, ſubnectitque quãtum prouiſio facta ꝑ Apoſtolicum cæteris antecedat quando quis auctoritate Apoſtolica dicatur receptus, præfatoſque Apoſtolici mandati fines diligenter cuſtodiendos, nec ad alios præterq̃ expreſſos caſus trahẽdos adiicit huiuſmodi reſcriptum, ex perſona, ex loco, ex ordine ſcripturæ, ex cauſæ inſertione, & qualitate beneficii recipere interpretationem, ſingula exemplis clara faciens, aliaque adiiciens, quæ ad reſcripti gratioſi interpretationem pertinent.

Cumq. circa prouiſionē factā per Apoſtolicum multa dixiſſet, quia ſpecialia quædam videntur inducta circa beneficia vacantia in curia, ponit tractatum ſeparatū de beneficijs vacantibus in curia, ediſſerens, & quando in curia dicantur uacare, & qbus caſibus licet in curia, vacent, poſſit tamen ab aliis, quàm ab Apoſtolico conferri.

Hūc titulum reſecuit ante editionē Auctor. quem ad modum paucaque alia ſātus breui cui dā Inſtitutioni minus cō nire.

Explicito primo modo, quo beneficia nanciſcimur, ſ. cum per collationem illa conſequimur, deſcendit ad ſecundum, qui eſt per viam inſtitutionis, ponens in quibus collationes, & inſtitutiones conueniant, & quibus diſſideant, & obiter tractat de iure patronatus, docens quibus modis illud cauſetur, & quare ſit inſtitutum, quis ſit illius effectus, quę differentia ſit inter laicos patronos, & Eccleſiaſticos, & quomodo tale ius intereat.

Cumque prouiſi, ſiue per collationem, ſiue per inſtitutionē reſidere debeant, ſubdit breuiter de clericis non reſidentibus, & quoniā a materia iuris perſonarū uidebat aliquo pacto digreſſus, ſub epilogo omnia prope, q̄ antea dixerat, reuocat ad memoriam ſubnectitq. materiam regulariū, & monachorum, qui licet ſint perſonæ Eccleſiaſticę non tñ erant comprehenſi ſub prima principali diſtinctione, cum tā Laici quā Clerici poſſint eſſe regulares. Dicit igitur monachū fieri vel paterna deuotione uel ꝓpria ꝓfeſſione, q̄ nūc expreſſam, nunc tacitā eſſe docet, uel uoti emiſſione, ſubdēs uotum eſſe duplex, ſimplex, & ſolemne, proſequitur hæc tria membra vſque ad finem tituli, & libri ponens qd̄ valeat patria poteſtas ad inducendā, vel prohibendā monachationē filiorum, quid interſit inter tacitam, & expreſſam profeſſionem. inter hunc & illum ordinem, q̄ ſint ſubſtantalia religionis, vel regularitatis, qualiter, & quo ordine monachi viuere debeant, & in quo a cæteris regularibus differant.

L I B. II.

TRactatu Perſonarum explicito primo libro, aggreditur ſecundū principale membrum, uidelicet Rerum, factaque generali inſcriptione, de rerum diuiſione. diſtribuit primo res oēs Eccleſiaſticas in duo genera: ſcilicet, in res ſpirituales, & tēporales. Rurſus ſpirituales ſubdiuidit in incorporales, & corporales, rurſus diſtribuit corporales in ſacramenta, in res ſacras, & ſanctas, & in res religioſas, demonſtranſque res incorporales particulari, & ſpeciali tractatu minime indigere, aggreditur materiam corporalium, exorditurque a ſacramentis tamquam a ſubiecto nobiliore. Facta itaque generali inſcriptione, & titulo de ſacramentis, definit quid ſit Sacramentum, inde ponit primam diuiſionem Sacrorum, quod aut ſunt neceſſaria, aut uoluntaria, ſubdiuidit inde neceſſaria dicens, quod quædam proficiunt ad ingreſſum in Eccleſiam, quædam ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia, Ponit item & ſecundam diuiſionem, quod quædam characterem imprimunt, & non ſunt iterabilia, quædam non imprimunt, & ſunt iterabilia. Inde, quibus partibus conſtent a quo, & cur inſtituta, quales, & cuius propoſiti, & intentionis oporteat eſſe miniſtros, vt Sacramenta conficiant breuiter exponit.

Quibus generaliter cognitis aggreditur auctor de ſingulis ſpecialiter dicere, exorditurque a Sacramento baptiſmi, quod eſt cæterorum ianua, & fundamentum, illud deſcribit efficaciam eius, & naturam exponit, qui baptizare, & baptizari, & quot genera ſint baptiſmi, & quæ ſint eius ſolemnia declarat.

Subinde dicit de Sacramento Chriſmatis, quod uidetur baptiſmo annexū, ponens & qui chriſmate, & quos, & quando ualeant, & quæ Chriſma propria, quæ cum baptiſmo habeat communia.

Poſtea tranſit ad pœnitentiam, per quam poſt baptiſmum: & confirmationem lapſis ſubuenitur, eaque deſcripta, tres ponit pænitentiæ ſpecies; ſ. ſolemnem, publicam & priuatam, quartum naturam, & vim deſcribit; proſequitur inde tres partes ipſius pænitentiæ: ſcilicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem annectens quæſtiones a materia non abhorente.

Tranſitum inde facit ad Euchariſtiæ Sacramentum; præuiaque illius commēdatione, & quis illud exhibere, & quib. exhibere valeat explanat, ponitque quibus partib.

hoc

hoc ſacramentum conſtet, nempe uiſibili forma, veritate corporis, & uirtute ſpirituali: quarum ſingularum partium declarationem proſequitur.

Habito itaque tractatu Sacramentorum, quæ ad ingreſſum in Eccleſiã, & progreſſum in Eccleſia inſtituta ſunt. tranſit ad ea, quæ proficiunt ad egreſſum, & ſic ponit de extrema unctione, duplicem inquiens unctionis eſſe ſpeciem, & exteriorem & interiorem.

Explicitis Sacramentis, quæ ſunt neceſſitatis, ponit de iis, quæ voluntatis habẽt, quæ ſunt ordo, & matrimoniũ, Et quoniã materia ordinis diffuſe tractata fuit in primo libro, cum de perſonis ageretur, poſita ſola ordinis deſcriptione, tranſitum facit ad matrimonium, quod quidem primo deſcribit, tum eius laudes & bona breuiter perſtringens illud initiari ſponſalibus, ratificari cõſenſu, & copula conſummari.

Rediensque ad materiã ſponſalium, poſitaque illorum deſcriptione, docet ea contrahi uariis modis, ut putare, uerbis, litteris & conſenſu, & oppoſitis exemplis modorũ inter ſe uarietatem, ac declarationem planam fecit, annectitque commodam diſtinctionem quod aut contrahuntur pure, aut adiecta die, aut ſub conditione, exponens quid interſit hoc, vel illo modo contrahantur, & a quibus, & ſub quibus conditionibus poſſint matrimonium, uel ſponſalia contrahi. diſtinguens inter conditionẽ honeſtam, turpem, & impoſſibilem. Item quis ſit ſponſalium effectus, quibus modis illa diſſoluũtur, docens ea interdum ipſo iure diſſolui, interdum facto hominis, & utrumque per plura exempla declarat.

Pleno igitur de ſponſalibus habito tractatu tranſit ad ipſas nuptias, hoc eſt ad matrimoniũ contractũ per verba de præſenti. Item ad cõſummatũ per copulã, ponens & qui, & per quæ uerba poſſint matrimonium contrahere, quæ poſſint matrimonium impedire, & quia inter multa, quæ matrimoniũ impediũt eſt error, ponit quatuor genera errorum: uidelicet perſonæ conditionis, qualitatis & fortunæ; ſecernitq; ea, quę matrimoniũ impediunt, ab his, quæ non impediunt: ponit, & ꝙ ualeat ad impediendum uel diſſoluendum, ut matrimonium cultus diſparitas, eaque occaſione triplicem quodãmodo matrimoniorum ſpeciem, ac differentiam proſequitur, quippè quod illorum quædam fuit legitima, & nõ rata, quædam ex contrario rata, ſed non legitima: quædam vero, & legitima, & rata, & harum ſpecierum inter ſe differentiam br: uiter declarat ponit & de uoto ſolemni, & ſuſceptione ordinum ſacrorum, & de coactione metu de furore, frigiditate, de morbo incurabili? de publicæ honeſtatis iuſtitia, an & quando prædicta matrimonium impediant planum faciens.

Et quoniam cognatio contradendo matrimonio adfert impedimentum. q̃ eſt triplex ideo connectit tractatum de triplici cognitione; ſpirituali ſcilicet, quæ contrahitur non occaſione oĩum ſacramentorum, ſed tantum baptiſmi, chriſmatis, & catechiſmi, licet non omnibus caſibus eiuſdem ſit efficaciæ, legali, ut eſt ea, quæ contrahitur per adoptionem, uel arrogationem, quam docet modo habere temporalẽ cauſam prohibendi matrimonii, modo perpetuam & naturale, quæ deducitur aut in conſanguinitatem, aut in affinitatem: ſubnectitque quæ ad graduum cognitionẽ ſunt neceſſaria, & quando, & quatenus, inter quos illa matrimonium contrahi impediat, diſtinguens inter affinitatem præcedentem ipſum matrimoniũ, & ſubſequentem: cũque ad detegenda huiuſmodi impedimenta oporteat matrimonia eſſe non clandeſtina, ideo commodè annectit de clandeſtina diſponſatione: & qui matrimonium poſsint accuſare, uel contra illud teſtificari.

Demum plene tractat de diuortiis tamquam de quodam interitu matrimonii, monſtratque diuortii nomen nunc pro uera diſſolutione matrimonii, nunc pro ſeparatione thori duntaxat vſurpari.

Ponit igitur primo caſus, in quib. veram contingit matrimonii diſſolutionem fieri cum ſuis rationibus. Inde proſequitur caſus, in quibus contingit fieri tantum ſeparationem, annectens quæ ſint exceptiones, quæ poſſunt opponi a coniugibus repetentibus coniuges, cui tractatui adiungit uerbũ de ſecundis nuptiis, exponẽs qui ſpe ſecundarum nuptiarum deſtituantur, & qualiter ſecundas nuptias eccleſia ſuſcipiat? Et completur per ſupradicta tractatus ſacramentorum.

Tranſit

Tranſit inde ad alias ſpecies rerum Eccleſiaſticarum corporalium ſ. ad res ſacras ſanctas & religioſas, vt ſunt Eccleſiæ, altaria, religioſorum domus, ſepulturæ. Ponitque primo de conſtituendis, conſecrandis, & reparandis Eccleſiis, & altaribus, docens quatuor eſſe cauſas Eccleſiarum ædificandarum, proſequiturque quæ ad Eccleſiarum, altarium ve ædificationem et dedicationem, & ad reconciliationem, (ſi execratæ fuerint) debeant concurrere. Tranſit inde ad vnionem Eccleſiarum, qua deſcripta, duas ponit unionum ſpecies, perpetuam ſcilicet, & temporalem. Ex quibus cauſis ſit vnio facienda. Quis poſſit unire. Quis vnionis effectus, quomodo vnio diſſoluatur.

His traditis tranſit ad Eccleſiarum immunitatem, quam triplicẽ eſſe dicit, localem perſonalem, & realem, & ibidem quamlibet proſequitur, indicãs quæ negotia in materiali Eccleſia ſint exercenda, & quæ ab eadem ſunt arcenda, & qui per acceſſum ad Eccleſiam impunitatem, uel remiſſionem pænæ conſequantur: a quib. muneribus clericorum perſonæ ſint immunes Eccleſiæ, quin Epiſcopo ſubiiciantur, ponit etiam de Eccleſiarum ſubiectione, docens qua ratione, & quarum rerum intuitu Eccleſiæ ſint Epiſcopo ſubiectæ, reſtringens omnia ad tria capita, ſcilicet ad ius ordinis, ad legem iuriſdictionis & legem diœceſanam.

Et quia ſupra dixerat de iis, quę ad Epiſcopos pertinet iure ordinis, & lege iuriſdictionis, ſub congruis titulis, proſequitur tertium caput, quod reſtabat; ſcilicet ea, quæ pertinẽt ad Epiſcopũ lege diœceſana. Tractat igitur de diœceſibus, de procuratorib. exactionibus, vbi materiam cenſuum, iuris uiſitandi late proſequitur, annectitque materia ſuadente, de capillis monachorum, et de religioſis domibus, ubi agit de pluribus inter ſe diuerſis locis, quæ nos vulgo communi vocabulo hoſpitalia appellare conſueuimus, de illorum regimine, et qualitate, compediosè diſſerens.

Et cum ſepulturæ ſunt religioſæ, annectit de ſepulturis, docens quid conferat ſepultura in loco religioſo magis quam profano, et an vxor, an filiusfamilias, an impubes habeant liberam ſepulturæ electionem, an etiam monachi, ubi quis ſepeliendus non electa a ſe ſepultura. Qui Chriſtiana ſepultura priuandi. Qua pœna afficiendi uẽdentes terram pro ſepultura.

Et quoniam ſi quis poſt habita parochiali Eccleſia, vel ea, in qua ſacramenta percipit, in alia eccleſia ſepulturam eligat, parochialis Eccleſia de relictis pro anima a defuncto quartam detrahit, ideo ſubdit de canonica portione, qua deſcripta, illam in duas ſpecies diuidit, ſcilicet, in parochialem, & Epiſcopalem, ubique materiam utriuſque diffusè proſequitur.

Cumque hucuſque de rebus, quæ quadam ſpũalitate continẽtur, pertractaſſet, antequam veniat ad tractatum rerum Eccleſiaſticarum temporalium, quod erat ſcdm caput primæ ſectionis poſitæ in principio libri, prius dicit de decimis, quæ mixtã quãdam habent naturam inter res ſpirituales, & temporales, cum ius quidem decimandi ſpirituale ſit, fructus vero decimarum temporale, vnde de his ponit in quodam quaſi confinio rerum ſpiritualium, & temporalium, maxime ob magnam ſimilitudinem, quam habent decimę cum canonica parochiali, et Epiſcopali.

Poſita igitur deſcriptione decimæ, duas eius ponit ſpecies perſonales, & prędiales, ponitque earum naturam, et differentias, et quid habeant commune, docens qui ſoluere, & ex quibus rebus ſolui debeant, & quæ priuilegia ab illarum ſolutione pręſtent immunitatem.

Demum uenit ad tractatum, rerum Eccleſiaſticarũ tẽporalium, diſſerens de adminiſtratione, & alienatione ipſarũ, cumq. regula poſita eſſet quod res Eccleſiaſticæ alienari nõ poſſunt, excipit quoſdã caſus, et docens, quæ ſint res Eccleſiaſticæ, ponit an, et quando clerici in vltima voluntate poſſint aliquid relinquere, ſicque ponit titulũ de peculio clericorum, relictis, et ſucceſſionibus eorum, quo claudit ſecundum librum, & tractatum ipſarum rerum, quod erat ſecundum membrum principale totius operis.

L I B. I I.

Supererat tertius principalius totius opis articulus, videlicet, iudiciorũ, quẽ auctor

par-

partitur in duos libros quorum altero complectitur materiam iudiciorum ciuiliũ al tero criminalium.

Tertio igit libro agit de iudiciis ciuilibus,appoſitaque iudicii deſcriptione, diuidit ea in ſęcularia, & Eccleſiaſtica: cuius diſtinctionis occaſione ponit tractatũ de foro competenti, docens,& qñ laicus conueniri poſſit coram iudice clerico: & cõtra.

Inde ponit aliam diſtinctionem, ſcilicet, quod iudiciorum alia ſint ordinaria, alia extraordinaria. Extraordinarium iudicium appellans(vt & canones ipſi appellant) quod mediante delegatione exercetur ibique naturam utriuſque deſcribit, & fuſius extraordinarij, vel delegati, quippe quod ſit magis ordinario varium, aſcribit igitur primo quis poſſit delegare & cum inter hos præcipuus ſit princeps, indicat in quo delegatus a principe, ſit magis priuilegiatus aliis delegatis, & quid interſit vni, vel pluribus delegetur, & an ultra ea, quæ ſunt reſcripto comprehenſa, delegatus aliquid poſſit, docetque demum ſolui delegationem reuocatione, delegantis morte, impotentia delegati tam iuris, quam facti, executione ſentẽtiæ, temporis fluxu, & iudicis tum pronunciatione, tum recuſatione.

Addit,& tertiam iudiciorum diuiſionem, quod aut ſunt ſummaria, aut plenaria, & ſolemnia, vtrorumque natura expoſita, annectit per quas perſonas poſſumus iudicia exercere, ibique ponit tractatum de procuratoribus, admonens, qui, & quomodo, & in quibus cauſis poſſint procuratores conſtitui, & quid interſit, vtrum quis ad iudicia, an ad negotia ſit procurator, in cauſa profana, an in Eccleſiaſtica, vnus an plures conſtituantur,& quibus caſibus procuratorium expiret.

Cumque iamiam ad ſeriem, & acta ipſorum iudiciorum eſset venturus, quia accidit litigatores ad pacta, tranſactiones,& compromiſsa interdum venire, ponit, iam de pactis & tranſactionibus, quam de arbitris, eorum naturam, & efficaciam deſignans.

Deuenit tãdem ad telam ipſam iudiciorum,& exorſus a citationibus docet earum triplicem eſse ſpeciem, ſcilicet conuentionales, monitorias, & peremptorias: cumque firmaſset regulariter quemcunq; citatum teneri ad comparendum, aſcribit etiã, quibus caſibus citatio citatum minimè arctet ad comparendum, quod dicit accidere ex perſonæ qualitate,& loci conditione, ex temporis ratione, & citationis ipſius forma quæ quidem capita ſigillatim declarat,& proſequitur.

Et quia iuridicè citatus, niſi compareat, efficitur contumax. ponit de dolo, & contumacia,& in poſseſsionis miſsione, ubi fuſè proſequitur, an, & quando, & quibus cautionibus præſtitis contumax audiri,& quibus pęnis affici debeat, & quia citatus, ſi poſsideat alieno nomine dominum in iudicio nominare debet, ideo ponit de nominatione facienda.

Et cum reo citato comparente debeat offerri libellus, ſubdit de libelli conceptione,& oblatione, docens duas eſse libellorum ſpecies,& qualis eſse debeat, ac quis ſit effectus porrecti libelli,& quibus caſibus non ſit neceſſarius,& quia uiſo libello poteſt reus quaſdam exceptiones opponere, ideo dicit de exceptionibus, tam iis, quæ proponuntur ante libellum, quam iis, quæ proponuntur poſtea quandocunque, de quibus ideo ſimul dicit, ut facilior ſit huius tractatus traditio. Et hunc titulum reſecuit auctor.

Poſita igitur exceptionis deſcriptione duas facit ſpecies exceptionũ dilatoriarum ſcilicet,& perẽptoriarum, docet dilatorias dici interdum ex perſona actoris, interdum ex perſona rei, interdũ ex natura actionis,& qualitate cauſæ,& ex aliis locis, & harum quaſdam etiam appellari declinatorias, vt puta quæ incompetentiam iudicis aſtruunt, quæ ante oẽs alias proponi debent, & cum exceptio excommunicationis ipſa quoque ſit dilatoria, habet tamen naturam anomalam, pluribus de ea tractat.

Deſcendit inde ad materiam perẽptoriã, quas & ipſas in duo genera ſubdiuidit, in perẽptorias ſ. litis finitæ, puta tranſactionis, iuriſiurandi, rei iudicatæ,& peremptorias ſimplices, puta pacti conuenti, doli mali, ſolutionis, earumque inter ſe differentiam explanat, addit & tertiam ſpeciem, ſiue qualitatem, ſ. exceptionum præiudicialium, addit,& de exceptionibus, quæ neque peremptoriæ, vere dici poſsunt, quales ſunt exceptiones contra teſtes, ſubdens aduerſus exceptiones replicationes dari, & alia.

Et quoniam ſi reus nullam aduerſus actorem habet exceptionem, poteſt iñ actorem

rem

rem reconuenire, ideo ſtatim poſt exceptiones, ponit de mutuis petitionibus, illarū naturam, & coram quibus, proponi poſsint explanans.

Sed cum ſpoliator non poſsit ſpoliatum conuenire, ea occaſione ponit materiā reſtitutionis ſpoliatorum, & primum quid interſit ſpolium per modum actionis, an per modum exceptionis opponatur, & cōſtituto, ac definito quis dicatur ſpoliaſse, firmataque vulgari regula de reſtituendo ante omnia ſpoliato, plures ponit caſus, in q. bus ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus.

Explicatis autem his, quæ contingit fieri plerumque ante cauſarū diſcuſsionem, & quæ ſunt iudiciorum potius præparatoria, quam partes ſubſtantiales iudicii, uenit ad lapidem angularem ipſius iudicii, ſ. ad litis conteſtationem, docens, quomodo fiat litis conteſtatio, & quis ſit eius effectus, ponitque aliquos caſus, in quibus non eſt neceſsaria litis conteſtatio.

Tranſitum inde facit ad iuramentum calumniç, quod præſtari debet circa litis conteſtationem, docens in quibus caſibus, & per quos iurari de calumnia debeat, cum aliis ad materiam pertinentibus.

Et quia lis tunc pendet, & lite pendente nihil poteſt innouari, ponit titulū, Vt lite pendente, & c. declarans quando lis dicatur pendere, & quibus caſibus litis pēdētia non officiat.

Deuenire ad ea, quæ merita cauſæ contēnūt, dicit itaque de probationibus, & poſito quid ſit probatio, proſequitur primum materiam poſitionū, quarum & originē & uſum explanat, inde aggreditur tractatū teſtiū admonens quç ſeruanda ſint in teſtiū redēptione. Quomodo ſint cōpellendi ad teſtificādū. Quomodo ſe gerere debeat iudex, dum examinat: quod teſtes cenſentur natura, conditione, uita, an, & qñ clerici, monachi, quando Chriſtiani cōtra Iudços, uel cōtra, quando ſingulares perſonæ ꝓ ſua uniuerſitate bñ criminoſi, quādo domeſtici, & alii examinari ualeant, quot dilationes cōcedēdæ ad examinandū, ſubdit & de teſtibus reprobatoriis, & de reprobatoriis reprobatoriorum. Item de errore, correctione, & publicatione, ipſorum teſtium.

Poſt hæc aggreditur tractatum inſtrumentorum, præfatuſque, quid inſtrumētorum appellatione contineatur, annectit & qñ illa exhiberi, & qualia eſse oporteat, ut fidē faciant in iudicio. quomodo ex originali ſint exēpla ſumenda, ut fidē faciāt. Proſequitur inde materiam iurī, quod in propoſito diuidit in neceſsarium, & uoluntarium, licet ipſum alias ſit multiplex: ponit itaque quod ſit neceſsarium, quç ve eius iuſte ſint recuſandi cauſæ. poſtmodum attingit materiam iuramenti uoluntarii, inde ponit quoſdam caſus, quibus ſola iudicis inſpectatione probationes continentur, proſequitur demum & de notorio, de ſuſpicione vehemēti, de fama, aliiſque hmōi ad probandum adminiculus, quæ uel ſaltem large probationis uocabulo contineri poſsunt, & ſic claudit tractatum de probationibus.

Ex probationibus tranſitum facit ad ſententias, quarum duas facit ſpecies, interlocutoria ſcilicet, & definitiuum, vtriuſq. naturam breuiter demonſtrans, adiiciens quomodo iudex, in pronunciando gerere ſe debeat, tū quoque quid interſit unus ſit iudex, an plures ordinarius, an delegatus, an uero etiam arbiter, & quid ſi plures iudices in eadem cauſa diuerſas tulerint ſententias, quid interſit iudicet quis cōtra ius conſtitutionis, an contra ius litigatoris.

Et cū ex ſententia naſcatur res iudicata, annectit, & de re iudicata, & de executione rei iudicatæ, diſtinguens inter ſñiam latam in actione reali, & latam in perſonali: inter eam, quæ lata eſt ab ordinario, & eam quæ à delegato, apponens quoſdam caſus, in quibus res iudicata non poteſt executioni mandari.

Sed cum per appellationis remedium prohibeatur ſñia in rem iudicatam tranſire ſubdit de appellationibus. Poſita itaque deſcriptione, diuidit eas in iudiciales, & extra iudiciales, rurſus iudiciales in appellationes ab interlocutoriis, & in appellationes a definitiuis, docens quæ ſit inter eas differentia, & quando liceat appellare, & q. bus, & an aliter, quam uel ſcriptura, & quid interſit vnus, uel plures appellare dēant, ab vno, vel plurib. ſit appellādū, & quid ſi prohibita ſit appellatio, an tūc quoq. quibuſdam caſibus poſsit appellari, ſubdit. & de reuocatione attentatorū, & coram quib.

ſit

ſit appellandum, cum pluribus ad materiam appellationum pertinentibus præcipuè deſertione cauſæ, & temporibus ipſarum appellationum.

Et quia remedio appellationis deſtitutis ſubuenitur per reſtitutionem in integrum ponit de reſtitutione in integrum, qui reſtitui debeat, & cõtra quos, & quibus caſibus & intra quæ tempora; & quoties, adijciens verbum etiam de querela, & de ſupplicatione per quas pariter ijs, quia appellare non poſſunt, ſuccurritur, & de hoc titulo claudit tractatum ciuilium Iudiciorum, & ſic primam partem, tertij articuli principalis totius operis per conſequens etiam tertium librum.

LIB. IIII.

QVarto libro, qui cæteris breuior eſt, proſequitur auctor ſecundum membrum principalis articuli totius libri, ſcilicet, materiam iudiciorum criminalium, & ipſorum quoque criminum, demonſtrans ea inſtitui tribus modis. Per accuſationem, quam præcedere debet inſcriptio. Per denunciationem, præcedente charitatiua monitione. Per inquiſitionem, quam præcedit diffamatio, & quid interſit, crimen magis iſto quam illo modo opponatur, addit, & quid iuris ſtatuendum ſit, ſi crimen non his modis, ſed per exceptionem opponatur.

Inde tranſiens ad cauſam materialem horum iudiciorum: ſcilicet, ad ipſa crimina, diuidit illa in duas claſſes: quarũ prima continet ea, quæ Deum principaliter lædunt vt ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium: ſecunda vero quæ principaliter lædunt proximum, vt homicidium, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ, de quibus omnibus poſtmodum ſeparatim tractat. De ſimonia igitur primum exorſus, eam deſcribit, inde diuidit illam in conuentionalem, & realem, ponitque plures caſus, & exempla, quibus committi, vel non cõmitti ſimoniam oſtendit, addens pęnas tam ordinantium, quam ordinatorum per ſimoniã ac quid interſit, vtrum quis ordinem per ſimoniam, an beneficium conſecutus fuerit. Quomodo cum ſimoniaco poſſit diſpenſari, quique admittantur ad accuſationem tã deteſtandi ſceleris, cum pluribus materia connexis.

Tranſit inde ad alia crimina, quæ Dei læſionem principaliter continent, dicitq; de hæreticis, de ſchiſmaticis, de apoſtatis, docens quæ ſit inter hos differentia, de pęnis ſingulorũ tractans; præcipuè vero hæreticorum, declarans, quando per abiurationem, dicantur reincorporati. Item qñ relapſi. Item quomodo agendum cum relapſis, & his, qui ſemel abiurauerint, quomodo cũ ſuſpectis, & vſq; ad quem gradũ hæreticorũ pęna tranſeat in deſcendentes. Demum de apoſtatis differens tres in apoſtaſia cõſiderat ſpecies, ſ. apoſtaſiam perfidiæ, apoſtaſiam inobedientiæ, & apoſtaſiam irregularitatis.

Conſequenter tractat de ſortilegis, maledicis, & ſacrilegis, de illorum naturas & pęnis differens, docens ſacrilegium committi tribus modis, ratione perſonarum, ratione rerum, & ratione locorum.

Deſcendit inde ad crimina, quæ etiam hominum lęſionem continent, exorditurque à furtis, his annectit de vſuris, quarum plenè tractat materiam, adiungit de adulterijs, & alijs coniunctionibus illicitis, vbi agit de inceſtu tam ratione naturalis cognationis, quam ratione ſpiritualis, de vitio Sodomitico, de commiſſione cum brutis, & de raptu, addit de crimine falſi diſtinguens, an quis circa litteras Apoſtolicas, an circa alia documenta falſum commiſerit, falſauerit ipſe, an falſis ſcripturis fuerit vſus. Item ſubdit de homicidio, vbi agit de aſſaſſinio, de interficiente latronem, de homicidio fortuito, de opprimente proprium filium, de exponente filium, de impedientibus conceptionem, vel procurantibus abortum, & de his qui ſibi mortem conſciſcunt.

Tractat demũ de iniurijs, & damno dato, dicens iniuriam inferri verbis & litteris.

Et quia interdum, licet, quis de crimine non poſſit conuinci, publica tamen laborat infamia, ob quam indicenda eſt diffamato purgatio, ideo ponit de purgatione, qua deſcripta, duas ſubdit eſſe purgationum ſpecies, vulgarem, & canonicam, & vtriuſque naturam, & ordinem demonſtrat.

Demum cum ſæpiſſimè per totum librum inueniatur facta mentio eccleſiaſticarũ cen-

cenſurarum, quas quis incurrit, non modo ratione contumaciæ, verum etiam aliorum exceſſum, de quibus auctor dixerat immediate ſupra, ponit quaſi in fine operis titulum de Eccleſiaſticis cenſuris: & cum appellatione Eccleſiaſticæ cenſuræ demonſtraſſet contineri excommunicationem, interdictum, & ſuſpenſionem, quæ quid ſint ibidē ſigillatim definit, de vnoquoque facit titulum, & tractatum ſeparatum.

Incipienſq; ab excōicatione duas ponit excōicationum ſpecies, maiorem, & minorem, quo inuicem differant, declarans. Item rurſus diuidens, aliam dicit eſſe excōmunicationem canonis, aliam iudicis declarant canonis excōicationem eā eſſe, quæ alias appellatur excommunicatio latæ ſententiæ, cuius materiam diffusè proſequitur dando exemplum de his, qui eam incurrunt ob in clericos manuum iniectionem.

Proſequitur inde materiam excommunicationis, quæ fertur à iudice, ponens quæ ſint partes iudicis in ea ferenda, quid ſtatuendum ſit de participantibus excommunicatis, ſubdens in fine de abſolutione ab excommunicatione quamplura cum cæteris omnibus tractatui annexis.

Tranſiens inde ad interdictum declarat, illud ſi quędam habere cum excommunicatione communia, quia & ipſum aliud inducitur à canone, aliud à iudice. Inde addit quomodo ſit interpretandum, quæ ſit illius virtus & efficacia, quæ interdictum violantium pœna. Vltimo agit de ſuſpenſione, quam & ipſam docet eſſe aliam canonis, aliam iudicis,ponitq; eius deſcriptionem, & naturam, & hoc titulo librum quartum claudit, & operi finem imponit.

Operis nexus.

Hæc ſunt totius operis, prima quædam lineamenta. Si quis autem colores ipſos vmbras & totius corporis quaſi quandam effigiem intueri, totum percurrat neceſſe eſt: in quo præcipuè in eo videtur auctor laboraſſe, vt, ſ. ita tractatus tractatui annecterentur, vt vnus ex alio ſponte ſua fluere, non vi quadam trahi videretur: quod cum ad libri pulchritudinē, tum multo magis ad tyronum, & eorū, qui lecturi eſſent, profectum, & memoriam iuuandum pertinere eſt arbitratus. Vſus eſt hoc ferme ordine, vt ante omnia rem, de qua ageretur, prius definiret, vel verius deſcriberet, vel p exempla declararet. Inde diuideret in ſpecies, vbi diuiſio locum habere poterat, vel poneret originem, vel initia ipſius rei, tum effectus demum & interitum oſtenderet. Satis autem habuit, ſi rem ita definiſſet, vt ſi minus tali definitione eſſentiam, & ſubſtantiam amplexus eſſet, ſaltem rei intelligentiam clauderet, nec enim fuit ſibi propoſitum tales definitiones redigere ad ſtrictam normam Logicorum, cum ſciret quam difficile, & periculoſum ſit definitiones formare, quas auctor plerumque non ex ipſis canonibus, & in quibus raræ admodum reperiuntur, ſed ex claſſicis, & probatiſſimis auctoribus fuit mutuatus, eas etiam interdum vnius rei plures poſuit, vt quod vna minus comprehenſum videbatur, alia ſuppleretur, ſed hoc non niſi raro, & ex optimis auctoribus, ſumpſit enim hoc ſibi, vt quæ ad materiam concinne, ac methodicè pertractandum pertinere arbitratus eſt, etſi illa minus verbis, ac contextu ipſarum Decretalium expreſſa inuenirentur, dum tamen ex mente iuris fluerent, libro ſuo infereret, licet hoc per quam raro. Sed nec fuit auctori propoſitum omnia, quæ cęteris Iuris Canonici libris continerentur, in ſuum librum congerere, & quaſi tranſcribere ſed ea tantum, quæ Iſagogicè tradi potuerunt, quæ varijs locis, ac libris nullo ferè ordine diſperſa in vnum colligere, & quodammodo in medullis canonum abſtruſa, & recondita in lucem elicere fuit longe difficillimum: nec ſecus atque ſi quis vetuſtam aliquam, & inſignem ſtatuam in multas partes confractam, & uarijs locis diſperſam, & opertam multis ruderibus, effoſſis, & conquiſitis vndique membris glutine aliquo ita compoſuiſſet, vt ad priſtinā formam, atq; pulchritudinem reſtituta appareat. Satis igitur eſſe arbitratus eſt, ſi ijs, qui lecturi eſſent, id vtilitatis liber afferret ſuus, & quaſdam tenebras modico labore diſcuteret in quibus poſitas impoſſibile eſt aliqd diligenter inueſtigare, & introſpicere, tantumque in ea facultate afferrent luminis, vt quis, ſine cuius quam ductu per ſe breui temporis ſpatio expedire per totum Ius canonicum quaſi per immenſam ſyluā peruagari poſſit, & certo pede diſcurrere, quædā ēt conſulto ea ratione prætermiſiſſe uidetur quod non ſatis vetuſtè, vel ob prolixitatem, vel ob aliā cauſam operi ſuo inſeri poſſe conſideret: quæ tamen oīa breuibus, quibuſdam

Definitiones.

Non nulla ſumpta ex optimis auctoribus.

Quæ contineantur libro inſtitutionū tranſlatæ.

Quid pręſtet inſtitutionum liber.

Quæ ratio.

dam notulis eſt complexus. Quædam etiam ex profeſſo uidetur interdum dixiſſe compreſſius,& perplexius, tum quod aliquo labores agnita, & intellecta ſolent nobis eſſe iucundiora: tum, quod ſciret eadem cum multo fœnore eſſe dictis notulis explicanda. Stillo ſcriptus eſt liber exili,& tenui; quaſi ſcilicet debet librum ſcribi qui ſolum ad docendum atque adeo ad tyrones prima artis rudimenta docendum compoſitus ſit interdum tamen pro materiæ qualitate non nihil aſſurgit, vt cum agit de primatu Romanæ Eccleſiæ,& Romanis Pontificis, cum de vita, & honeſtate prælatorum diſſerit,& in alijs quibuſdam raris locis. Lingua vſus eſt auctor neque omnino pura, & candida, neque omnino ſordida, & impura; ſed quantum potuit ſimili cæteris libris Iuris Canonici. Plura etiam ferè ad verbum ex canonibus in opus ſuum transferens, inſtitutionum iuris ciuilis ductus exemplo: nam cum daret operam, vt iſte libellus reputari poſſet iuris ipſius canonici quaſi portio; abſurdum arbitratus eſt membrum vnum à reliquis corporis partibus cultu etiam, & veſtitu diſſidere, ac non proprium, ſed ab alio quopiam mutuo ſumptum videri. Accedit, quod cum cuiuſque artis, & ſcientiæ ſunt propriæ uoces,& peculiaria vocabula. ac plerumque barbara, ſi quis ijs, alia Latina uoluiſſet reponere, quod ipſum factu fuiſſet multo difficillimum (ut fieri potuiſſe demus) longè tamen à propoſito aberraſſet, cum inſtitutum auctori fuerit ea, quæ difficillia,& inuoluta eſſent, dilucidè explicare,& plana facere, non nouis vocibus, & inſolitis vocabulis obſcurare, cum (vt ille inquit) ornari res ipſa uetet contenta doceri.

FINIS LIBRI SECVNDI.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

Ad Scholares Peruſinos.

LIBER TERTIVS.

VENTVM iam eſt (Iuris ſtudioſi) ad eam partem inſtituti operis, quæ nobis vna omnium, & difficilima videtur, & moleſtiæ pleniſſima, nempe ad confutationem eorum, quæcumque aduerſus nos, atque ſcriptas à nobis Inſtitutiones obijciuntur: Nam, vt omittam, quod ut quiſque optime inſtitutus eſt, ita etiam à contentionibus ſponte ſua maxime ſolet abhorrere, natura ita comparatum eſt, vt, quæ in alios uel temere dicuntur, libenter excipiamus: eos vero, qui ſe, vel ſua etiam neceſſario laudant, non ſine ſtomacho audire poſſimus. Vnde aduerſarijs noſtris id relictum eſt, quod voluptatem lecturis non mediocrem ſit allaturum, nobis vero, quod ſtatim nauſeam ſit facturum, nam ſi de me, ac mea diligentia libere, atque magnifice interdum loquar, non dubito, quin ſtatim arrogantiæ nomine ſuſpectus omnibus ſim futurus. Sin id frigidius fecero, non ſatis valide aduerſariorum obiecta refutare, ac noſtra tueri videri potero. Sed ita profecto ſermonem inſtituere conabimur, vt nec cauſæ defuiſſe, & modeſtiæ rationem habuiſſe æquis iudicibus videri poſſimus. Et quanquam ex his, quæ initia inchoati huius nobis commentarij perſcripta ſunt, tam præſtantiſſimorum virorum teſtimonijs, atque auctoritate, quam etiam validiſſimis (vt nobis quidem videtur) rationibus facti, atque inſtituiti noſtri rationem ſatis, ſuperque omnib. probare potuiſſe uideamur, qa tamen eorum, quæ aduerſus nos obijcerentur quædam, vel parcius attigimus, vel omnino prætermiſimus: quippe quod nemini tunc reſpondere, ſed tantum geſti negotij ſeriem explicare, nobis propoſitum erat, ne quis ea diſſimulaſſe, & quaſi cauſæ noſtræ diffiſos conſulto præterire voluiſſe nos exiſtimet, colligemus in præſenti eorum oĩum qui contra nos ſentiunt argumenta, quibus in vnum locum cum geſtis ſemel omnib. reſpondere conabimur, imitabimurq; Imperatores, qui poſt comiſſa leuiora prælia, eductis demum omnibus copijs, de ſumma rerum decernunt. Et quoniam præliorum, ac copiarum meminimus, erit operepretium diuerſæ opinantium numerum, in ſuas quaſi claſſes diſtribuere, vt quibuſcum negotium nobis futurum ſit, facilius, atque explicatius agnoſcere valeamus.

Bene inſtituti à contẽtionibus abhorrent. Libẽtius maledicẽtis aliis qua laudanti ſeipsũ voces accomodam⁹.

Tria genera diuerſæ opinãtium.

Horum omnium tria genera colligere mihi poſſe uideor. Plerique enim graues, & docti viri noſtrarum harum Inſtitutionum editionẽ ita mihi probaſse viſi, ſunt, vt vehementer etiam admirentur, tot annorum & ſeculorum de curſu, ex tot partibus, qui in vtroque iure flouerunt, nemini veniſse in mentem ut talem librum cõſcriberet quo Pontificii iuris elementa certa ordinis ratione complexus, ad cætera, quæ plus quã expediat, inuoluta ſunt, & ardua, quaſi gradũ faceret. Earumq. promulgationẽ omnino maturandã cenſeat, vt non ſolum poſteri, ſed etiam noſtræ tempeſtatis homines eius rei vberem fructum capere aliquando valeant. Contra vero alij ab his toto cælo diſſidentes in ea re oleũ, & operam perdi affirmare nihil dubitant. Quippe qui conſultius eſse exiſtiment, ſitientibus (vt ipſi dicunt) ex ipſis fontibus, ac veterum libris, quibus vniuerſum Ius Canonicũ (quaſi mare quibuſdã littoribus) cõcluditur, quam ex deductis inde riuulis non tam potũ haurire, quam uix primoribus labris deguſtare. Iuſtinianiq; ipſius inſtitutum, qui inſtitutiones in iure ciuili curauerit tyronibus concinnandas, incuſare audent, remq. feciſse nõ modo nullius ſtudioſis utilitatis, verum ẽt noxiã contendũt: ſatis enim fuerat (inquiunt) iuuenes præclaris illis veterum cõſultorũ monumentis inſueſcere, atq. iis memoriã exercere, quã minutulis illis rebus, quæ

Penitus I pugnãtes Iuſtiniani inſtitutiones parum probata.

quatuor

primis quidem mihi per omnia conuenit, habeoque ſubſcriptores grauiſſimos, ac doctiſſimos viros. Aliorum vero adeo deliram, & multorum ſæculorum cõſenſu cõfutatã eſſe opinionem, ſic omnes intelligunt non niſi ineptus uideri poſſit is, q̃ eo laborat, vt eam multis argumentis, reiicere, ac cõfutare conetur. Quemadmodum.n. in corpora mollia, cedentiaq; non poſſis egregiam plagam infligere, eo quod obſiſtere, contraq. niti non queant: ita eos, qui palam inſaniæ non verentur, nemo ſerti [illegible] gutione percellere poterit: inania n. ita ſua ſponte concidunt, & euaneſcunt, ut ex pulſorib. illum omnino locum relinquat. Ideoque illorum, neſcio quo pacto melior eſt cauſa, quam eorum, qui rõne aliqua aduerſantur. Quippe quod ipſis re ponderi non poſſit, id vero non ſubricebo, quidquid iſti garriant, cenſere me idque etiam ex maximis, & in iure ciuili eruditiſſimis viris ſæpius audiuiſſe ex vniuerſa illa enucleati iuris collectione, ac compoſitione, q̃ Iuſtinianus nobis reliquit, nihil eſſe abſolutius, & a ſe comparandum in toto iure ciuili lumen quoddam, cõducibilius, q̃ illud Inſtitutionum opus, qđ iſti ex iuuenum manibus excutiendum, & ab omnib. gymnaſijs eliminandum, quaſi nullius prorſus vtilitatis, tam ſtulte cenſent. Nam qđ iſti iuris Cæſarei ac Pontificij libros quaſi pacatiſſima maria iuniorib. ipſis exhibet, nõ ſatis quidem ſcio, num illorum in eo iudicium deſiderem, an accuſem inſcitiam. omnino q̃ parum in utraque iure verſati fuerint, planum faciunt, nã tam multi ſunt in utraque facultate anfractus, & diſputationum procellæ, tam multa nodoſa, ac duriſſima, vt nullo pacto iuuenum ſtomacho concoqui poſſint. Sed vt veriſſimum ſit, qđ iſti aſſerunt, & utriuſque iuris libri pacatiſſimi maris ſpeciem nobis referant, illud certè negare non poterunt, ſtulte ſcilicet facere eos, qui ſint penitus natandi rudes, ſi ſe mari primum, quamquam tranquillo ac nõ placidioribus undis, nec ita profundis magis credere uelint ut ſe mari poſtmodum tutius committere valeant.

Inſani loquentis aliquo pacto melior conditio quod ipſis uideri nõ poſſit.

Inſtitutionũ ciuilium opus pulcherrimũ atque abſolutum.

Multi ſũt in utroq. iure anfractus & difficultates.

Pluſculum igitur erit nobis negotii cum iis, q̃ noſtri inſtituti rationem magnopere probantes, rem tamen adeo arduam, & difficilem exiſtimant, vt p̃ difficultate nec tentandam quidem, nec ſi tentet̃ ipſam feliciter abſolui poſſe iudicent, nam ſi futurũ eſt vt cum quemadmodum iuris ciuilis Inſtitutiones, ita etiam noſter liber legis uim ſit habiturus, quanta tandem doctrina, prudentia, & vigilantia eos eſſe oportebit, q̃ tantã prouinciam aggredi velint, & librum conſcribere audent hmõi, in quo nihil anceps, nihil obſcurum, nihil cæteris canonib. cõtrarium eſſe, nihil deeſſe, nihil abundare debeat: & in quo punctus deficiens, vel ſyllaba temere adiecta nos in magnam aliq̃, vel difficultatẽ, vel errorẽ poſſit cõiicere. Addunt præterea nõ uideri veriſimile nihil hmõi cogitaſſe tot Ro. Põt. quorum plures fuere, qui maxima cum laude ius ipſum canonicum profeſſi fuerunt, ſi quo pacto id ęre ſtudioſorum, vel publica fuiſſet. Illud veriſimilius cogitaſſe quidẽ illos, ſed tanquã id eſſet pleniſſimũ periculi, ac difficultatis cuiuſdam inſuperabilis, huius operis cõficiẽdi, uel tentandi cõſilium abieciſſe, aiuntq. huic eorum ſententiæ Innocentium IIII. ſubſcripſiſſe videri poſſe, q̃ cum tam fęliciter hunc quaſi campum Iuris Canonici excoluiſſet, quemadmodum p̃clara ſua ſcripta facile teſtant̃, ad Põtificatus ipſius apicem tãdem euectus, nõ ſibi id ſumpſit, vt, q̃ a ſe eſſent conſcripta, legis auctoritatem habere vellet, ſed ſimplicis tm̃ cuiuſq; interpretis, nimirum prudentiſſimus Põtifex, & erudiſſimus ſatis põderauit, q̃ſ ac quanti demum cõſilij, & deliberationis eſſet, leges cõdere. Demũ addunt, vt cõmode fieri id poſſe dẽt, nihil tñ eſſe cauſæ, ob q̃ q̃s hmõi laborẽ nullo ferme uſui poſteris futurũ ſibi ſumat, cũ antiquorum (vt ipſi appellãt) Summiſtarum ſcripta, & p̃ſertim Hoſtiẽſis ſatis elegãter, & cõcinne totius Iuris Canonici quaſi quoddam corpus contineat, quib. ſi q̃s diligenter inſiſtant, breui proculdubio magnam (ut cõſtanter aſſerunt) in illo iure ſciam ſibi cõparare poterit. Horũ ego dicta nec aſpernari debeo, grauiun ſ. & doctorum virorum, nec tñ illis quaſi re tm̃ cos iudicata acqeſcere qđ inſtituti noſtri rõnẽ nou ſatis adhuc hi mihi ppendiſſe videant̃, rñdebo autem, ſi primũ illud præfatus fuero, ita videlicet, ferre naturam rerum, ut nihil ſit tã rectũ nihil tãta rõne in uſũ, vſumq; hominum inductũ, cuius nouitas nõ ſit aliquib. ingrata, nec inculcatas vias facile mutari poſſe, atq; hæc ęq; ardua reputari, vetuſtis gratiam dare, & nobis auctoritatem. Docendum igitur nobis nunc eſt, cum quidẽ, quo de agimus

Cur Romani Pontifices nõ cõſcripſerint.

Inſtitutiones iuris canonici.

Innocẽt. quid uideatur ſẽſiſſe ſ. hac re.

Hoſtiẽſis Sũma uidetur facere ſuper ſiuas inſtitutiones iuris Canonici.

Digitized by Google

mus, Inſtitutionum librum nullo periculo,non tã nullo negotio, etiam quaſi Pontifice actore,potuiſſe conſcribi:quod poſtquam euicerimus,tum demum ẽt debere ob eã,q̃ inde ſtudioſi conſecuturi ſunt vtilitatem oſtendemus. Ac primum quidem nullos præterit eſſe in vnaquaque facultate certos conſcriptos libros quib. auctores alieni commodi ac profectus amatores, prima quædã cuiuſque ſcientiæ rudimenta cõplexi,ad cætera magis ardua gradum fecerunt, & viam a carceribus ad vltimam vſque metam certo ordine ſtatuerũt,cũ ad ſumma perueniri, niſi ex principiis, non poſſit.Nam vt corporum,ita etiam animorum,atque ingeniorum quædam eſt infantia,in qua cõſtituti,ſolidiora,& crudiora,nec mandere,nec concoquere poſſunt. Vnde bonarum artium doctores,qui ſe ingeniorum altores eſſe voluerunt, nõnullos libellos quaſi lac, & molliores quoſdam cibos conſcripſerunt,quib.cognitis ingenia veluti adulta etiam duriora deuorare,ac digerere valeant. Eius rei multa quidem ad manus nobis ſunt exẽpla, ſed vt de aliis taceamus, maiores noſtri Inſtitutiones Iuris Ciuilis quaſi uix quiſquam ſine his aliquid in legitima prudentia proficere valeat,magno in honore ſemper habuerunt, & varia interpretatione, ac Cõmentarijs exornatas, & locupletatas ad nos tranſmiſerunt, huiuſmodi aliquid & in hac Iuris Canonici facultate,cur excogitari, & conſcribi non poſſit,ac debeat,ego non uideo; niſi forte quis cũ his ſentiat,qui Iuſtiniani factũ improbare nõ deſinunt. Mihi quidẽ Ius ipsũ Pontificiũ diligenter aliquando intuenti, præſtantiſſimę materiæ,ſed nondũ ad certã ædificij formã conſtructæ,ac cõpoſitę,vel(ſi mauis)ædificio quidem ianuis tñ atq; omni aditu carenti perſimile uideri ſolet. Nam ſi quis,q̃ ſint eius iuris initia, quo, e libro eius prima elementa concludentur, interroget, nemo facile reſpondere poſſit. At (inquis) hoc ideo contingit,quod ea res facile explicari poterit pp immenſum quendam,tũ laborẽ,& difficultatem,tũ vero etiam periculi; metum das tu quidem:ergo fieri hoc potuiſſe,vel ẽt nunc poſſe: ſed, quod id aliquando ante pfectũ non fuerit,in cauſa laborem,& immodicam difficultatẽ,ac periculi formidinẽ fuiſſe aſſeris. Quid ergo? ſi ſint q cum laborem vel iuſſi vel ſponte ſubierunt, & difficultatẽ ſuperarint? erit plane qd illis habeas gratiam. Erit quidem(inquies) ſed uix in animum poſſum inducere eius eruditionis, ac iudicii uiros hodie reperiri poſſe, quibus id oneris ſatis tuto credi poſſe exiſtimem,hic tu mihi naturam iniuſte nimis accuſare uideris,quaſi non eadem, earundemque virium illa non ſit, q̃ olim fuerit, aut tempeſtate hac noſtra tamquam effœta,& debilis, uires in anguſtum cõtraxerit? Nam ſi eadem naturę uis,quæ olim fuerit, idem vigor manet plantis, pecoribus, ac cæteris brutis,quæ(malum)iniuria eſt vnis hominibus eandem mentis uim, eaſdem iudicii,& ingenii vires,quæ paulo antiquioribus fuerit adimere? niſi forte ſimiles illis ſumus, quib.ſuperior annus ſemper fertilior videri ſolet. At ſi ueterũ amantius nec ipſi nos,ac bona noſtra nimis contemnimus,contrarium vero proprius eſſe,& rõne & certis rerum argumentis ſtatuendum erat. Si quidem cũ eadem ſemper generi humano ingenita ſolertia, atq; idẽ inſitum ſemper mentis acumen fuiſſe inficiari non poſsimus,noſtræ tempeſtatis homines ad naturalem,ac perpetuam illã vim ingenii multam ẽt veterum monumentorum lectionem multa præteritarum rerum experimenta adiunxerunt:ita,vt mirum uideri non debeat,ſi recentiores a ueterib.accepta & excogitata ſæpe reddũt meliora, aut imitatione ueterũ ipſi quoq; quædã noua inueniant,cũ huic noſtrę docendæ ætati cęteræ elaboraſſe videri poſsint;nec temere a noſtris Iure conſultis illa uſurpari credendum eſt,omne ſcilicet artificiũ incremẽtũ recipere,& quanto quiq.ſint iuniores,tanto eſſe etiam perſpicaciores. Quod quidẽ, vt de aliis taceam,noſtra ſæ,ne,& parẽtum noſtrorum tempora ſatis planum faciunt quib.nõ modo bonæ,ac liberales artes antiquo nitori reſtitutæ ſunt, verũ ẽt quædã comperta,vel a veteribus nõ excogitata,nec cognita, vel etiam antea fabuloſa credita. Quis umquam apud antiquos librorũ formas excudendorum rationem nouit? Quis antiquorum æneas fiſtulas conflatas ad pilas ferreas iaciendas aſpexit? Quis Antipodas adiit? aut quis potius non hæc antequam fierent factu impoſsibilia credidiſſet? aut anilib.fabulis nõ adnumeraſſet? at cũcta hæc vel noſtra, vel Patrum memoria facta cognouimus: nõ dabimus ergo recentiorum ingeniis, vt exiguũ libellũ

atque

Côuenit in omni facultate eſſe libros cõtinẽtes principia artis.

Etiam ingeniorum eſt quedã infantia.

Ius canonici un cõparari poteſt ædificio, ſed ianua atque aditu carenti.

Nullus certus liber centinet lemẽtaiuris ſca noni.

Eadem nunc eſt Naturę uis quæ olim fuit.

Superior annus uideri quibuſdã ſẽper ſolet fertilior.

Quãto iuniores tãto perſpicaciores.

Noſtrę ætatis in quo melior condino.

atque illum quidem ad alterius veteris imitationem, maximo præſertim aſpirante Principe, cõſcribere poſsint? cuius rei explicatio prę his, quæ nunc attigimus, mea quidem ſententia ludus æſtimari poterit. Et ſanè ſuperuacuus longior in ſtudiis foret labor, ſi nihil liceret melius inuenire præteritis, & quæ magna nunc ſunt, atq; admirabilia, tempus aliquod quo primũ efficerentur, habuerunt. At, inquis, poteſt quidem id fieri, ſed laborioſum eſt, difficile eſt, periculoſũ eſt: Bene iam nobiſcum agi incipit, fieri enim poſſe iã confiteris. At id erit magni laboris? noli tu nunc tam vehementer de labore alterius laborare, & quaſi ante tubam trepidare, nam q̃ pulchra ſint eadem & difficilia eſse oportet: erit qui laborem libẽter amplectatur, q̃ ſuperis bene iuuãtibus, difficultatem ſuperet quid ſi vnus nõ ſit par oneri ferendo, illi comes adiũgetur nec unus tantum, ſed, ſi res exigat, etiã plures: nec.n. vſque adeo eſt hæc ętas effeta, & Princeps prǽclaris, & eruditis viris ſic indiget, vt rem hanc aggredi vereatur, dũmodo nos in caſsum non laborare, & Trebonianos, Theophilos, & Dorotheos tempori bus quoque noſtris reperiri poſse cõfitearis. At adhuc urgebis, cum periculoſum, inquis, id ſit quod vel punctus, vel ſyllaba, ne dũ dicto, vel oratio ſecus poſita, quam deceat nos ducere poſset in graues errores; ea propter abſtinere ab hoc incepto ſatius ſit, quam temere nullius neceſſitatis impulſu periculo huic obiicere. Hic quidem ſatis prudenter illi nos monent, ne punctus, vel ſyllaba ſecus inopere ponatur, quam deceat. ne ſcilicet in magnos errores incidamus, proptereaque ad eam uitandam adhibebitur, vel adhibita eſt potius, quanto maior potuit diligentia, & ne quid accidat huiuſmodi, legetur opus, relegetur opus, expolietur opus, non ab uno tantum ſed pluribus, addetur aliquid, & expungetur, mutabitur, multorumque ſententiis, iterum, atque iterum auditis, & collatis, eorum ſequemur iudicium, qui prudentiſsimè, & doctiſsimè ſentire videbuntur, nec enim ſumus neſcii, nihil umquam humano ingenio elaboratum tam exactum initio fuiſse, quin multorum poſtea accedente iudicio perfectius reddi potuerit. Quidquid enim optimum reperitur, ante non fuit, & quæ uetera nunc ſunt, fuerunt olim noua. At quod fæliciter rem poſse cedere diffidis, etiam, ſi opus recoquatur, refingatur, & ſæpius incudi reddatur, & propterea abſtinendum ducis, hic ego te ad Iuſtinianum reuoco, cui ex immenſa illa ſilua Iuris Ciuilis, & infinita prope veterũ librorum mole ſuas Inſtitutiones elicere, fęliciſsime ceſsiſse multorum ſæculorum teſtimonio cõprobatur: quod ſi nos ab hac ſuſcipienda prouincia laboris, & periculi metus retrahere debet, iã & nauiũ vſus quaſi generi humano pernitioſus improbandus ſit: quippe quod nauigaturis, ab vndis omnibus horis præſentiſsimũ mortis periculum immineat: & quod (quamquã pretioſas merces aduecturi, & magnum quęſtum facturi videantur) facile tã fieri poſsit vt transfretantes obrutis, & illiſis nauibus medio mari mergantur. Agricolis campis ſemina mandare ne permitamus, qđ poſt totius anni exantlatos labores vredine euacuatũ germẽ ita corripi poſsit aut alia calamitate ſeges ita atteri, & quaſsari, ut nec ipſum quidẽ ſemẽ ager reddere valeat, quamquam de certo fructu, ac prouentu longe nobis eſt exploratius, quã aut nautis, aut agrorũ cultorib. nec.n. antea liber edẽdus eſt, quã bene maturuerit, & rebus ad unguẽ diſcuſsis, illum edi in rem eſse ſtudioſorũ luce meridiana clarius appareat. Sed quid ſi ẽt reb. nõ ita ad amuſsim perpenſis nullũ ſubeſse magnũ periculũ planum facimus? aut ſi ſubſit, nullo ferme negotio id poſſe vitari doceamus? Neq, ego aliquid nunc cogito, de illa a Cenſoribus noſtris prudẽtiſsime excogitata cautela, qua putat ex re eſse, ſi Põtifex ipſe deſertè teſtet, qđ harũ Inſtitutionũ editione iura noua inducere, aut vetera abrogare nulla rõne intendat. nam illud quidẽ adeo nobis plana, & expedita reddit omnia, adeo aduerſariorum obiecta contundit, vt nec Momo quidẽ nullum reprehẽdendi locum relinquat, verũ etiã ſi nulla huiuſmodi teſtatio, quam tamen ego obuiis uulnis amplector, adhibeatur. Principio nihil pcipue timẽdũ eſt in eo, qđ æquę uniuerſis accidere ſolet. Eſt autem perſpicuũ, non ſolũ ea, que paulo ſcripta ſunt grauius, verum etiam nullũ prorſus eſse genus ſcriptorum ita clarũ, & vndequaque abſolutũ, quum interdum vel ad dictum ambiguũ illuſtrandum, vel ad loca q̃ inuicem pugnantia videantur cõcilianda, vel ad fuſius q̃d explicandũ, benigna legentis, vel docentis interpretatione indigeat. At-

Non eſt trepidandum ante tubam.

Nihil perfectũ ab initio.

Laboris & periculi metus non dẽt nos ab honeſta prouincia te trahere.

Nullũ ſubeſſe in editione libri periculũ ẽt ſi diligẽtia fuerit remiſſior.

geat. Atque vt(quemadmodum ſolent boni poetæ)a Ioue ipſo exordiemur. Quis neſcit in ipſis ſacrarum litterarum oraculis diuino numine ſanctiſſimis viris inſpiratis nihil eſſe contrariũ,abſurdũ,nihil perperam poſitum, oĩa pia, oĩa veritati conſona,oĩa denique ab vno,eodemque Spiritu tum inſpirata:tum dictata? & tamen ſi quis Iudaice verbis tantummodo mordicus inhęrere velit, nec vllam prorſus interpretandi rationẽ admittat, multis erroribus cauſam tribuat neceſſe eſt,de quo utinã non tam multa nobis exempla noſtrorum tẽporum calamitas ſuppeditaret. notoria quidem ſunt hæc,q̃ vt exẽplis indigeant,nec iã adeo quis inſanus eſt, & à communi ſenſu Chriſtianorum tam abhorrens qui ſolum ipſum de multo tolli ſatius eſſe exiſtimare non debeat,q̃ illa ipſa alicuius perplexitatis, vel ambiguitatis obtẽtu ab omnibus non legi,non concoqui,in ſuccum,& ſanguinem verti; nimirum qđ quæcumque perplexa ſunt, vel ambigua ab eruditiſſimi, ac ſanctiſſimi viris explicentur, ac clara fiant. Iam vero ſi ad veterum Iuriſconſultorum monumenta, & Imperatorum reſcripta & ſanctiones,quib. intelligẽdis,enucleandis dies,ac noctes inuigilamus,animũ referimus;& ſi nihil in his contrariũ deprehendi poſſe Iuſtinianus cõſtanter auſus fuerit affirmare,tam multa tñ ſaltẽ ad ſpeciẽ, inuicẽ pugnantia comperiuntur,vt in eo potiſſimum noſtrates interpretes inſudare videantur, quemadmodum.ſ.ea, quæ ex diametro videntur aduerſa conciliari valeant,atque adeo interdũ in eo laborãt,vt quaſi cum monſtro quodam fruſtra diu luctati demũ dent manus.ſeque victos cõfiteri minime pudeat:ſed vt ſaltẽ quoquo modo ſeſe ab inextricabilib. perplexitatib. eximant,& legiſlatoribus ſuis honorẽ ſeruent, aut vnũ reſponſum ſecundũ alterius legis ſententiã accipiendũ aſſerunt,aut hoc quidem inſpecta diſpoſitione Iuris antiqui,illud vero recentioris,obtinere affirmant, aut hoc ſtricte,illud large accipi debere contẽdunt:nunc ẽt facti ſpeciẽ inter ſe diuerſam,contra verba contextus comminiſcuntur, & vno quidẽ caſu hoc,alio uero illud procedere affirmant. Quid plura non ſatis quidẽ illi acutè,ſed proculdubio ui quadam,& neceſſitate compulſi, & adacti,vel quid minus rectè dictum erudiẽdorum iuuenũ gratia cõtendunt,quaſi uero docendi gratia errare,vel pugnantia loqui liceat,vel difficultatib. ſuccũbẽtes nos ad Appollineos Tripodas reiiciunt. Cogitarã hic pauca huius rei exẽpla ſubnectere,ſed hæc minus ẽt,quã mediocriter in iure Ciuili verſaris cognita ſunt, & penitus perſpecta,obtinerunt tã,& obtinent Digeſtorum libri Imperatorumque Conſtitutiones, & Inſtitutiones Iuſtiniani nomine conſcriptæ vim legum, nec ꝓpterea abiiciuntur qđ plurima in his ualde ambigua multa, quę videntur contraria,nonnulla inextricabilia deprehenduntur,nimirum quod velut Vrſæ informes,& recenternatos catellos ſuos lambendo ad elegãtiorem formam redigunt:ita interpretationis munere id conſequimur,vt quæ ab Auctorib. ſcripta videntur durius,& perplexius, interpretando quaſi admota leniter manu ad molliorem tactum, & ad quandam rerum planiciem traducamus. Non permittam hic orationem noſtram ambitioſius vagari,vt idem accidere & in philoſophorum,Medicorum,poetarum,& oĩum ꝓpe Scriptorum libris planum facere velim,cum & res multis nõ indigeat,& ſatis nobis ſit, ſi nos intra ꝓpria caſtra,ac domeſticos cancellos contineamus, illud non dubitãter auſim affirmare,ne quotidianum quidem ac familiarem amicorum inter ſe ſermonẽ poſſe ſubſiſtere,ſi ita verbis inhæreas,vt nullam prorſus interpretationem admittere velis.

[Margin: ...ptatione interdum indigent. Sacra ſcriptura indiget interpretatione.]

[Margin: Vix poſſet ius ciuile ſubſiſtere ſine interpretatione. Quib9 modis interpretes iuris ſe a perplexitatib. cenſentur eximere.]

[Margin: De hoc in Epi Ferdinãdi Farneſii ad Flauium Vrſinum in operis limine.]

M. *No tu* (inquit Comicus) *iſtis hodie malo tuo compoſitis mendacijs*
Huc aduenisti audaciæ columen conſutis dolis.
S. I*mmo equidem tunicis conſutis huc aduenio non dolis.*
M. A*t mentiris etiam certo pedibus non tunicis uenis.*

[Margin: Quid præſtet interpretatio]

His captionibus ſi nihil interpretationi demus,non modo Comicorum ſcena, verum & iam grauiſſimorum quorumuis auctorum ſcripta ſunt obnoxia: ſic qui in clericũ violentas manus intulerat non incidiſſe in pænam Canonis,Si quis ſuadẽte diabolo,cõtẽdebat,quod ſua ſponte verberaſſet,non diabolo ſuadente, ſic qui per annũ non communicauerat,pęnis capituli,omnis vtriuſque ſexus,nõ teneri,quod illud de hermaphrodito tantum loquatur, ſed,inquit Paulus,nõ oportet iuris verba captari, ſed qua mente quid dicatur animaduertere.

Cauen-

Cauendum igitur erit ſummopere, & quãtum humana põt præſtare induſtria, & ſolertia, vitãdum, ne quid in iſta noua Inſtitutionũ Iuris Canonici editione ſit ambiguum, perplexum, contrarium, & nos id ſtudioſe cauimus. Sed poſtq̃ his erit diligentia, & cura adhibita, ſi quid minus peſpicue dictum exciderit, aut q̃ perplexitatem præſe ferat, nihil adeo peruerſe ſcriptum deprehẽdetur, quin interpretationis bñficio quaſi manu medica adhibita ad ſanum intellectum retrahi, ac tra duci poſſit: qđ utiq; futurum eſſet, ẽt ſi diligentia adhibita fuiſſet paulo remiſſior, qđ quidem relectione voluminum vtriuſq. iuris facile intelligere poſſumus, quibus colligendis, ac diſponendis, q̃ nõ magnum adhibitum fuerit ſtudium noſtro incommodo quotidie experimur. Cur tantum formidamus, ne huic noſtro cęterorum etiam librorũ ſubeunda ſit fortuna? ſcripſerunt antiqui Pontifices libros ſuos atq. legis vim obtinere voluerũt, eoſq. hodie amplectimur, & exoſculamur, in quib. tñ plurima ſunt obſcura, nonnulla vero ita inuicẽ ẽt in eo dem libro, & ſub eode titulo pugnantia videntur ut maximum conciliare volentibus negotium faciant. Poſſem ego hic ſexcẽta hmõi afferre exempla, ſed profecto clarior eſt res, q̃ vt exẽplis illuſtrã da ſit. Nec hoc a me eo dr̃, quaſi imitandum iſtud putem, quod vtique tamquam ſcopulum ſemper magno mihi ſtudio, ac labore vitandum cenſui, ſed, ut aliqñ ipſis rerum experimentis, ac certiſsimis exẽplis iſti intelligant, nullũ magnum formidãdum, & extimeſcendum eſſe in hac editione periculum.

In libris iuris, canonici multa sũt quæ videtur pugnare, & que non facile cõciliãtur

Alii tñ, nec illi quidem (vt ſibi videntur) inepti, ita ad huc argumentantur. Aut quæ in Decretalium libris comperiuntur, nullis omnino mutatis verbis in tuum librum tranſtuliſti, & tunc cũ ſint illa ipſa pænitus, q̃ alibi ab ipſis Pontificibus ſcripta reperiuntur, ẽt nullius nouę approbationis interuentu, vbi legantur, eandem ſemper retinebant auctoritatem. Aut non quidem ad verbum trãſtuliſti, ſed pro ingenio, & iudicio tuo illa tibi finxiſti, & tunc Põtificis interenire approbationem eſt valde periculoſum. Video, quid iſti moliantur, & quã mecũ aſtute, ac callidẽ agant ſenſio, nempe, vt nos oĩ penitus laude ſpolient: ita enim putant, ſi fateatur is ſe in ſuum librum ad verbum ex aliis Iuri Pontificii libris omnia tranſtuliſſe, non tã Auctoris operis noui ſibi nomen vendicare poterit, q̃ ſimplicis librarii nobis miniſterium ſete præſtitiſse cõſitebitur. Sin ſe pleraq. pro ſuo ingenio innouaſſe aſſeuerit, eum metu imminẽtis periculi, de ſuo illum inſtituto deiiciemus, atque ita noſtrę cauſæ arcẽ inuaſiſse exiſtimant, ut ſe uel ſuſpendio vitam finire uelle magno clamore iactent, ſi qñ me uoti compotem fieri contingat: quem, qui ſim, ſatis, iam) ut iſti prædicant (omnes norint. His obiectis facile me poſſe reſpondere non dubito, q̃ anteq̃ faciam, paucis mihi lautus iſte uir eſt admonendus, & compellendus. Si neſcis (bone uir) cum ita excandeſcis, cum ſic ſtomacharis, cum me obliq. in angulos perſtringis, cum laqueum te meditari uociferaris, ſi Pontifex approbet, atq. alia uiro graui indigna euomis, auctoritatem tuam, quę ſola tibi ſupereſt, ad euertenda conſilia noſtra, apud eos, qui te ſolũ in cute norunt, multum imminui, atque arma ipſa, quæ aduerſus nos non ceſſas intorquere ipſemet infringis, oportuit te ſedatiore aĩo hanc cãm attingere, noſque, & Inſtitutiones noſtras ad ſpeciem interdũ ornare tuo teſtimonio ac laudare, atque ita fouere, vt cum boni uiri exiſtimationem, atq. intercedentis inter nos amicitiæ opinionem tibi comparãſſes, tum me facilius quaſi per cuniculos oppugnare, & dum altera manu ſcaberes altera ferire poſſes, nec alicui alieni a nobis animi ſuſpitionem ingerere antea oportuit: nullæ. n. grauiores ſunt inſidiæ, quam quę in ſimulatione neceſſitudinis, & beneuolentię deliteſcunt, quod, vt facias, ego te aliqñ conatum intellexi, ſed uſque adeo in viſcerib. tuis venenum ebullit, ut illud intra ſtomachi clauſtra continere, & comprimere non ſemper poſſis, ſed vel te inuito, interdum erumpit ardentius.

Inſidię illę sũt graues q̃ in ſimulatione neceſſitudinis deliteſcunt.

Quod, vero (ut aſſeris) qui ſim, norint omnes. Non ſatis mirari poſsũ quomodo id paſsim prædices, qui me non multis ante mẽſib. ipſe noueris, immo nec nunc quidem forte bene cognitum hẽas, ſed me quidem huius rei, ſi ita ſit minime piget; certe pauci omnino ſunt, qui ſicut ego, & alii quidã bene norint, & plane nõ tu talis es, quid in hac nr̃a mediocritate deſpicere poſsis. Num meminiſti cum primum Romam appuliſſem, neque me de facie ante noſses, quanto ſtudio mecum inire amicitiã quæſieris, quoties me inuiſeris, quoties domũ tuã, quo ſi vete-

rem amicum perduxeris? quantis laudibus ingenium, iudicium, atque opus meũ extulerit, quã ſæpe Pontificem ipſum magna mihi eo nomine debiturũ prædicare ſoleres, quam ſępe & Pontificis ipſius cunctationem, & vicem meam dolere te diceres, q̃ omnia tunc ego non ſubdolo, ſed humaniſſimo, & candidiſſimo animo dici, & fieri abs te credebam: nec adagii memineram, intempeſtiuam, ſcilicet beneuolentiã ſimultatis loco habendam. Itaque nihil non egi, vt quod unum te ſpectaſſe, & ambiſſe nõ multo poſt comperi inter Cenſores meos, quos tu illico forte auro ocerandos credideras ab ipſo Pontifice legereris. At poſtquam hi, quib. melius, q̃ tunc mihi cognitus eſſes, optimo iudicio, ualde ambientem repulerunt. vix dici poteſt q̃ mihi repente fueris immutatus, q̃ ab illa tua ſimulata humanitate, atq; animi candore receſſeris tibi hõ, paulo ante plane cũ Tribonianis, ac Dorotheis cõferendus, ſtatim nullius eruditionis, ac iudicii viſus fuerim, q̃ demum mihi iniquus factus, & omnibus cœptis non modo aduerſatus fueris. Demũ quid te cogitari poteſt leuius, & incõſtantius q̃ non modo aduerſus ea, q̃ ſæpe dixeris, verum etiam contra illa ipſa, quæ proprio chirographo aliquando confirmaſti, tam imprudenter, atque impudenter corã ampliſſimis uiris de me ac meis ſcriptis obloquutus fueris? num meminiſti, cum librũ, quẽ tibi legendũ tradideram, repoſcerẽ, & tu me ſic extolleres, vt Tribonianis ipſis parẽ facere nõ dubitares, periiſſe me ex te, vt illius tuę ſententiæ ſcripto fidẽ faceres num eorũ, q̃ ſcripſeris penitus es oblitus? vel me adeo ſupinũ arbitraris, vt ea, q̃ ad exiſtimationem meã valde pertinent, tui ſimilis factus prorſus negligã? falleris amice, falleris. Nam veluti eo tẽpore, quo iam mihi in aliq̃ tergiuerſationis ſuſpitionem ueneras, p̃priũ a te chirographum extorſi, ratus, ita me poſſe penitus coercere per cacitatẽ illa tuam, q̃ quaſi tempeſtatem quãdam (velut ex longinquo) iam tum mihi uidebar intueri, ita illud ipſum, ut impudentiſſimam garrulitatem tuam, ſaltem quo quomodo reprimam, diligentiſsime aſſero, & cum opus eſt proferre ſoleo, ut miretur iã nemo, ſi mihi tam inique detrahere conaris, qui nec ipſum tibi parcere noueris: & aliud ſtans aliud ſedens dicere aſſueueris atq. chirographum illũ tuum cõmentario huic noſtro interuiſſem, niſi ab illaudato viro laudari turpiſsimum duxiſſem. Qui ſim (inquis) oẽs iam bene norunt: ac norint quidẽ oẽs, ecquem me tandem norunt? ecqua labe inquinatum? ecquo ſcelere, vel turpi nota commaculatũ? norint omnes (inq̃) me, nec enim recuſo, nam & in patria nunc celeberrimi nominis viri, & qui aliquando in Aula maiori q̃, tu, q̃ in ea contenuiſti, in pretio fuerunt, & nunc ſunt, me collegam nec dedignantur, neque aſpernantur, & ibidem probati quique conſuetudinem noſtram appetũt; & Romæ illuſtriũ virorũ patrocinijs nõ deſtituimur, &, quod forte ſ[?]cis apud Maximum Principem maximis nos laudibus maximi uiri ornarunt. Sed tu nec ẽt ipſis parcis, & fœdo illo tuo atq; incõdito ſermone grauiſsimorum, & doctiſsimorũ virorum laudes ita conſpurcas, vt has ego obtrectationes, ac teterrimã illã tuã verborum colluuiem æquiore animo iã ferã, cũ mihi ſocios, tantos ſcilicet viros adiungis, vnde nihil impedio, quin more ignauorum canũ, q̃ nõ pro ueritate, ſed pro conſuetudine latrant, quantumuis garrias. Sed reuertor iã ad cauſam noſtrã, & præclarã argumentationẽ tuã, neque committam, vt diuerticulũ, ne reſponderem quæſiſſe, & (quod dicitur) nimirum altercando ueritatẽ perdere uoluiſſe uideri poſſim. Vnum illud addo, qd̃ te ſuſpendere uelle iactas, ſi quaſi Pontifice auctore liber exeat, p me quidẽ, & ſi non exeat, id facias, licet: immo te, ac tui ſimilib. aduerſantib. non exiturum facile coniicere poſſum, nõ qd̃ magnam omnino tibi ineſſe auctoritatem uideam, ſed quibus in demoliendo plus vnum, q̃ in conſtruendo plures ualere intelligam, ſed tu, ſi cuius alterius ſceleris conſcientia, quaſi furiis ad laqueũ urgeris, ã uſper obſecro ſubſiſte; ac ſuſtine, donec ad præclarã illã tuam argumẽtationem breuiſſime reſpondero. Breuiſſime (inquã) tũ quod prior parti cũ de imminenti periculo cũ populo ipſo nos admones ſæpius ſupra, ac varie a nobis reſponſum eſt, tum q̃d anterior pars egregiæ iſtius tuæ complexionis tantũ abeſt, vt contra nos faciat, vt illam ipsã maxime noſtram cauſã adiuuare cõtẽdamus. Quero (inquis) quomodo egeris; & an ad uerbũ in librũ tuũ Canones ipſos intexueris? quomodo me geſſerim alias ſupra ſatis dilucide explicaui, vñ nũc non repeto, cũ p̃ſertim tibi ſatis id inexploratũ putem,

Plus un' põt in deſtruẽdo q̃ multi in conſtruẽdo.

tem,

tem,nam & pluribus diebus perlegendi operis tibi poteſtatem feci, & ex me ipſo de tota rõne inſtituti noſtri ſæpius cognouiſti, quinimmo quidam nec illi quidẽ aſpernandi ex noſtro Codice, dum illum apud te eſſe paterer, exemplũ clanculũ ſumpſiſſe, atq. illud aſſeruare te domi diligẽter auſi mihi fuerunt affirmare, Sed fac me ad uerbum tranſtuliſſe. Quid preterea? Ergo (inquis) nulla noua neceſſaria eſt Principis approbatio. Præclara mehercule illatio, & hoĩe valde dialectico plane digniſſima: ſed finge, me concedere nullam neceſſariam eſſe Principis cõprobationẽ, quod tñ falſiſſimum eſſe proxime docebimus, non ꝓ ꝑea ẽt euincis, approbationem Principis nulla rõne interuenire oportere: multa ſi quidem comperiuntur, q̃ quidem, vt neceſſaria non ſint, quia tñ vel decora ſunt, vel vtilia, non ſolum recipimus, verum etiam magno ſtudio vndiq. conquirimus, qđ ſatis liquido apparet, dum veſtes nobis curamus dum ædificamus, dum agrum colimus. Nec.n. omnia ad ſolam neceſſitatem referimus, ſed multa vtilitatis, nonnulla ſolius ẽt decoris, ac pulchritudinis gratia facimus, imitamurq. in hoc naturam ipſam, q̃ licet nihil agere fruſtra credatur, q̃ ſdam tñ oſtentat in herbis, florib. in plantis, frõdib. atq. terreſtrium aĩalium pellibus, in pennis auium ſolius decoris, ac pulchritudinis cauſa a ſe confecta: nec tu (puto) inficiaberis, tum magnum operi decus acceſſurum (q̃q̃ hoc minime oĩum cupis) tum Pontifici illo glorioſum futurũ quo quaſi auctore iuris Canonici Inſtitutiones in lucem ſint ꝓdituræ cum inter egregia ſe geſta maximus Imperator repoſuerit, quod ſe auctore, Iuris Cæſarei Inſtitutiones exiſtent, niſi forte tu, vt mihi ita & Põtifici ipſi inuideas, nec quemquam præter quam te aliquam gloriæ particulam aſſequi, ęquo animo pati poſſis, ſed, puto dabis decorum hoc futurum ſupremo Pontifici, ſaltem, vt illius amans, & ſtudioſus uidearis; ergo, vt hoc neceſſarium quidem non ſit, gloria tamen Principis, atque operis ipſius decus ſatis eſt cauſæ vt quaſi illo auctore liber in publicum exeat; huc accedat profectus ſtudioſorum, ac vtilitas, qui longe alacrius, & impenſius, huic perdiſcendo, & enucleando operi inuigilabunt, ſi quaſi de manu Pontificis, quam ſi ab homine priuato ſint recepturi: quippe qđ ita natura comparatum eſt, vt munera ipſa non magis interdum materiam, q̃ auctores ipſi grata nobis, ac prætioſa faciant, vt non immerito Iuſtinianus ipſe non ſemel inuentuti a ſe docendæ gratuletur, quod tanto honore digni tyrones habiti fuerint, ac tanta felicitate affecti, vt prima legum rudimenta ab Imperiali (vt ille inquit) ſplendore, ac uoce principali accipere debeant. Accedit qđ cum iuris Pontificii facultas ius ipſum Ciuile quaſi emuleẽ, iniuriam qđamodo illi facimus, ſi quẽadmodum iuri Ciuili cõtingit Iuri ẽt Canonico, quaſi Principe auctore ſua principia nõ cõcedimus? præſertim qđ illo ſuadente in libros collecta, illo iubente recognita, ac reuiſa ſunt, ac non niſi illo permittente ſint edẽda. Vides ne igitẽ ẽt ſi ipſorum Canonum verbis ad amuſſim uſum eſſe me tibi conceſſero, multas tñ eſſe cauſas, que q̃q̃ neceſſitas (vt vis) non urgeat, quaſi Pontifice auctore liber exire debeat, ſuadere poſſint. Sed in præſenti nihil nos adiuuet, qđ Pontificis approbatio operi magnum decus adderet, nullum habeat momentum, quod ea res futura eſt approbanti Pontifici gloriola: Nec attendamus, q̃ ſit lecturis vtilitatẽ allatura, nec indecens habeatur, quod Iuris quidẽ Ciuilis elementa, quaſi Imperatore magiſtro diſcimus, ac Iuris Canonici a priuato accipiamus, oĩa hæc nec aſſis faciamus, nec aliquo modo ad rẽ pertinere confitemur. At qđ tandem dices, quo tandẽ cõfugies ſi ut tibi dederim me a Canonum verbis ne latũ quidem vnguẽ receſſiſſe, tunc tñ maxime hmõi neceſſariã eſſe approbationem extorſero? ſi tu te id ſponte tua cõfitebéris? ñde ſodes, vir acutiſſime,! & q. iã anceps Dilẽma ex quodã ꝓfundo Dialecticæ artis expiſcatus es, quo quaſi cornub. quibuſdam ita poſſe nos impetere tibi perſuaſeras, vt nuſq̃ poſſe nos effugiũ aliquod reperire credideris? reſpõde (ir q̃ ſodes) cuiuſnam auctoritate muniuntur Iura ipſa, que in gratiã tuã fateor nunc me ad illũ meo libro intexuiſſe? Romani (inqs) Põtificis, tum ꝑterea dicas, obſecro, eadẽ illa, cuius loquẽtis ꝑſonã nobis exhibent, atq. exprimunt, & pariter nõ negabis, qđ Romani Põtificis. ſi ergo ad verbum tranſlata ſint in noſtras Inſtitutiones, nonne, & ibi Pontificem loquentem intueri neceſſe erit? & hoc quoque negare non poteris. Quid ergo? non putas tunc neceſſariam Pontificis approbationem? quaſi mihi homini priuato in priuato opere liceat ſine ſcelere, ac falſi crimine Pontificis induere perſonam; Quid tu ad hæc? quo pacto elaberis

Multa, quæ non ſunt neceſſaria, ſiunt cauſã utilitatis ac decoris

Iuſtinianus de Inſtitutionibus ſuis gloriatur.

quomodo ab hoc laqueo te expedies, video q̃ ſubito, quam nullo negotio non dicam corruerit tota illa machina, q̃ ad quatiendam caſtitatem noſtram parraueras, ſed in te ipſum retorta fuerit? vident, vt tuo te gladio confoderim, videtq; parum ſis in diſputando acutus? Quid dicam? videre non potuiſſe te, quod uel pueros latere non potuit? an potius vidiſſe te quidem, ſed facile noſtris atque aliorum oculis tenebras offundi poſſe exiſtimaſſe? ſed neutrum horum ſtatuam, nam nec tibi mediocris ingenij ac iudicii laudem inuideo, neq. itidem te de nobis tam praue ſentire audio; vt huiuſmodi nugas facile nos imbibere poſſe exiſtimes. Sed profecto ita natura cõparatum atque vſu compertum eſt, vt cum primum mentem liuor occupat, animus quaſi cæca caligine inuolutus, nihil rectum cernere valeat, vnde multos alioquin oculatiſſimos viros, impugnandi ſtudio in fœdiſſimos errores fuiſſe delapſos legimus. Sinamus igitur hos pro ſua libidine blaterare, proſequamurque illorum obiecta confutare, qui, vt multo quam hi nobiſcum agunt modeſtius, & nobis modeſtius excipientur. Aiunt, ſi huiuſmodi Iuris Canonici Inſtitutiones conſcribi, aut neceſſitas cogeret, aut ſuaderet vtilitas, uel res aliqua ratione ſine magno periculo tranſigi potuiſſet, vtique futurum fuiſſe, vt alii Romani Pontifices eas conſcribendas iam pridem nobis curare debuerint, neque exiſtimandum hanc paratæ ſibi laudis materiam poſteris illos fuiſſe relicturos. Ego uero, quid illi curauerint, vel non curauerint, non multum ad rem pertinet arbitror. Primum enim nimis iniquo loco recentiores conſtituimus, ſi eiſdem omnem inueniendi rationem præreptam ſtatuimus, quod falſiſſimum eſſe ſupra demonſtrauimus, cum rerum ipſarum parens & repertor tempus, non omnia ſimul perficiat, ſed ſub variis temporum ſpatiis, & diſtinctis annorum interuallis: & ex vnius perfectione alterius quoque rei trahat, & deducat inuentionem. Et (vt prudentiſſime in Ethicis docet Ariſtoteles) omnes præclaræ artes ab exiguis principiis profectæ ſunt, atque inde ad magnum decus peruenerunt. Sed per me cogitarint quidem, & alii Pontifices, non tamen continuo eiuncis eos difficultate preterritos huic rei manum non admouiſſe, id enim fieri potuit, quod hi ad alia negotia animum vehementius appulerint. Illi non diu ſuperſtites fuerint. Sed demus alios Pontifices omnino vacuos fuiſſe, diu ſuperuixiſſe: demus de componendo huiuſmodi opere cogitaſſe: demus difficile id immo impoſſibile reputaſſe, & ideo abſtinuiſſe, & ſi quid quærunt amplius, num propterea nobis quaſi lex quædam dicta eſt, vt non idem poſſimus & non excogitare, & tamen aliter, atque ipſi opinari demum rem ab ipſis deſparatam aggredi ac tentare? Nonne ſæpe fit, vt quædam nobis non poſſint, magis ex ſententia cadere, quæ iã non tam conficiendi, & abſoluendi ſpe magna ducti, quam libidine tẽtandi aggredimur? Quin immo inquit Comicus

Impugnãdi ſtudiũ anſã tribuit erroribus.

Non oĩs inueniẽdi rõ eſt recẽtioribus præcepta.

Licet nobis a ueterib. diſſentire.

Et deſperata, cadũt interdũ ex ſententia.

Imprudens itidem & ſæpe iam multis locis
Plus inſciens quis fecit, quam prudens boni.

Et idem rurſus.

Inſperata accidunt magis ſæpe quam quæ ſperes.

Quis ſcit igitur quin aliquo amico numine, fauente, vel cauſa, poſſint recẽtiores feliciter id abſoluere, de quo veteres deſperarint? Dij n. (vt eſt in adagio) facientes adiuinãt, & oĩa uendunt laborib. Quanq̃ alia ratio diligentius id cogitãti ſolet interdũ occurrere, quamobrem illi nullas in Iure Canonico Inſtitutiones cõſcripſerint, nẽpe quod veteres circa quædam Iuris quaſi cunabula ad Pontificatum euecti ad firmandum, cõſtituendumque Ius ipſum Canonicum, quod tum videbatur adoleſcere aiũ incederent, nec potuerint Ius ipſum vel nullum omnino, vel certe rude adhuc & vix inchoatum ad rectam methodum redigere, quod ſatis liquido apparere poteſt, ſi quis ad tempora Gregorii noni, Bonifacii octaui, & Clementis quinti, aiũ, & memoriã reuocet, qui quidẽ haud ita multis ſæculis ſuos libros promulgauerunt, q̃ nouiſſime Iuri Canonico certam quandam formam & corpus, quod hodie retinemus, cõſtituerunt Inſtitutiones, itaq. tunc tpis quaſi deficiente materia conſcribere minime potuerunt ſacroſancti illi Patres, qđ in ipſis fuit, ſatis luculenter præſtiterũt, nẽpe vt ius ipſum fundarent, & conſtituerent. Nunc cũ ipſe materia abunde ſuppeditet, accipienda eſt, atq; ex ea quaſi de rudi prope marmore effigies ducenda. Nec ego propterea Põtificum illorũ libros male digeſtos eſſe cõtendo, ſed ad id, qđ molimur, nullũ

Rõ probabilis cur veteres Põtifices in iure Canonico Inſtitutiones nõ cõſcripſerũt

aut

Digitized by Google

aut certe perexiguum vſum præbere: nec n. illius fuit propoſitum, vt nos iura ueterũ docerent, aut rudes aliquos inſtituerent, ſed tñ vt quæ uel in vniuerſum ſtatuerunt vel antiquorum Imperatorum inſtar conſulentib. rñderunt. Iuſtitiæ, & diuinæ legi conſona eſſent, in eo ãt nulla neceſſaria erat Methodus, aut docendi rõ, ſed diuinæ tñ Legis peritia, & eorum, quæ antea conſtituta eſſent, ſciẽtia. Atque cum interdum factum illorum cum noſtro comparo, illud intereſſe mihi propè uideri ſolet, quod in ter marmorum, ac lignorum maceriem, optimam quidẽ illã, & ad ædificandum lon ge præſtantiſſimã, ſed diſſolutam, ac male congeſtam, atq. ex eadem materia fabre fa ctam domum nam marmora, & ligna eadem ſunt illa quidem, ſed vſum lõge diuersũ nobis præbent artificis manu certa rõne compoſita, & tenaciſſime inter ſe compacta, q̃ diſiecta, ac in varias partes diſſipata, vel ad inhabitandum nõ ſatis cõmo illa cõmo de conſtructa. Veluti ergo cõmode inhabitare uolentib. non ſatis eſt ſaxa, atq. materiam, & cętera ædificanti vtilia congerere, niſi diſponendis eis, collocãdiſq. artificiũ manus adhibeantur, ſic non ſatis eſt facultatẽ quamlibet abundare rerum copia, cumu lum tñ habere, niſi illas certa diſponendi ratio in ordinem digeſtas, atq. inter ſe con iunctas deuinxerit: eodem accedat oportet uia, atq. ea cum ad ingrediendum, tum ad demonſtrãdum incipientib. expedita, neque propterea iſta comparatione antiquis il lis Patrib. aliquid nos detractum velle quiſquã exiſtimet; nihil. n. mirum, ſi id illi nõ præſtiterunt, qđ vel deficiente ipſa materia, uel alia quacunque cã ſuadente, ne tentarunt quidem, minimum illud eſt, quod nobis vendicamus, atque hmõi, ut ſi eò ueteres aium appellere valuiſſent, vel uoluiſſent, elegantius forte, quã nos id ipſos præſtare potuiſſe non negemus, non eſt, nonnullã forte laudem non inepte dño diſponendi ac rudiorib. expeditiore quadam & compendioſiore uia tradendi ea ipſa, a ueterib. non modo præclare cogitata, atq. diuinitus inuenta, uerum ẽt ad conſtituendã Chriſtianam Remp. ſõlemniter ſancita, ac ſalubriter decreta fuerunt, uñ præter faciliorem quendam ordinem ad eas perdiſcendas, cætera oĩa ipſis relinquimus: atque mul to magis illos nobis, quã Cererẽ ipſam, quã frugum inuentricem Poetæ fabulanẽ, mo litori cuidam, uel piſtori præſtare exiſtimamus. Quod aũt de Innocentio dr̃, qui ſuis ſcriptis legis auctoritatem non eſt impartitus, nihil nos mouere debet, ſi quidem is nec cum ſcripſit, Pontifex erat, nec ſi fuiſſet quaſi Legiſlator ſcripſit, ſed quaſi purus inter pres, nec utique dubium eſſe dẽt, eundem, ſi collibitum eſſet, potuiſſe libris ſuis aucto ritatem Legis concedere, cum illius multas Decretales cæteris Canonibus admixtas habeamus: ſed credẽdum eſt eundem ideo abſtinuiſſe, quod multa noua ſuis libris inſeruit, quæ non ea, qua decet legem ferri diligentia expendiſſet. Cum multum interſit interpretemne quis ſe exhibeat, an Legiſlatorem, & ut cætera deſint, cer te non plus uetius nos mouere debet Innocentij auctoritas, qui omnib. a ſe ſcriptis uim legis non tribuit quam Gregorii, Bonifacii, Clementis. atque adeo ipſius etiã Innocentii, aliorumq. qui Ius ipſum Canonicum, quaſi a fundamentis erexerunt. His accedit, quod diuerſa prorſus eſt ratio noua ſcribendi, quod illi contigit, alia eorum quæ etiã non modo ſcripta, uerum ẽt ab omnib. recepta ſunt, ad certum ordinem ratio nemque re ligendi, quod nos molimur. Extorſimus itaq;, in harum Inſtitutionum editione periculum aliquod magnopere formidari non oportere, diſpiciamus nunc, an eæ neceſſariæ ſint, & quã allaturæ ſint legentib. utilitatem, & an oĩno prouinciam iſtam ſuſcipiendo, oleum, & opam luſerimus. Quamquam, q̃ de hoc inſtituitur diſputatio probabilior ſane fuiſſet, ſi quis opus nõdum aggreſſus eſſet, qt ã nunc, cum res in eo ſtatu ſit, vt ſuprema iam manu indigere uideatur. Quis. n. q̃rat, an neſſe ſit, quid tentari, quod ꝓpe abſolutum oſtendatur? conemur tñ etiam his (ſi poſſumus) ſatisfacere. Ac primum quidem, ſi librũ hunc nr̃am ita eſſe neceſſariũ, ut ſine eo nemo ſatis ꝓficere ualeat aſtruere coner, imprudentiſſimus ſim, quis. n. nõ nouit quotquot unq̃ in iſta nr̃a Iuris Canonici facultate floruerunt, neq. cogitaſſe q̃dem, nec. librum atti giſſe ſimilem? Sed quemadmodum ius ipſum Põtificium in oĩ uita profiteri uolentib. non oĩno illum neceſſarium minime diffitemur, ita cum oĩb. cõducere, tũ uero quoſ dã ſine eo nihil poſſe proficere, affirmare audeamus. Principio neminem latet, ut ꝓ xime diſſeruimus, quã deceat unãquãq; facultatem certũ habere librum, quo ipſius

Veteribus Põtificib. nõ iã docere propoſitum fuit q̃ ſtatuere.

Nihil detrahitur ueterib. Põtificib.

Innoc. plures decretales condidit

Innoc. cum oĩb. a ſe ſcriptis legis auctoritatẽ nõ dedit.

Diuerſa rõ eſt ſcribendi noua uel vetera ordinandi.

Prima

prima elementa concludantur, ac velut in artem redigantur, cuius rei, quamquã per ſe ipſa ſatis pateat, locupletem tamen teſtem apud M. Tullium habemus Marcũ Craſsũ Oia fere (inquit) quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa, & diſſipata quõdam, fuerunt vt in Muſicis numeri, & uoces, & modi, in Geometria lineamenta, formæ inter ualla, magnitudines, in Aſtrologia cæli conuerſio, ortus obitus motuſque ſiderum in Grammaticis Poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidã ſonus. In hac denique ipſa ratione dicendi excogitare, ornare, diſponere, meminiſſe, agere, ignota quondam omnibus, & diffuſa late videbantur, Adhibita eſt igitur ars quædam, extrinſecus ex alio genere quodam quod ſibi totum Philoſophi aſſumunt. Quæ rem diſſolutam, diuiſamque conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret. Sic ergo in Iure Ciuili finis hic legitimæ, atque vſitatæ in rebus. cauſiſque Ciuium æqualitatis conſeruatio, tum ſunt notanda genera, & ad certũ numerũ paucitatemque reuocanda Genus autem, id eſt, quod ſui ſimiles cõioue quadam, ſpecie autem differentes, duas, aut plures complectitur partes, partes uero ſunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant ſubiiciuntur: omniaque, quæ ſunt vel generum, vel partium nomina definitionibus, quam vim habeant, eſt exprimẽdum, Eſt enim definitio earum, quæ ſunt eius propriæ quam definire volumus breuis, & circumſcripta quædam explicatio: his ego rebus exempla adiungerem, niſi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar, quod propoſui breui ſi enim aut mihi facere licuerit; quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam, me impedito eccuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne Ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt, deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertia, tum propriam cuiuſque vim definitione declaret, perfectam artem Iuris ciuilis habebitis, magis magnam, atque vberem, q̃ difficilem, & obſcuram, atque interea tamen, dum hæc, quæ diſperſa ſint coguntur, vel paſſim licet carpentem, vel colligentem undique repleri illa iuris Ciuilis ſcientia. Hæc ille. Et hoc quidem, quod in iure ciuili tantopere : ſe deſiderare, atque expectare Craſſus aiebat, & ſe facturum aliquando credebat, abunde ſuis Inſtitutionibus Iuſtinianus videtur præſtitiſſe: quod tamen tunc non erat perinde, ac nũc circa Ius Pontificiũ neceſſarium. Siquidem, Ius Ciuile maxima ſui parte, ex veterum Iuriſcõſultorum libris. & interpretationib. conſtat, dum illi aliquid vel ad Senatuſconſultum, vel ad legem, vel ad Prætoris edictũ cõmentabantur, quibus ſuis lucubrationibus ẽt ordinem quendam vt hões erant magna, tum doctrina, tum iudicio, certamque rõnem ſeruaſſe comperiuntur, dum finiendo diuidendo generales quaſdam poſitiones formando rem tractant, ita vt ipſorũ Iuriſconſultorũ monumentis, idẽ ,ppe labore haud multo maiore conſequemur, cum inde Inſtitutiones illius ferme ad verbum inde ſumptas, excerptas fuiſſe videamus quod de iure Pontificio nõ item affirmari poteſt: quippe quod potiſſimum ipſorum Pontificũ ex cõſultorum rſiſis totum ferme conſtet, vt omittam interea, quantũ putem intereſſe inter ipſorum Iuriſconſultorum & Pontificũ, aut eorum, quorũ opera ipſi uſi ſunt in pertractandis, ac ſubtiliter peruestigandis diſciplinis, eruditionem & exercitationem. Si quis igitur, quantumuis rudis quinquaginta Digeſtorum libros perlegat, non modicũ legendo conſequẽ iniure ciuili cũ doctrinæ, tum iudicii, nõ idẽ legenti oẽs Decretales vſu ueniet, cũ illæ cuncta fere ad ſolam oblatæ ſpeciei deciſionẽ nullo neq; docẽdi vel certa rõne interpretandi fine ipſis cõditionib. propoſito emanarint: Si igiẽ Iuris Ciuilis Inſtitutiones recipimus, laudamus, & tanq̃ neceſſarias exoſculamur, cur nõ multo magis idem exiſtimemus de Inſtitutionib. Iuris Canonici? cuius libris ſi diligenter q̃s inſpexerit, aut nulla aut certe ualde tenuis finiendi, diuidendi, certa Methodo explicandi rõ cõnnetur, qd̃ de Pandectarum libro uere prædicari non põt. Accedat huc qđ ſtudioſorum hominum, quib. liber hic uoſter vſui eſſe poterit, duo genera conſiderari poſſe videtur. Alterum eorum, q̃ huius Iuris peritiam ſibi ad quæſtum comparare nituntur, vt ſunt ii, q̃ p multos annos Iuri Cæſareo in publicis gymnaſiis operam dantes in receſſu uix; paucis menſib. aut ad ſummum anno Iuri pontificio ita ſeſe dedunt, vt tanquã de Nilo canes recedẽtes uix pauca degulltent. Alterum eſt eorum, qui non tam ad quæſtum q̃ ad proprium vſum eã ſibi facultatem parare cupiunt, vt ſunt Theologi, qui, cum

tus ipſum

Marginal notes: Ciceron. auctoritas. — Inſtitutiones in iure Canonico magis neceſſariæ quã in iure ciuili & q̃ obrem.

Digitized by Google

ius ipſum canonicum cũ Theologia communionem, in pleriſque, & affinitatem quandam habeat, nõ multũ ſe profeciſſe exiſtimãt, niſi ad eam ẽt Iuris Canonici cognitionem, ſi nõ exactam, at qualẽcunque ſaltem adiungant. Et audiui ego ſæpe, magnos in Theologia uiros ad ius Pontificium quaſi ſibi occluſas fores conquerentes. Quippe quib. ad publica gymnaſia honeſte nõ detur acceſſus neq; ſi detur multum ſint profecturi, cũ ibi iudiciorũ, vel beneficiorum tractatus, vel ſi q̃ ſunt alii ad lucrũ parandũ aptiores interpretari doctores ſuis auditorib. conſueuerint. Quæ vero habent cum Theologis quædã cõmunia, & ad pænitentiarium forum ſpectant, neque digito quidem attingere ſolent, eodem ferme loco, & Aulici ſunt habendi, & præſertim qui eccleſiaſtica aliqua dignitate ſunt inſigniti quib. circa ſuarum eccleſiarum adminiſtrationẽ, & multiplicia negotia impediiis non vacat multos annos in eius iuris ſibi paranda cognitione conſumere, cũ tã paſſim ea illis occurrant, q̃ non poſſint ſine illius iuris notitia explicari, ſiue igitur ad quæſtum, ſiue proprium uſum huius iuris cognitionem referas, neutris harum, Inſtitutionum editio ingrata eſſe debet. Si quidem ii, qui ad quæſtum rem totã referunt, eo ipſo anno, quo iuris ciuilis deſinunt audire prælectiones, & ad Pontificium ſe transferunt, vix vnius, aut alterius tractatus cognitionem aſſeq; ualent. Ea enim his temporibus inualuit interpretandi ratio, vt interdũ uix duobus, aut trib. menſib. vnius decretalis interpretationẽ abſoluãt, ita fit, vt interdum uix duorum ſolũmodo tractatuũ notitiã tenentes ſeſe, vel domũ recipiãt, vel ad ciuilia obeunda munera conferant, & ſæpe incidunt quæſtiones, quarũ prima illa rudimenta ne olfecerunt quidẽ, adeo, vt ſedes ipſas principales incidentis quæſtionis miſerere interdũ emẽdicare cogantur. his igit̃ hoc certe cõmodũ liber hic noſter afferet, ut, ſi vel menſem in eo diligenter perlegendo ponant, quocunque ſub tractatu emergens quæſtio reponatur, ex illius lectione ſi non deciſionem, q̃ iã ſæpe ſunt ibidẽ inuenturi, at certe loca, vñ quæſtionem ſoluere poſſint, nota nullo negotio habere valeant. Qđ quidem, & ad laborem leuandũ, & ad vitandã grauem temporis iacturam, q̃ quis diu q̃rendo facere cogeretur, valet plurimum: omittam interea, qđ generalis illa oĩum, q̃ Pontificio iure continentur, rerum cognitio incredibile eſt, quantum mentis tenebras excutiat, & ad vnum quodque quantumuis abſtruſum inueſtigandũ adiuuet. His vero quibus circa Theologiæ cognitionẽ, vel alia negotia occupatis in iure Pontificio perdiſcendo non vacat multos annos collocare, non modo vtiles erunt Inſtitutiones illæ, verum ẽt omnino neceſſariæ. Ac primum quidem quomodo hi nulla iuris ciuilis cognitione imbuti, quæ proculdubio multũ adiuuat, audebunt tantam prouinciam aggredi? Quommodo Decretales ipſas inciſas & plerumque longiſſimam facti ſpeciẽ continentes ferre poterunt? aut ſi poſſint, q. ẽ inde ſuccum elicient? cũ eæ uti ſunt iuſtitiæ, & æquitatis pleniſſimæ, ita tanquam ad conſultantium vota pro tempore ab auctoribus ſcriptę, nullum certe ordinem cõtinere potuerunt, aliquid forte hi ex libro Gratiani (quẽ Decretũ appellant) conſequi poterunt, ſed non eſt incognitum quantum illius libri nutet auctoritas, q̃ etiam perplexo ordine conſcriptus ſit: qui tã vt ſit optime digeſtus, & totus aureus, certe multa ſunt in eo poſteriorum Pontificum conſtitutionibus immutata, & correcta, multa nouiter inducta, de quib. uerbũ in eo nullum inuenias, & ſi omnia ibi ſint, fuſius tamẽ inueniuntur pertractata, quã vt his qui expeditam quandã diſcendi uiã ſequi cupiunt, conueniat, quod quidem libri ipſius magnitudo ſatis aperte oſtẽdit. Sed neq; Hoſtiẽſis sũma hos meo iudicio multũ adiuuare poterit, nec. n. liber ille ab auctore ad eum vſum, de quo nobis nũc eſt inſtitutus ſermo, editus fuit, ſed ſcripſit egregius ille vir non minus conſummatis viris, q̃ tyronibus, neque vt ſuo libro elementa Iuris Canonici complecteretur, ſed vt oĩa, q̃ vſque ad tempora ſua in iure iam pontificio, q̃ Cæſareo, a quibuſuis interpretibus quantumuis ardua, vel ambigua cõſcripta eſſent, in librum ſuum congereret, quod ſatis perſpicuè ex operis ipſius proœmio liquere poteſt, vbi id ipſum auctor clariſſimè teſtatur. Et proculdubio, ſi omnia, quæ in illo libro congeſſit, numerentur, plura ſunt quam ea, quæ tribus ipſis Iuris Canonici libris continentur. Accedat, quod illius lectio non poteſt nõ eſſe periculi pleniſſima, ſi quidem conſtat Hoſtienſem antea ſcripſiſſe, q̃ Bonifacii, Clementis, nonnullorumque

Non leſſet ſcere laborioſum ſit licet neceſſarium.

Aulici eccleſiaſtica dignitate inſigniti.

Generalis terminorũ cognitio adiuuat uolentes profiteri Ius Canonicum.

Decretũ Gratiani.

Hoſtiẽſis sũma nõ eſt ſcripta ſolis tyronibus.

Grandior eſt liber Sũmę Hoſtienſis. q̃ oẽs Canonum libri.

Lectio sũma Hoſt.

lorumque

loruīq. aliorū Pōtificum cōſtitutiones promulgarent ac velut Citharedus, qui ātuuis periculoſa & quam ob rem. peritiſſimus, ſi ea Cithara, i qua plures principaliores fides cōfractæ fuerint, pulsāda ſit, nullum ſuauē concentum reddere poterit, ſed obſtrepet verius, q̄ perſonet, ſic vir ille inſignis, cui ſcribendū fuit multo antea, q̄ bona pars librorū illius iuris, quod interpetabitur, eſſet in lucē edita, non potuit non multa dicere, q̄ aliter, atque ipſe putauerit, hodie ſtatuta comperiuntur. Ponit quidem ipſe, qđ maxime iuri, & æquitati pro tpe conſentaneum ſibi videretur, ſcriptis ſuis mandare, quid poſteriores Pontifices conſtituturi eſſent, diuinare non potuit. Quod itē & de aliis pluribus dici poteſt ſed demus, illum ſcripſiſſe nudiuſtertius, qs obſecro oīum rerum rudis ad Ius Canonicum perdiſcendū accedens, ſummāq. Hoſtienſis legendam aſſumens, primum quidem tam grandis libri machina non terreatur, atq; inde legendo operi incumbēs ob tāmultiplices (vt vocant) allegationes, ob tā uarias antiquiſſimorum doctorū, quas recenſet opiniones, ob tam multas quæſtiones, non adeo ſe multiplicium rerum mole grauatū ſentiat, vt in ipſo ſtatim limine (vt dicebat Imperator) deſertor fiat ſtudiorum? aut aliter, q̄ cum labore maximo ferè eo perueniat, quo leuiore, & ſimplici via ductus citius cū maiore ēt profecto peruenire potuiſſet? Alēda profecto primo tpe ſunt ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda, non aſperiorum tractatu rerum atterenda, aut difficultate numeroſæ, atq. ꝑplexæ inſtitutionis deterrenda. Et ſane ſi Hoſtiēſis liber hmōi putetur, qui aliquem inſtitutionib. ullis locum non relinquat, iā & Iuſtiniani inſtitutiones fruſtra mēbranas occupabunt ſi quidem & Placētinus & Azo, aliique nonnulli in ius ciuile Summas dicam (audacter) elegantius, quam in ius Pontificium Hoſtienſis, cōſcripſerunt. Qđ ſi neq. Placentinus, nec Azo, nec alius q̄ ſ q̄ ita ſcripſit, vt Cæſareæ inſtitutiones hodie ſuperfluę exiſtimari debeant, neq. iſtorum libris ad ius ciuile paratus ingreſſus, ſed per eas tm̄ ad illud primus nobis aditur patet, cur itē, & de inſtitutionib. Iuris Canonici exiſtimari non debeat, nō ſatis q. dem ꝑſpicere poſſum, deniq. ut ea, q̄ Hoſtienſis, & alii ſimiles ſcripta relinquerunt per oēs numeros penitus cognoſcere ad ſummā ſcientię neceſſarium eſt, ita incipientib. quędam breuius, ac ſimplicius tradi magis conuenit. Sed puto iis, qui metā contigerint, & in iure iſto Pontificio ita progreſſi ſunt, vt vix illis ſuperſit, in quo proficere vlterius valeant in hoc libro nr̄o iudicando perinde accidere, atq. ſi quis arduū, ac præruptum iter ingreſſus emenſo longo ſpatio, terminum tm̄ tandem contigerit. Nam ſi ad eundem locum expeditiorem quandam ei quis polliceatur, aſpernetur, tū quod ei q. ad metam peruenerit, q̄q̄ cum labore, nulla noua, qua illum ingredi oporteat, via neceſſaria eſt, tum etiam quod uix æquo, aīo pati poteſt, alios breui, ac quaſi nullo labore eo peruolare, quo, vt ipſe pertingeret, multum inſudauit, ac multos menſes conſumpſit. Cuius rei ex eo coniecturam facio, ꝙ pauci ij, qui inſtitutum noſtrum non perinde mihi probare interdum videntur, hi ferme hmōi ſunt, quib. libri huius noſtri uſus minime videātur neceſſarius, & qui didiciſſe malunt, q̄ diſcere. Quamq̄ non deſunt multi ſeniores, docti etiam, ac graues uiri, qui rem hanc mirum in modū collaudent, atq. amplectant, horum ego tam multos in præſentia proferre poſſem, vt uel nuda illorum nomina vtramque paginam facere poſſint. Vt tm̄ vnuſquiſque de re tota poſſint exploratius iudicare, placuit breuiſſimum compendium, & prima totius operis lineamenta edere, ac quaſi Apellis tabulam in publico proponere: ob teſtorq. eos, qui lecturi ſunt (ſi quis tm̄ hæc quoque.) vt ſi qua ſunt, quæ aut praue poſita iudicet, aut quæ quaque rōne illis nō probentur, mihi ante editionem nota facere minime grauentur, a quib. tm̄ abeſt, vt aliquid mihi detractum putem, vt hoc ipsū maximi beneficii loco ſim repoſiturus, Neque. n. ego is ſum, qui ei, qui in ſcriptis meis aliquid deſiderauerit, uel reprehenderit inimicitias denunciare velim, cuius enim eſſet hoc intemperantiæ, aut qui obtineri id pōt, vt hoīes etiam quę non probent, laudent? immo hæc reprehenſio non ſolum ſine offenſione, verum etiā accidit cum gratia ita. n. ſe res habet, vt qui alterius librum corrigere conatur, ſi quid afferi ꝙ in rem ſit, gratia, ſit ei habenda, ſin autem, vt eius ſaltem ſedulitatem amare debeas.

A ꝑinci- pio alēda ſunt ingenia, nō atterenda.

Malunt hoīes didiciſſe, q̄ diſcere. Nō tm̄ ut quis ſurripiat.

Gratiæ ſunt ei agenda q̄ alienū librū conatur emendare.

FINIS LIBRI TERTII.

DE COMPARATIONE IVRIS PONTIFICII ET CAESAREI. ET VTRIVSQVE INTERPRETANDI RATIONE.

Prælectio in Rubricam ext. de Teſtamentis.

IO. PAVLO LANCELOTTO
I. C. PERVSINO AVCTORE.



VENETIIS, MDCXIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

ILLVSTRISSIMIS
ET ERVDITISSIMIS
HENRICO, ET CAMILLO
GAIETANI FRATRIBVS.

Ioan. Paulus Lancelottus I.C. Peruſinus. S. D.

DVm poſt peractum fęliciſſimè curſum ſtudiorum veſtrorum reditum in patriã paratis, quã magnum in hac noſtra Peruſina Academia veſtri deſiderium ſitis relicturi, cum argumentis multis, tum ex eo facile potuimus conijcere, qđ quam primum eſt id auditum, bona pars iuris ſtudioſorum, qui non omnino prima initia vrgebant, ſed qualeſcunque in iure progreſſus fecerant, vos quaſi duces quoſdam ſecuti, in album Iuriſconſultorum referri ſe, atque adſcribi, iurauerunt, vobis hinc diſcedentibus & ipſi euolaturi. Quis enim non torqueatur, qui diu ſuauiſſima veſtra, atque omni genere virtutum, ac leporum refertiſſima cõſuetudine frui ſolitus, intelligat ſibi in poſterum tanta veſtra humanitate, & tanta comitate, demum tam illuſtri bonitatis, & prudentiæ ad imitandum propoſito exemplari eſſe carendum? At illi hunc diſcendentes quoquo ſaltem modo deſiderium fruſtrãtur ſuum. Nobis autẽ interpretibus quid erit agendum, quib. neque hinc commigrare licet, & nihilominus diſceſſus veſter eſt ægerrime ferendus, verẽdumque eſt etiam, ne magnorum præſtantiſſimorumque virorum (quibus Romana curia abundat) cõſuetudine implicitis vobis, tenuiores, inelegantioreſque abſentes amici, vel inuitis, ex animo penitus effluant, quanam ratione iacturæ huic noſtræ occurramus? Cæteri quid acturi ſint, neſcio. Ego quidem (quando aliter conceptam ex diſceſſu veſtro animi moleſtiam excutere non licet) eos nunc mihi imitandos eſſe ſtatui, qui aliquo ſibi neceſſitudis uinculo coniunctis longam peregrinationem adornãtibus imaguncul am, vel annulum vel quid his ſimile proficiſcentibus largiuntur, quo largientium memoriam diutius abfuturi retinere, ac conſeruare ualeant, ſitque inter eos mutui (vt Poeta inquit) amoris monumentum, ac pignus. Id autem erit huiuſmodi quod & uobis & mihi maxime congruere exiſtimaui, nempe libellus De comparatione vtriuſque iuris, quo nos hoc anno noſtris interpretationibus præluſimus,

iuſque

iuſque ipſum pontificium Cæſareo lōge præſtare oſtendimus. Conuenit autem id (quidquid eſt munuſculi) vobis quam maxime, non modo quod eius iuris fueritis ſemp ſtudioſiſſimi, peritiſſimiq. nunc habeamini, verum etiam quod id ipſum per Bonifacium octauum gentilem veſtrum pontificem Maximum maximum incrementum receperit, cū illud rude, atq. inchoatum tantum antea vndique prope abſolutum, Sexti (vt appellamus) editione reddiderit. Mihi vero, & idipſum congruit, quod in eo iure interpretando ætatem conſumpſi ferè omnem, viamque eius capeſcendi expeditiorem poſteris aliquando reddidi. Accipietis igitur lucubrationem noſtram quaſi exiguam quandam Iuris canonici imaginem, rudi tamen manu depictam, quam ego ſi propriis coloribus effingere, & ad viuum reddere potuiſſem, nihil dubito quin (qd Plato de virtute dicere ſolebat) mirabiles ſui amores apud ſtudioſos omnes excitaret. Sed qualemcumque illam accipietis tanquam noſtræ in vos teſtem obſeruantiæ, non vt eam ab inuidorum obtrectationibus (vt vulgo ſcriptores ſuis patronis efflagitare conſueuerunt) auctoritate veſtra tueamini, neque enim ita ſcripta eſt vt inuidiam apud quemquam excitare debeat, & qui aduerſus inuidos, detractoreſque ſe præmuniunt, ii uidentur mihi eodem tempore de ſe ſentire glorioſè ac ſuperbè, de cæteris prauè, ac malignè. Tum is ego ſum ſanè, qui illorum ſcriptis ſoleam admodum inuidere, qui plurimos habent inuidos, inuidiamque ipſam illis uehementer inuideo, atque ut in hominibus ſenectutem, ita in ſcriptoribus inuidiam optatiſſimum malum appellare conſueui. Nam, etſi ea per ſe praua eſt, ac deteſtanda, eſt tamen teſtis uirtutis, nec niſi ſumma petere conſueuit, à ſumitate autem noſtra tam procul abeſt lucubratio, quam ad eam accedit prope ueſtra in me beneuolentia, meaque in uos uiciſſim obſeruantia, quarū utraque ita iam peruenit ad ſummum, ut incrementum recipere nō poſſit, utraque uos eo auditores habuiſſe glorior clariſſimos, ita uos contra doctorem audiuiſſe me nō omnino obſcurum recordari ne dedignemini. Peruſiæ. Id. Maij. 1573.

DE COMPARATIONE IVRIS Pontificij, & Cæſarei, & vtriuſque interpretandi ratione.

IOAN. PAVLO LANCELOTTO.

LEges omnes, ac iura omnia in dirigendis humanis actionibus ad bene, beateque viuendum, non aliter ſe habent, quã habenæ, fræna, & calcaria ad incitandos, et moderandos greſſus, & curſus equorum, vnde cũ lex iubet alieno abſtinere, ab iniuria temperare, neminẽ denique hominem lædere, cõtra facientibuſq; pænas addit nobis ac cupiditatibus noſtris, quaſi fræna quædam inijcit, & habenis premit, flagelliſq; coercet. Cum vero honeſta iubet, atque ad ea præmiis nos allicit, naturæ humanæ ad bonitatem ſtimulos addit, & calcaria ſubdit, demum cum quædam benignè indulget, permittit, vel tolerat, habenas laxat. Sed tamen tam cohibendo, quam incitãdo, quam etiam indulgendo ad vnicum tantum, ac certum finem genus humanum dirigit, nempè ad bene, beateque viuendum. Erga homines qualiter ſe habeant leges.

Sed illud mirum accidit hac in re, nam cum humana mens vna ſit, vnus tantum ſit humanus intellectus, vna demum generis humani natura, cui moderantur leges, vniformes & illas eſſe oportuit, & decuit, cum tamen interea multæ ſint, tam varia, tam contraria vni homini præcipientes, vt ſpeciem interdũ nobis referant pluriũ inſeſſorũ eũdẽ equum in varia, ac diuerſa eodem tempore agentium; & diſtrahentium, ita ut quo tempore hic calcaria admouet, eodem etiam ille habenas cõtrahat: alius ingyrũ vertat; quo nihil uidetur fieri excogitari ve potuiſſe incongruentius, & abſurdius. Nam cum leges nobis dominentur, certè uel Euangelica veritate admonẽte duobus dominis diuerſa, immo contraria iubentibus obtemperare, non magis poſſumus, quam equus eo ſem tempore curſum arripere, ſiſtere, ac circumduci. Huius rei exempla ſunt in promptu, nam ut omittamus, magnam inter ius naturale, & gentium diuerſitatem, quæ nemini nota non eſt, quam magna eſt diuerſitas inter ius Pontificium, & Cæſareum quibus duobus uniuerſa ferme Chriſtiana reſpublica regitur? quam multa utroque iure ſtatim municipalib. legib quotidie immutãtur? Ecce ius ciuile, ut ſit licitũ finis, induxit uſucapiones, & præſcriptiones, quas diſpoſuit procedere, & compleri ẽt ſi poſſeſſori mala fides ſuperueniat l. cum notiſſ. C. Vna mẽs humana vnus intellectus Leges diuerſa ac contraria præcipientes. Vſucapio quam varie conſiderata.

e de

de præſcrip.30. vel 40.ann. At ius canonicũ inhibet omnino præſcriptiones ſcientia rei alienæ, & ſic mala fide ſuperueniente, c. vigilanti, & c.fi.de præſcrip.ca.poſſeſſor, de re iud.in 6.idq.(vt quidã ſcrupuloſiores uolunt) etiã ſi completa præſcriptione mala fides ſuperueniat, Bald.in Authen. Ad hæc C. de vſu. Ius vero gẽtiũ hũc per præſcriptionẽ dominia quærendi modũ nõ agnouit, iure vero naturali nec dominia quidẽ ipſa erant cognita, cũ omnia cõmunia tunc eſſent, l.ex hoc iure.ff.de iuſ.& iu. Eadẽ apparet iurium diuerſitas in matrimoniis cõtrahẽdis. Nã iure quidẽ naturali Primæuo vel quælibet maris fæminæ cõiunctio ꝓ matrimonio haberi poterit, inſti.de iur.natur.gent. & ciuili.in prin. Ius gẽtiũ ſtrictius circa eã rem egit, vetuit.n.certas perſonas cõiungi, & cõiunctas inceſti crimine d[illegible]nauit, l.qđ ſeruus.ff.de cõd.ob.cauſ. Adhuc ſtrictius ius ciuile, quod alias nuptias præter eas, quæ erãt iure gentium prohibitæ, illicitas declarauit, Auth.de inceſt.nupt.per tot. ſtrictiſsime oĩum ius canonicum, quod prohibitiones nuptiarũ fuſius, quam gentium, vel ciuile extendit, extr.de cõſang.& affin.per tot. Sunt & in ea re etiam regionum conſuetudines, quæ ab his quo a iure vel Cæſareo, vel Põtificio traduntur, interdum recedunt c.1.de ſponſ. & c.1.vbi Doctor.de cogn ſpi. Sexcẽta adduci poſſunt huiuſmodi exẽpla, in quibus iura naturæ cum iure gentium pugnãt. Item ciuilia a Põtificio diſſident, & a iure gentium. Quinimo ſæpe ius ipſum ciuile vel ipſum ius Pontificium ſibi minime videntur conſtare, & in vna eadẽque re diuerſa ſtatuere deprehenduntur. Quod quidem qui iura tenẽt præſcriptionum, & matrimoniorum inficiari non poſſunt, cũ circa ea idem ius diuerſa ſanciat, fac.c non debet cõſang.& affi. C.de præſcrip. longi tẽporis per tot & C.de præſcrip.30.vel 40.ann per tot Vnde nihil videri poteſt homine ipſo miſerius, qui cum his legibus parere teneatur, eodem tempore tam varia diſtrahitur, & ab explicandis certa ratione negotiis, ac rebus certa uia pertractandis, ad quas uno iure vrgetur, atque impellitur, alio iure retrahatur, ac diuellatur, nõ ſecus atque ſi equus eodem tempore calcaribus vrgeatur, frenis cohibeatur, habenis circumuoluatur.

Matrimoniorũ materia quã varie cõſiderata.

Sed hæc oĩs admiratio facile ceſſauit, ſi ſcierimus nihil mali poſſe in rebus eſſe, ſed tantũ in earũ vſu, vnde veluti ſi inſeſſor recte calcaribus, ãtq habenis vti ſciat, fecilime, atq; feliciſſime longa, atque aſpera itinera conficiet, contraq; ſi neſciat, nihil vel in patẽti planicie ꝓgredietur. Sic ſi horum variorum iurium originem, naturã, tẽpus, locum, finem, bene quis habeat cognitũ, ita iis vtetur, vt magna ex eis ad bene beateque viuendũ ſibi ꝓuenire adiumẽta ſẽtiat. Quæ res vt clarius appareat, pauca ad rẽ ptinentia de hominis natura, ac variis qualitatib. ꝑcurramus. Atque interim vos auditores optimi, q̃ mihi hactenus præſtitiſtis in audiendo attẽtionẽ, eã ſẽ etiã in poſterum accõmodate, res enim nec vulgaris eſt, & a nobis ea diligẽtia tractabitur, vt hic nobis penitus diſſoluatur, eloquẽtiam tamen, aut linguæ candorẽ nemo a no

Mali nil. in rebus ſed in uſu.

bis

bis expectet hoc tempore, quemadmodū.n. in ſacra Deo virgine fucus, ac cincinni proculdubio vituperādi eſſent, ita in Canoniſta veneres in oratione aucupari, & lauticias vocum affectare vitio vertendum eſſet permittamus nos hæc leuiorum quarundam rerū doctoribus, nam & mollis inceſſus, & ludibundi oculi hiſtrione quidem, ac ſaltatorē val de decent: grauem ciuem, ac patritium non decent: nec idē ornatus eſſe debet matronæ, qui puellæ, nec eadem canoniſtarum, quæ oratorū, vel hiſtoricorum eſſe debet oratio, immo magnopere cauendum eſt nobis interpretibus, nedū eloquentes, ac Latini haberi volumus, vel alio interprete, idigeamus, vel auditor orōne, quaſi calamiſtrata illectus ita in ea demoretur, unde rerum grauiſſimarum medullā non pertingat, ac peruadat, & cum canones ipſi, quos interpretemur, craſsiore quodā dicendi genere conſcripti ſint, indecēs profecto eſſet interpretem ipſorum canonum ob affectatam in dicendo elegantiam magis indigere interpretatione, quā ipſos canones, quos interpreteris, vt omittamus interea, quod & ſi omnino ceſſaret obſcuritas, minime tamen decet eum, qui famulatur nitidiore, ac ſplendidiore pallio indui, quam ipſū domi num. Sed iam ad propoſitæ quæſtionis ſolutionem accedamus.

Canoniſta an ſic affectare eloquentiam.

Iuris interpretib. cauēda affectatio linguæ poliuotis.

Homo cuius ſolius cauſa omnes mundi leges inſtitutæ ſunt, ac promulgatæ, conſiderari poteſt quinque modis. Primo conſiderari poteſt in ſuo tantum genere, id eſt, vt animal, ac creatura ſenſibilis, non tamē rationalis. Secundo in ſua ſpecie, id eſt, vt homo, & ratione pollens. Tertio tamquam ſubditus Romano Imperio. Quarto tamquam ſubditus ſedi Apoſtolicæ. Vltimo cōſiderari poteſt tāquā ciuis, & municeps cuiuſque ciuitatis, puta Bononienſis, Peruſinus. Quēadmodū autē varijs modis conſideratur, ita etiā varijs iurium, vel legum ſpeciebus vtitur. Nā ſi conſideretur in ſuo tantum genere, hoc eſt, nō vt homo, & rationalis creatura, ſed vt animal, & creatura ſenſibilis, eo iure vtitur quod naturale appellamus, & quod natura omnia animalia docuit, vnde marem feminæ coniungi, liberos procreare, educare, dicitur homo facere iure naturali dictante, quod hæc omnia non magis homines natura docuerit, quam cætera animantia. Videamus etenim (inquit tex.) cætera quoque animalia iſtius iuris perita cenſeri, inſti. de iure nat. gēt. & ciuili, in prin. Sed conſideratus homo in ſua ſpecie, & tamquam homo, vtitur iure, qđ gētiū appellamus, propterea qꝛ eſt cōe oīum populorum. §. ſingulorum. inſti. de rerum diu. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. quo iure inductū eſt, vt fidē ſeruemus, pacta nō frangamus, vt Deos, Patriam, Parentes obſeruemus, & colamus, l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. & de conſt. pecu. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. quæ gerere nulli animantium cæterorū natura conceſsit, ſed ſoli homini. Si conſideretur homo ut ſubditus Romano Imperio, utitur iure ciuili Romanorū, quod hodie cōe appellamus, §. ius autem, inſti. de iur. nat. gē. & ciuil. l. C. de ſum. tri. & fi. caſt. Si cōſidereretē vt ſubditus Eccleſiç Ro. utitur iure Pōtificio, ſiue canōico. Si cōſidereť, ut ciuis cuiuſuis ciuitatis, puta Bononiēſis, Peruſinus, vtiť

Homo quinque modis cō ſiderari poteſt.

Homo uarii cōſideratus varijs legibus, vtitur.

prijs ſtatutis Bononien.& Peruſinis, vel alterius ciuitatis, vel loci.

Iuriũ conctorum finis vnus conſeruatio.

Porro horum quinque iurium licet inter ſe diuerſorum vnus eſt finis variari tamen videtur propter varias qualitates, re aũt ipſa vnus eſt, eſt aũt is, Conſeruatio finis iuris naturalis, quod cõuenit homini in ſuo tãtum genere conſiderato, eſt conſeruatio ipſius generis, nã maris & fœminæ cõiunctio, filiorum procreatio, educatio, quæ omnia iure naturali ſunt inducta, nullum alium habent finẽ, niſi generis ipſius conſeruationẽ, & perpetuationẽ, quod genus his medijs efficitur immortale, & propterea pulchre tex.in Auth.de nup.in princ.inquit, Ex filiorum procreatione renouata genera manent, & matrimoniũ artificioſè immortalitatem introducit.

Matrimonium conciliat immortalitatem generis.

Iuris gentium, quod homini competit, nõ ſimpliciter tãquam animali, & creaturæ ſenſibili, ſed tãquam homini, & rationali creaturæ, finis eſt eadem cõſeruatio, ſed non tam generis, quã quatenus illa eſtractionis particeps, & ab alijs ſpeciebus differt? vnde cõuentiones, contractus, & alia iure gentium inducta, quorũ præter hominẽ animantia cætera ſunt expertia, ratione ſuadente & humanis neceſſitatibus cogentibus fuerunt inducta ad conſeruationẽ ſocietatis humanæ in quibus etſi quædam ſint per quæ prima facie potius videatur deſtrui humana ſpecies, quam conſeruari, vt ſunt bella, captiuitates, ſeruitutes, nihilominus ſi conſideretur homo, vt ratione pollens, & cum ratione viuens, & non tanquam corporaliter, & ſenſibiliter tantum viuens, vt pecora, & bruta, etiam bella, captiuitates, & ſeruitutes tanquam probabili, vel neceſſaria ratione inductæ conſeruant rationalem hanc creaturam, nec enim alia ratione permiſſa ſunt bella, niſi vt quiete viuere poſſimus in pace.

Bella etiã & ſeruitutes homines in ſua ſpecie conſeruãt, & qua ratione.

Finis vero iuris ciuilis eſt, vt hominem conſeruet, quatenus eſt aĩal politicũ, dirigitque eius actiones ad beatè viuendũ in rep. in certo numero hoĩum certæ rationis, vel certi loci. Siue hoc ſit ius ciuile Romanorũ, ſiue alterius cuiuſcũque ciuitatis. Itaque ciuilis iuris finis eſt ciuilis quædã amicitia, quod præclare admodũ & omnia explicat Ariſt. li.1. Eth. ſecũdũ quẽ nihil eſt aliud Ius, quã ordinatio ciuilis ſocietatis. Nec.n.aliud eſt ciuitas, quã multitudo hominum collecta ad ſtatũ rerũ ſuarum tuendum per ſe ſufficiens, quæ legum conſenſu eſt vitæque coniuncta, vt diſerte explicat Agricola de Dialect.inuentione.c.5.

Ius ciuile ſecundũ Ariſt. ordinatio ciuilis ſocietatis. Iuris Pontificii finis excellentior cæteris.

Pontificii vero iuris finis eſt multo quã aliorum excellentior, cõſeruat.n. hominem, quatenus eſt Chriſtianus, & quatenus vitã aliã, & æternam ſperat, nec humanam ſpectat ſolum amicitiam, ſed & cæleſtem, nõ Romanæ, Venetæ, vel alterius ciuitatis, ſed cæli nos facit ciues. deũ & non hominum ſolum nos amicos facit, ſed Dei iuxta id, quod in ſacris litteris habetur Non habemus hic ciuitatem permanentẽ, ſed aliã futuram inquirimus. Ius aũt hoc Pontificium cæterorum omnium iuriũ fines, vel qualitates potius amplectitur quidẽ, ſed ita, ut interim æternæ ſalutis diſpẽdiũ afferri non patiatur. Quod ita diſcurrendo facile demõſtratur. Finis iuris naturalis primam eſt generis ipſius cõſeruatio, & ea propter, vel quælibet maris, & feminæ coniunctio eſt eo iure permiſſa,

Quomodo ius canonicũ fines cæterorum iurium amplectatur.

immo

immo inducta, huic quidem fini minime aduerſatur ius Canonicũ, immo amplectitur, vt apparet, vt ex his, quæ de matrimoniis dicto iure tra duntur. Sed cũ æquè genus ipſum humanum conſeruet, ſi coeant hoĩs certis legibus ac ſi nullis, & concubitu vago, cum promiſcuus coitus, & indiſtinctus puta aſcendentium, & deſcendentiũ impediat æternæ bea titudinis fine, receſſit ab hac (vt ſic loquar) indiſtinctione ius Pontificiũ adhæſitq; legi diuinæ, & certas huic cõiunctioni leges poſuit, per quas generis conſeruatio, & iuri naturalis finis non impeditur. Ius gentium permiſit bella, & quaſi neceſſitate vrgente ſuo tempore indiſtincte legi tima eſſe ſtatuit, ſed quia iniuſtam cauſam belli gerendo tueri æternæ beatitudini aduerſatur. Ius canonicum nulla bella permiſit, niſi quæ iu ſta eſſent, puta contra infideles, contra hæreticos, contra quoſcunq; cũ tumaciter rebelles, not. in c. ſicut 3. de iureiu. Ecce, quod ius Pontificiũ non ſimpliciter a iure gentium recedit, ſed ſolum in quantum illud æternæ beatitudini aduerſatur, non ergo quærit ius canonicum ſpeciem humanam deſtruere, ſed potius perpetuo, & immortaliter conſeruare, vnde conuentiones honeſtas, & cætera iure gentium inducta amplecti tur, niſi æternæ ſaluti ſint aduerſa, c. 1. & per totũ de pact. iuri ciuili cor di eſt, ne lites fiant immortales, quia ſic nimirum forenſibus iurgiis vexatur reſp. l. properandum. C. de iud. Sed cũ dñm tam breui tẽporis fluxu fraudari dominio rerum ſuarum eſſet non ſolum iniquum, ſed etiam æternæ ipſius poſſidentis ſaluti contrarium, receſſit in eo ius canonicũ, & vt cauſę iuſtitiæ complementum ſortiantur, noluit inſtantiam cer tis terminis præfiniri, ſed tamen interea amplexum eſt breuitatem litiũ ideoque gratia citius earum expediendarum expeditiorem, faciliorem que procedendi modum adinuenit, quam ipſum ius ciuile præſcribat, Cle. diſpendioſam. de iud. cle. ſępe de verb. ſign. ius ciuile, ut ſit litium fi nis, inuenit uſucapiones, & pręſcriptiones; eaſdem approbauit ius cano nicum, niſi inquantum ęternę ſaluti ſint contrarię, quod tunc accidit cum poſſeſſioni mala fides additur ſocia, c. fi. de pręſcr. c. poſſeſſor. de re iu. in 6. iure ciuili ad detegenda crimina regulariter per inquiſitionem. procedi non poteſt. l. 2. §. publico, ff. de adul. Abb. & alii in Rubric. de iud. ſed cum hoc nihil aliud ſit, quam criminibus latebula fabricare, & in ęternæ ſalutis diſpendium manifeſte vergat, iure canonico indiſtincte permiſſum eſt, vt poſſit per inquiſitionem procedi glo. & Doc. in c. infames. 6. q. 1. retectis enim delictis, quaſi ægritudine patefacta, in agris in promptu ſunt remedia quæ ad ſanitatem, hoc eſt ęternam beatitudi nem perducunt, eodem fonte manat, quod omnia ſtatuta, & conſuetu dines, quæ ſunt peccati nutritiuæ, improbat ius canonicum, nec eo iure ſubſiſtunt habetur in c. cum Eccleſia S. Mariæ de conſt. Hinc facile tria colligi poſſunt, quod horum iurium fines non ſunt contrarij, ſed unus alium adiuuat potius, & quod ius canonicum omnes amplexũ eſt, & re digendo ad normam Chriſtianæ religionis perficit. Secundũ quod non ſatis iuſta eſt querela exiſtimantium, & dolentium eodem tempore ſibi

Cõſeruatio generis per ius Canonicũ cũ iure naturali.

Bella per ius canonicũ cum iure gentium.

Litium breuitas per ius canonicum cum iure ciuili.

Vſucaptiones per ius canonicũ.

Inquiſitio per ius canonicum.

Iurium fines non contrarii. Finis iuris canonici perficit fines aliorum iurium.

contra præcipit. Tertio claret, quanto cæteris iurib. antecellit ius canonicum, nimium, quantum æternum commodo temporali, infinitum finito, cęlum terris, amicitia cęleſtis, humanæ: vnde non ſatis interdũ admirari poſſum, quid ſit, quod cum noſtrum ius iſtud Põtificium cęteris omnibus longe antecellat, iuuenes tamen non modo in hac noſtra Perusina Academia, ſed etiam in cæteris totius Italiæ et, & rari, & breuiſſimi temporis ſpacio dent operam: nam pauci qui iuri Pontificio dãt operã, id ẽt ita efficiunt, vt potius tamquam de Nilo canes deliberare, quã haurire, & ſitim explere velle videantur: at in iure ciuili, perdiſcẽdo nihil ſe conſecuturos putant, niſi inſenuerint, & totos ſeptem annos, atq; interdum plures conſumpſerint: cum ius Pontificium Cæſareo præſtet non modo ſupradictis; verum ẽt alijs nominibus multis. Et quoniã res & locus poſtulant, & tẽpus patitur, & vobis quantum ex ſilentio veſtro, & attẽtione conijcere mihi licet hæc a nobis inſtituta oratio, & diſputio, non eſt omnino ingrata, percurramus ẽt breuiter originẽ primum vtriuſque iuris, ſecundo materiã, demũ decidendi prudentiam, & ſãctitatẽ; ita enim adhuc clarius quãtũ alterum alteri præſtet intelligemus.

Ius canonicum raros habet auditores

Origo iuris ciuilis eſt in promptu: ſumpſit enim initium a legibus quibuſdam curiatis, & legibus duodecim tabularum, edictis prætorum, Imperatorumque conſtitutionibus, vt late traditur in l. 2. ff. de orig. iur. at ius Pontificium non ab homine aliquo, ſed a lege ipſa diuina fluxit. capit. qualiter. el 2. de accuſa. & per Abb. & alios in cap. 1. de translat. Epiſc. nõ Senatus Romanus, ſed ſanctiſſimi viri ex vniuerſo orbe ad celebranda Oecumenica concilia ductu ſancti ſpiritus congregati condiderunt. c. canones D. xv. demum ei Romanus Põtifex, & Vicarius Ieſu Chriſti incrementum dedit, vt traditur prolixe D. xix. D. xv. D. xxj. qui tantum dicitur præſtare Romano Imperatori quantum ſpiritus carni, & Sol ipſe Lunæ, vt habetur in c. ſolitæ. de maio. & obed. & in c. per venerabilem. qui fil. ſint leg.

Origo iuris ciuilis & iuris canonici.

Materiã, atque rerum, quæ tractantur naturam, ac magnitudinem ſi ſpectemus vtriuſque iuris, non magis ab auro ferrũ, & (vt inquit Poeta) a cupreſſis viburna diſtant, quã a iure Pontificio Cæſareũ: agit enim ius ciuile fere ſemper de rebus priuatorũ exilibus, ac modicis, vti, liceat ne religare funes arboribus in ripa natis, §. riparũ, inſt. de re. diui. an liceat piſcatori in littore, ſiccare retia. §. littorũ, d. titulo. an ficedula, vel alia auicula capta in alieno fundo ſit capientis. §. feræ: q ſi apũ, colũbarum, anſerum, pauonum natura. §. pauonũ, §. gallinarũ: an emplaſtrum factũ alienis medicamẽtis ſit faciẽtis, §. cũ ex aliena: an is, cui relictus eſt vſus poſſit vti oleribus, pomis, ſtramẽtis: itẽ an poſſit vti pecoribus ad ſtercorandũ agrũ, inſtitu. de vſu & habi. Nec credantur hæc, & his ſimilia in ſtitutionibus Iuſtiniani tñ cõtineri, quibus res quædam tenuiores, quaſi iuris ipſius prima elemẽta ad inuitãdos, & alliciendos rudiũ adoleſcẽtiũ animos, & ingenia continẽtur, nã eius farinæ rebus & digeſtorum libri pleni ſunt; quib. tamen nõ prouectiores modo ſcholares, verũ etiã

Materia iuris ciuilis.

nullus

nullus iuris peritorum non aſſidue vtitur, hinc apud Vlpianum, vt chartis legatis libri debeantur, & an libris legatis debeantur ēt libri nō mal leati. l. librorum. ff. de l. 3. an ligni legatis, carbones, & nuclei oliuarum debeantur; item an titiones, & ſulfurata contineātur. l. ligni. ff. de leg. 3. Vino legato an veniat acetū. l. 1. ff. de vin. tri. & oleo leg. item an debeātur cū amphoris. l. 4. §. 2. d. titulo; an cui dulcia legata sūt, debeat habere ficus. l. fi. ff. de vin. trit. & ol. le. an ſcopæ, & perticæ, quib. araneę ī domo deterguntur; & vas in quo ſapa coquitur ſint inſtrm fundi. l. quæſitū. ff. de fund. inſtr. An fullo teneatur, ſi veſtimenta mures roſerint. l. itē quæritur. §. ſi fullo. ff. loca. Quis ſit optimus coquus. l. ſi quid. in fi. ff. de ædil. edict. an ſit ſanus cui dēs abeſt. l. cui dens, & qui maxillam alterā maiorē, aut eminētes oculos, & cui os oleat, l. qui clauū, an & qui in lecto ſōno, vinoque ſepultus, aut ēt pigritia ſurgendi vrinā faciat. l. quæritur. §. puerperam oībus. ff. de ædil. edict. quid iuris ſit, ſi mulio mulu plus iuſto onerauerit, in l. ſi ſeruus, §. ſed & ma ū. ff. ad l. Aqui. quid itē ſi mulio impetum mularum retinere non potuerit. l. idem iuris. §. 1. d. tit. quid itē ſi boues, aut arietes cornibus ſe inuicē laceſſunt, l. 1. §. cū arietes. ff. ſi quad. paup. fe. di. qua pæna puniendus qui canē irritauit. l. itē Mela. §. item & cū eo. ff. ad l. Aquil. At ſicubi cauſa paulo maioris ponderis incurrerit, veluti ſi ſit petenda hæreditas, tunc vero quaſi de maximis rebus ſit cōtrouerſia, ſenatum, ac fere totum populum cognitorem aduocāt, & eas Centumuirales cauſas appellant. l. item veniunt. §. ait ſenatus. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. 1. ff. peti. hær. quod a centū uiris huiuſmodi cauſę ſint terminandæ, quod ſatis luculentum argumentum eſt quam parum graues cauſæ iure ciuili tractentur, Neq; tū ego inficior, hæc eſſe huiuſmodi, quæ in recto inſtituta Repub. ignorari non debeant, quemadmodum & alia multa, quæ lōge ſunt tenuiora: ſed quod cōparatione eorū quæ iure Canonico comprehenduntur valde ſint exilia, & quæ magna ingenia diu detinere non debeāt; cū iure Pontificio ea potiſſimum comprehendantur, & tradantur, quæ maiora prope videātur cogitatione ipſa humana. Primum. n. ius canonicū tractatū complectitur omniū ſacramentorum abſtruſum, & longe grauiſſimū, Chriſtianis hoībus cognitu apprime neceſſariū, de quib. in vniuerſo iure ciuili nec verbū inuenias itē quāta ſit uis atq; efficacia iuramenti, docet ius Canonicū; quis ſit Eccleſiaſticarū cenſurarum vſus, docet ius Canonicū; quatenus vota nos ligent, docet ius canonicum, denique quæcumque ſunt ardua iure canonico explicantur. ibi reperies vtrum imperium ſit immediate a Deo, an ab Eccleſia, vt in cap. per venerabilē, qui fil. ſint legit. & in c. ſolita, de maio. & obed. an Imperator poſſit aduerſus Rom. Pontificem bellū indicere, in c. ſicut. el 3. de iureiu. an Papa poſſit ſe ſubijcere Imperatori, in c. cum Eccleſia S. Mariæ, de conſt. quando ſuccedat in iuriſdictionē Imperatoris, in c. quod ſuper, de voto. quando diſpenſet circa legem diuinam, in d. c. per venerabilem, quādo ſolus diſpenſet contra conſtitutionem Concilij, in c. ex parte, de capel. Monach. an ligetur dictis Sanctorum,

Magnitudo. & grauitas iciū contentorū in iure canonico.

ium, an poſſit in fide nouum articulum inducere, in c. cum Chriſtus. de hæret. deniq. omnia, quę tam ad perpetuam cuiuſque beatitudinem pertinēt, quam ad fœlicem militantis Eccleſiæ ſtatū ſpectant, ius canonicum proprio ſibi iure vendicat, in quibus & ſi quædam, vel etiam multa a ſacra Theologia accepit, non propterea illa eadem ſunt iuris canonici minus propria. Nā vt ad Theologos quidem ſpeculari, ac diſputare ſpectat, ſic ſtatuere, decernere, & firmare, quæ ab ipſis euēti lata ſunt, ad Romanos Ponti fices, & ſacroſancta concilia, id eſt, ad auctores, & (vt ſic loquar) ad parentes iuris canonici pertinet. Poſſumus hoc vſque in tuto (niſi fallimur) ius pontificium Cæſareo præſtare non modo ratione finis, ſed etiam ratione originis, & materiæ. Videamus poſtremo loco, ſi quando idem caſus vtriuſque iuris cenſura terminetur, quodnā horum ad ſcopum iuſtitiæ, bonitatis, & æquitatis proprius accedat, & ſane auſim affirmare, tātoſanctius, & prudentius iure Pontificio, quam Cæſareo res decidi, ac terminari, vt qua parte iuris ciuilis deciſiones a iure canonico deſſident, non tam bonum, & æquum, cuius artem profitetur ſe tradere, quam ſcelus quodammodo continere videātur, quod quidem collatis circa eaſdem facti ſpecies iuris vtriuſque determinationib. ſatis liquido apparere poteſt quas licet innumeras adducere poſſemus, paucis tamen, quæ rem ipsā luculentiſſime demonſtrabunt contenti erimus, imitati Iuriſconſultum, in l. ſi ita vulneratus. §. fi. ff. ad l. Aquil.

Ius Canonicum a ſacra Theologia multa mutuat.

Collatio terminationū iuris Canonici, & ciuilis circa eaſdem facti ſpecies

Titius humana lapſus fragilitate cum propria cōſanguinea rē habet ex nefario concubitu contra parentum vota, proles naſcitur, videamus quomodo circa hoc factū ius ciuile diſponit, deinde quomodo ius canonicū. Ius ciuile prolem hāc vehemēter inſectatur, nam horum filios nec naturales nominari permitti, ſed hoc tolerari pōt. Iubet hos ab hæreditate paterna eſſe penitus alienos, & hoc ferendū erit. Iubet alimēta negari: at hoc eſt immaniſſimum, quod nec humanus ſenſus ferre poteſt [Ex cōplexu (inquit) nefario aut inceſto, ſeu damnato liberi nec naturales ſunt nominandi eis ſubſtantiæ indigni beneficio, vt nec alantur a patre,] Repeto abſurdiſſimū verbū, [vt nec alantur a patre.] iubet igitur ius ciuile his filiis a parentib. cōtra ius naturale alimenta denegari, iubet necari, nec n. aliud eſt negare alimenta, vel ipſo iure ciuili id teſtificante, quā interficere, l. vel necare, ff. de lib. agno. & qđ grauius eſt iubet a patre necari, & tamen qui alieno potius, quā proprio laborāt vitio pœna digni nō erāt ipſo iure ciuili fat te. l. lege duodecim tab. C. de natur. lib. Quod ſi quaſi Romulū quendā, vel Cyrū, quos licet expoſitos ad ſummam tamē imperij perueniſſe teſtantur hiſtoriæ, & hos diuinus fauor adiuuerit, quos tam acerbe ius Cæſareū inſectatur, vt non ſolum viuant, verū, & diuites fiant, an ſi pater eſt, toties patrator ſceleris mutatis fortunæ vicibus, egeat, alendus ſit ab eis iure ciuili, videamus alendū eſſe cōſtat. Auth. de inceſt. nupt. in fi. princi. & hoc non reprehēderim. Sed quanā ratione filius, qui vt ex damnato coitu natus ſit, nihil

Auth. ex cōplexu. C. de inceſt. nup.

Aut. de inceſt. nup. in princ.

tamen

tamen commiſit quam ob rem puniretur fame, necandũ a patre ſtatuit ius ciuile, patri autẽ qui auctor eſt totius ſceleris parcit? cur inſontes pœnis, noxios beneficiis afficit? At quanto mitius, quanto prudẽtius ius canonicum quod (vt habetur, & legitur in c. cum haberet, de eo qui duxit in vxore, quam per adult. poll.) vtrumq; viuere patitur. Sed ita viuere, vt in patre delictum impunitũ eſſe nõ ſinat, & in filio effectum nefariæ coniũctionis deteſtari apparet. Viuit quidem pater, & hoc eſt humanitatis, & pietatis, & quadã in humanam fragilitatem indulgentia arctiſſimæ pœnitẽtiæ ſubditur pater eſt iuſtitiæ, quæ delicta impunita minime derelinquere debet, eſt prudentię, & charitatis, vt & ipſe ad frugem melioris vitæ reuertatur, & exemplo ſuo arctiſſimę pœnitentiæ ſubditus, cæteros abſtinere, & innocẽtes eſſe doceat, viuit filius nec a parte necãdus, vt ſtatuit ius ciuile, ſed alẽdus, quia nihil peccauit. d. l. inge. 12. tab. non numeratur inter liberos, ſed paternæ ſubſtantiæ alimentis exceptis eſt penitus expers, vt decus matrimonii ſeruetur, & vt parentes in huiuſmodi filiis ſeuerius puniãtur, dum eos non ſolum a paterna ſubſtantia alienos, verum etiam omnibus honorib. & priuilegiis exutos intuentur, vnde ſi hæc diligenter expendãtur, quis dubitet iuris canonici prudentiam iuri ciuili longe anteponi oportere.

Aliud rurſus præbet nobis humana fragilitas eiuſdem farinæ exemplum. Pater filiam domi ſuæ, vel etiam generi cum adultero cubantem deprehendit; Ius quidem Cæſareum permiſit, vt in ipſa deprehenſione propriam filiam pater interficiat, propriis viſceribus arma inferat. l. quod ait. ff. de adult. etiam ſi forte ſit prægnans. Bar. in l. Imperator. ff. de ſtat. hom. Felin. in ca. ſi vero, de ſentent. excommu. Quid poteſt inhumanius cogitari? cohibendus fuit pater in illa alienatione mentis ex fœdiſſimo ſpectaculo exorta, non ad ſæuiſſima propoſita impunitate vrgendus, peccauit quidem filia, & punienda eſt, ſed vbi nam auditum, vt vnum peccatum alio grauiore peccato tolli poſſit adulterium parricinio puniatur. Quãto ius canonicum ſanctius, quod patris, & mariti manus a proprio ſanguine mũdas eſſe iubet, nec tamen impunitam adulteram eſſe ſinit, ſed ita punit, vt appareat pœnam ad delinquentis ſalutem tendere, atque ad eos ipſos, quos corrigit iuuandos, nõ ad ſæuitiam. Non enim occiditur adultera, ſed thorus ſeparatur, & in arctiſſimum monaſterium ad pœnitentiam agendum fœmina detruditur. cap. de benedicto. 32. quæſtion. 2. & per totum. An (inquit) ius Ciuile ſtudet non commodo cuiuſque priuati, ſed communi vtilitati. Sed quantum præſtat communi vtilitate, ſingulorum etiam vtilitatem coniungere, quod egregie præſtat ius Canonicum. Quid multa inducit interdum ius Ciuile, quæ cõmunem vtilitatem potius impugnent, quam tueantur. Vſuras voraginem eſſe patrimoniorũ, perniciem rerũ publicarum, nemo eſt qui neſciat, nemo eſt qui nõ prædicet, capit. primo, de uſur. in ſexto. c. poſt miſerabilem, de vſu. in antiq. & tñ ius ciuile non modo eas permittit, ſed fouet etiã, atq; ad eas petendas efficaciſ-

l. quod ait ff. de adult.

c. de benedicto 32. q. 2.

ſimas

ſimas actiones accomodat.leg.eos.C.de vſu.itē quid magis expedit cō muni vtilitati, quam pacta, & conuentiones ſeruari, Iure ipſo diuite id teſtante.l.3.ff de pac.l.1.ff.de conſtit.pecu.ius Ciuile non dat ex pactis actionem, & ſine executione quodammodo eſſe patitur, & quod maxime mirari poſſis, actionem ex ſtipulatione dat efficaciſſimam.l.iuriſgētium.§.igitur nuda.ff.de pact.inſti.de verbor.obligat.in princip.at quid quæſo, inter pactum, & ſtipulationem intereſt? reſpondet argutulus legiſta, quod in ſtipulatione procedit interrogatio, ſubſequitur reſponſio, q̄ reſponſio cenſetur magis deliberata præcedēte interrogatione tā ti eſt ergo præceſſiſſe, vel non præceſſiſſe interrogationem, vt vno quidem caſu conuentio executionem promptam habeat, alio non habeat, Quid quod ratio quàm aſſignant, cōtrarium ſuadet potius, maior, enim ineſt animi deliberatio in pacto nudo, quam in ſtipulatione, nam cum reſponſio, vt Ciuiles iuris conſulti volunt, debeat ad præcedentem interrogationem ſtatim ſubſequi, alioquin nō ualeat, l.1.de uerb.oblig. quæ tam breui temporis ſpatio animi poteſt eſſe deliberatio? quod conſilium? niminum nullum, cum ſapiens ipſe prædicet, celeritatem conſilio inimicam? At in pacto nudo, cum detur etiam longum tempus ad deliberandum, & cum ex diuerſis animi moribus ſenſim in unam ſententiam quaſi ex diuerſis partibus in eundem locum paciſcentes conueniat.l.1.ff.de pact.utiq; id non niſi magno conſilio, & propenſa deliberatione fieri poteſt, ergo uel maior efficacia concedenda erat pacto nudo, uel certe non minor, quam ſtipulationi. At ius canonicum aſpernatum inanes has, ac futiles ſubtilitates etiam ex pacto nudo concedit actionem, vt traditur c.1.de pact.nam quid eſt aliud ex pacto nullam dare actionem, quam tollendæ fidei præbere occaſionē? quid eſt aliud dare actionem, quam ſtudere ut promiſſa impleantur?

Pactum ſti pulatio.

Celeritas inimica conſilio.

Simile eſt quod de exceptione non numeratæ pecuniæ ſtatuit ius ciuile ſpe futuræ numerationis. Confitetur Titius publico documento ſe recepiſſe pecuniam mutuam, quam uerè non recepit, biennio tranſacto falſus creditor repetit pecuniam, quam non mutuauit, excipit Titius non fuiſſe numeratam pecuniam, non audit hunc ius Ciuilè, & agentem ad furtum, ad rapinam adiuuat, dolum fouet, denique ægenum fortunis ſpoliat, eſt ergo hoc humanam ſocietatem iuuare, uel Remp. bonis moribus, ac legibus informare. At quanto ſanctius ius Canonicum, quod ad probandum non numeratam pecuniam etiam poſt biennium facultatem tribuit, quod ſciat nunquam decere quemquam cum aliena iactura locupletem fieri debere, ac fraudibus ſemper obuiandū c.locupletari, de reg.iur.in 6.ex eodem fonte manant illæ iuris Ciuilis ſententiæ, ac principalia quædam axiomata, licere contrahentibus ſeſe inuicem fallere.leg.in cauſæ.§.Pomponius.ff.de immo durum quid eſſe, ſed ita poſitam legem.l.proſpexit.ff.qui, & a qui; non omnium, quæ a maioribus tradita ſint rationem reddi poſſe.l.non omnium.ff.de ll. & cetera id genus multa ſimilia. Quanto rectius ius pontificium illi-

Exemptio nō numeratę pecuniæ.

Axiomata iuris ciuilis.

cite

ęite introductum ſuſtineri non debere capit. quod latente. de re iud. in antiq. bonam fidem non pati, vt ſemel exactum iterum exigatur. capit. bona fides, de re iud. in 6. in malis promiſſis non ſeruandam fidem capit. in malis, eodem tit. & libro, non eſſe obligatorium cōtra bonos mores præſtitum iuramentum, cap. non eſt obligatorium, dicto loco, & huiuſmodi innumera, quibus plena ſunt iuris Pontificij volumina, omitto infinita propemodum, quæ ob iuris ciuilis nimium exquiſitam ſubtilitatem contra omnem ęquitatem pereunt, qualia ſunt illa, alteri factam ſtipulationem nō tenere. §. alteri. inſt. de inut. ſtipu. Si concipit ſtipulationem pater, qua ſibi & filio in poteſtate ſua cōſtituto quid dari ſtipuletur recte filio ſolui, quid ſi ſoli filio ſtipulatus pater ſit, non recte filio ſolui. l. cum qui. §. qui ſibi. ff. de verb. obl. ſtipulantē me Socium, aut Pamphilum, ſi Stichum, daturum te ſpoponderis ad dandum Stichum te non teneri, l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulāte. ff. de verb. obl. vt tugurium, in tuo mihi habere liceat, ſeruitutem conſiſtere l. veluti in fi ff. de ſeru. ruſt. pręd. vt in tuo ſpaciari liceat, non conſiſtere, l. vt pomum. ff. de ſeru. legatis ędibus cum oī inſtrumento, & repoſitis oībus nullo omnino excepto pecuniam numeratam aut inſtrumēta debitorū non contineri, l. ſi mihi Męuia. §. fi. ff. de l. 3. Annus nedū dies deficeret huiuſmodi terminationes enumerare volentem, de quorum tamen parte viſuri ſumus hoc anno in Rubrica, & c. cum eſſes de teſtamentis. Quo in genere cōtrouerſiarum, certū eſt ſub auctoritate iuris ſciētiæ contra ęquitatem pernicioſe errari, vt recte agnouerunt & Celſus adoleſcēs. l. ſi ſeruum, §. ſequitur. ff. de verb. obl. & Imperator ipſe i. lege 12. tab. C. de legi. her. & in l. ita nobis. C. de adul. & in Aut. de trien. & ſemiſ. poſt prin. & Paulus in l. 1. de excep. doli.

Axiomatę iuris canonici

Ob nimiā ſubtilitatē iuris ciuilis multa pereūt.

At (inquit) apud iuris ciuilis auctores maior quidam Latinæ linguę candor ſplendet, atq; elucet, quā in auctoribus iuris canonici, id vt ita ſit, quorſum tñ iſta latinitas, & ſuauis verborū cortex, dulcis periodorum ſonus? rerum profecto ius ipſum dicitur ars, & ſcientia, nō verborum, l. 1. & l. iuſtitia. §. fi. de iuſt. & in §. iuris prudentia inſtit. de iuſt. & iu. dum mihi mens barbara non ſit, barbarā linguam nō horreo, legimus, & res ſacras vnde fluxit ius canonicum, ruſticè potius, quam eleganter ſcriptas, & tamen ex horrore maieſtatem potius, quā neglectū conſequuntur: prudentiam in iure dicendo, non politiam deſideramus quin & ipſum ius ciuile candorem hunc linguæ diu conſeruare nō potuit, cum barbarorum eius iuris interpretum rebus ita exigentibus ita plena ſint omnia, vt ea quę quinquaginta digeſtorū libris cōtinentur, exigua pars iuris ciuilis videntur. Quod ſi quis adhuc orationis flori capiatur ad canones nō accedat quidē, ſed orōnes, poetas, & hiſtoricos adeat, qui luculentius etiam id præſtant quam ipſi Iuriſconſulti.

Cādor linguę apud Iuriſconſultos quāti faciendas.

Ergo ſiue originē inſpicas, ſiue materiam, ſiue finem, ſiue in conſtituendo prudentiā, & ſanctitatē ſpectes, ſatis liquido apparet, ius Pōtificium Cęſareo longe antecellere. Vnde nō ſatis interdū admirari poſſum,

Iuris ciuilis interpretes timidi.

ſum,

ſum, quod moderni quidam iuris ciuilis interpretes adeo intumeſcāt,
vt ſibi primos honores in Gymnaſijs, ac pinguiora ſtipendia vendicare tentent, atq; interpretes iuris canonici quaſi decoctos aſpernentur.

Auditorum numerus. Quæ.n. inter Pontificiū, & Cæſareum ius comparatio? forſitā eos inflat, quod auditores habent numero longe plures ſed qui ne ſciat veteranos milites quamuis numero pauciores multitudini nouitiorū præponendos? Habent interpretes iuris canonici non ſolum quos docere poſſint, ſed ēt qui de eis iudicare valeant, nec eos verborum, ac fucatæ orōnis præſtigijs eludere facile poſſunt, cū nec id grauitas Pontificij iuris patiatur, nec auditorū iudiciū facile admittat. At iuris ciuilis auditores, qui plerūq; a ludis Grāmaticorum recedentes ad publica gymnaſia transferunt quaſi in infantia quadā ingenij conſtituti, aſperiorum tractatus rerum ferre nō poſſunt. Hinc fit vt nemo fere ſit, qui ius canonicū publice profiteatur, qui non idem plures annos antea ius ciuile profeſſus fuerit. Nam & nos ius illud annos plures interpretati fuimus, & in eo obeundo munere aliquod nomenq; decuſq; geſsimus, ut inquit Poeta.

Labor in interpretando. Quod ſi quis plus laboris in interpretando ciuili iure, quā Canonico exhauriri affirmet, neceſſe eſt hunc vel neutrum ius, uel certe Cæſareum tantum, & non pontificium interpretatum. Nā quantum inter grauitatē quæſtionū ipſius atq; illius iuris interſit, prolixe ſupra oſtendimus: auget āt & illud Canoniſtarum laborem, quod nemo ſatis probè poteſt iuris canonici interpretationē aggredi, qui non ſit & iuris ciuilis ſcientia apprimè imbutus, & multa ēt ex fontibus Theologorū delibauerit.

Canoniſta quaſi Moſes. Nā Canoniſta quaſi alter Moſes, nunc aſcendit in mōtem eum Theologo, & ibi Domini, ac viuentis Dei gloriam contēplatur, nunc cum Iuriſta deſcendit in caſtra, humana tractās, neceſsitatib. populi prouidet, arg. c. niſi, ante ſi. de renunc. At legiſta ſolum circa humana, atque illa tenuia, & exilia occupatus, nunquam caput altius exerit, ſed ſemper humi ſerpit, oīa enim quæ iure ciuili cōprehenduntur (teſte Marco Tullio) ſunt poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano, in congreſsione hoīum, atque fori, ex quo ēt fit, vt eius iuris interpretatio tamquam ea, quæ tractatum rerum ad manus propoſitarum cōtinet, ſit admodum facilis. Quod ſi quis ſubtilitate quadam, ac maiore quodā mentis acumine iuris ciuilis interpretes munus ſuū abſoluere afferat, id quidem ſi verum ſit, interpretum laborem minuit, atque illorum cōditionem meliorem facit; dum.n. ſubtiles haberi uolunt, verba legum, quæ in q̄ōnem veniunt quaſi lancibus quibuſdam appendunt, appenſa ponderant, pōderata intorquent, retorquent, intorta euētillāt, argumētantur, diluunt.

Subtilitas legiſtarum. Quid quæritis? horulæ ſpacium, quæ interpretationi dicta eſt, prius elabit. q̄ ipſi aliquid firment, & ita auditoribus plerumque rudibus illudāt, vel nimia ſubtilitate, vel affectata argumētorū copia, vt illi domum vacui reuertantur, & plerumq; germanis traditionib. ꝑ ꝑpria ſomnia (nouos illi intellectus appellant) miſeris auditoribus reponunt, atq; obtrudunt, illud enim apprime palmarium ducūt, ſi r[illegible]e [illegible]tiſ-

ſimas

ſimas ſententias diſputádo conuellere,atque euerterepoſſint.Vnde plerumque id accidit,quod deteſtatur Gregorius in c.propterea.de verb.ſign.nempe,vt dum nimis anxie verborum proprietas conquiritur, ſenſus veritatis amittatur,neque.n.ſermonem rebus,ſed res ſermoni ſubijciuntur contra.c.intelligentia.de verb.ſignif.

Nõnullos noua inuadit interdum vanitas,ſ.vt dum iura ipſa ciuilia interpretantur Ciceroniani habeantur,quorum tamẽ ratio(meo iudicio)ſtultiſſima eſt;non magis enim quis Ciceronem effingere poteſt in eo genere dicendi,quod ipſe Cicero,nunquam attigerit,quam ſi pictor eius velit ex viuo effigiem ducere,quem ipſe nunquam viderit. Quinimo credendum eſt, ipſum Marcũ Tullium, ſi hodiernis tẽporibus iuris ciuilis interpretãdi munus ſubiret,nõ ſic loquuturũ, vt orationes ſuas, atq; alia monumenta litteris mãdauit;tum quòd(vt inquit ille)ornari res ipſa vetat,contenta doceri;tum quòd nouis rebus noua nomina inuenit modernorum vſus, quem penes(inquit Flaccus) arbitrium eſt & vis.& norma loquendi,interpreti autẽ propoſitum eſſe debeat,ea,quæ difficilia ſunt,& inuoluta explicare,& plana facere,nõ autem nouis vocibus,& inſolitis vocabulis obſcurare. Hinc ego mihi interdum valde gratulor, qui hoc vitio neceſſitate careo,nam ſi quãdo ſtudeam,vel laborem,vt Ciceronianus habear,quod tamen rato accidit, vel loquendo excultior appaream,ſtatim tamen & tertio quoquo verbo ad noſtrates interpretes, id eſt ad barbaros noſtra declinat oratio, meæ tamẽ ruditatis interim me minime pœnitet. Quod ſi illi de pernitioſa ſubtilitate,ac moroſa cuiuslibet verbi põderatione,& orationis fuco aliquid remittere velint,continuo quaſi quidã interlocutores aduocãtur, Caius, Titius,Meuius & Sempronius,& verboſiſsime facti ſpeciẽ per dialogũ quendam ſibi confingentes,comicam ſcenam,aut tragicum theatrũ nobis exhibent,his omnibus fit, vt anno integro vix interdum vnius, aut alterius legis interpretatio abſoluatur.

At Canoniſta vaniloquentiam,ac pernicioſam ſubtilitatem aſpernatus,nihil loquitur niſi ſolidum,niſi quod ad vſum fori,atque vtilitatem hoĩum transferri poſſit, cumq; ſibi cum prouectioribus auditoribus ſit negotiũ,non ſectatur minutias, ac quiſquilias omnes,ſed grauiora quædam,ac grandiora deligit,& licet diſputationes,& ſubtilitates interim non abijciat,non tamen diſputat,aut rẽ euentilat ad moroſitatem,ſed ad plenam perfectamque intelligentiam : veritatem potius,& æquitatem præ oculis habet,quam ingenii,aut eloquentiæ oſtentationem,inde ſit,vt plura fermè auditores per horulæ ſpacium reportent a Canoniſta,quam per ſeſquih oram a Legiſta.

Quo ſit vt non dubitẽ vos ad capeſcendum hanc iuris canonici diſcẽdi prouinciã ardentius quã hactenus feceritis cohortari ; nihil eſt enim magis neceſſariũ,aut vtile, aut quod magis hoĩem delectare poſsit, quæ tria in vnaquaq;re ſunt magnopere expetenda.Quod ad neceſſitatẽ attinet,quid eſt tã neceſſarium homini Chriſtiano, quã ea firmiter tenere,

quæ

quæ ſunt Chriſtianæ religionis fundamenta? quo poſſit quis rectè appellari fidelis, niſi quæ ſūt fidei noſtræ myſteria apprime teneat? ac huiuſmodi res nullo in loco melius traduntur, quam in libris iuris canonici. Quam multos creditis ſimpliciorū hominū pditiſſimis his tēporibus apud Germanos, Britānos, & Gallos ignoratione huius iuris ab hæreſiarchis in ſuas hæreſes traductos? quam multos ſua ſpōte aberraſſe? non poteſt huic peſti obiicimurus validior, (Theologiā excipio) quam ſacrorum canonum cognitio, quod animaduertētes hæreticorū duces, & anteſignani, comburendos, (vt audio) hoc libros curauerunt, quippe qui intelligerent non poſſe ſuas hæreſes, & errores locum obtinere apud eos homines, qui cognitione iuris Pontificii eſſent imbuti.

Vtilitatem grauitas rerum, quæ iſto iure tractantur, ſatis demōſtrat, ita enim natura comparatum eſt, vt leuium rerum pertractatio, leuem ac modicam pariat vtilitatem, magnarum, vero rerum tractatio, etiam magnos in repub. viros faciat. quantum autem inter ius Pontificiū, & Cæſareum interſit, hac in re ſatis ſuperque ſupra demonſtrauimus. Sed

Meri legiſtæ intra priuatam fortunā cōſtiterūt.

ſi vultis huius veritatis adhuc clarius argumētum tenere, diſpiciamus quos bonorum, ac dignitatum gradus conſecuti fuerint legum ipſarū interpretes, & quos item canonum doctores. Auſim affirmare omnes legiſtas (peruulgata enim appellatione mihi vtendum eſt) quantumuis excellentes, quantumuis ſupremi nominis, cōſtitiſſe tamē ītra priuatam fortunam, q̄ ſatis apparet in Bartolo, Baldo, Paulo Caſtrenſi, Alexādro, Iaſone, Philippo Decio, & cæteris omnibus, tam antiquis, quā

Canoniſtæ dignitatib inſignes.

Innocentius.

recētioribus, quos omnes priuato nomine ſolemus deſignare, & appellare. Non ſic accidit Canoniſtis, ſiquidē pauci omnino ſunt, q̄ non inſignem, & præcellentem aliquam dignitatem nacti fuerūt. Innocentius Canoniſtarū pater euectus fuit ad ſummū Pontificatū, & ex cano

Abbas Zabarella.

nū interprete factus eſt canonum ipſorū conditor. Hoſtienſis qualē dignitatis gradum conſecutus fuerit ipſa appellatio deſignat, Panormitanus primum Abbas, inde Archiepiſcopus, demum Cardinalis creatus, & Zabarellā præceptorem honoribus æquat deniq; iuris ciuilis in

Io. Maria de Mōte Iulius III

Io. Angelus Medices. Pius IIII

Hugo Bōcompagnus. Gregori. XIII.

terpretes ſunt Bartholus, Baldus, Paulus, Iaſon, Decius, hoc eſt priuati homines, Iuris vero Canonici ſummi pontifices, Hoſtienſis, Abbas, Cardinalis, Archidiaconus, Præpoſitus, hoc eſt vertices Chriſtianæ rei. Neque hæc exēpla antiqua, uel antiquata, q̄s exiſtimet, nam & memoria noſtra viros tres ſola iuris pontificii ſciētia ad ſūmū pontificatū ſibi aditū paraſſe vidimus, primus fuit immēſe bonitatis vir Ioā. Maria de Mōte, Iulius tertius nūcupatur: poſt hūc ſagaciſſimi, & ſolertiſſimi ingenii Io. Angelus Medices, Pius quartus appellatus: nouiſſime maxime ītegritatis, & iuſtitiæ ſpecimē Hugo Bōcōpagnus, q̄ nūc rerū potit, atq; Eccleſiæ Romanæ ſub nomine Gregorii decimitertii, magna omniū lætitia, ac cōmodo præſidet, & pfecto q̄ melius, aut decētius ī Romanos, aut inferiores pontifices aſſumi poſſūt, aut debēt, quā q̄ iuris ipſius pōtificii periti habētur? Cardinaliū autē, qui iuris pe

ritia

ſitia ad eam dignitatem ſibi aditum parauerunt, infinitus propemodū eſt numerus, præſertim hac tēpeſtate noſtra, qua pauci omnino in ampliſſimum purpuratorum ordinem aſciſcuntur, qui nō ſint pontificii, iuris cognitione imbuti. poſſem ego nunc vobis receſere nomina ſingulorū, ſed non in re tam manifeſta admodum laborandū, & nomenclaturam mihi aut chatalogū faciendum, cum hi vel me tacente mentib. ac veſtris cogitationibus facile valeant occurrere: ex tanto tamē numero temperare non poſſum, quin duos ſeligam, vobiſque imitandos proponam, qui in hac noſtra Peruſina Academia vtrique iuri operā nauauerunt, & in album Iuriſconſultorum nobis promouentibus, ciuibuſq; vniuerſis acclamātibus relati fuerunt, Qui enim fieri poteſt vt ī opere ſuo non glorietur artifex? Quod ego etia facio libentius, quod illorū illuſtriſſima exēpla vos ad hæc ſtudia vehementer inflammare poterunt, qui illorum locū in hac noſtra ciuitate nunc tenetis, quorū ēt nō nulli veſtrum eoſdem arcta conſanguinitate, vel affinitate cōtingunt. Horū igitur primus eſt Flauius Vrſinus; vir ad prudentiā, ad integritatē, animique liberalitatem, & conſtantiam natus, is tā aſſidue, animoque tam obfirmato, deniq. tā nihil aliud agens, aut tractās, q̄ ſtudia, vtrique iuri operam dedit, ut toto, & integro ſeptennio nunquā ab hac noſtra ciuitate diſceſſerit; neque celebrioris fama gymnaſii forſan allectus, ut alio uel per annum migraret, aliqua ratione adduci potuerit. Et ſi enim mediocritate noſtram tuemur Peruſini, & quid alia doceant gymnaſia damus ſæpiſſime, accipimus uero numquam, ſi tamen uerum amamus. Bononienſi Academiæ, uel Patauinę ſcholarium frequētia, magnitudine, urbium, atque opulentia, & nominis celebritate cōcedimus. Vrſinus tamen contentus mediocritate noſtra, ne abſtraheretur ad finem uſque, ac metam ultimam ſtudiorum ſuorum nobiſcum ſemper manſit, numquam ruſticatus fuit, nunquam aut ad coniunctos ſuos, aut ad populos, quorum plurimū apud Vmbros, Sabinos, & Latinos & apud Tarentinos antiquum tenet imperiū, euerſus fuerit, licet a nobis ſæpe non minus immodicis æſtatis calorib. quā aliis de cauſis ab interpretandi munere ceſſatum fuerit, nunquam domum, numquā cubiculum, quē ſemel elegit bibliothecæ locū iā longa temporis intercapedine nunquā mutauit, quod ipſum & ſi per ſe res videatur nō magna, magnū tamē fuit animi conſtantis indiciū, & inde quaſi Leone ex unguibus eius ingenii, ac naturæ firmitatē, ſoliditatēq; cognoſcere potuimus. Huius tanti uiri recordatione, atque exemplo ſoleo ego interdum ſcholariū quorunda incōſtātiā accuſare, & inſtabilitatem reprehendere, qui ſingulis annis, & ſępe etiam breuiori temporis ſpatio, dum nouam quęrunt domū, per totā ciuitatem cū ſcriniis, libris, cubilibus, lucernis, ſcānis, & ſcabellis, quaſi mangones curſitāt, & diſcurrunt, omnes vicos ambiūt, omnes plateas ꝑluſtrant, oēs angulos olfaciunt, nec aliquid ſe poſſe perficere putāt, niſi nouus annus nouū afferat cęnaculū, & qui locus vere placuit, ęſtate incipit diſplicere, demū ac ſi tota illorū volubilitati ciuitas nō ſufficiat, ſolū uer-

Flauius Vrſinus.

Scholarium inconſtātia.

vertentes cũcta gymnaſia quaſi hirundines circũuolitãte, quod quidẽ non modo ſignũ eſt animi inconſtantioris, verum etiam nihil excogitari poteſt iuuenum ſtudijs pernicioſius, ſunt enim ſtudia ouis auium ſimillima, quæ niſi foueas ſine intermiſſione, nihil inde naſcitur. Nõ ſic Vrſinus noſter, qui tam obſtinatè, vt ſic dixerim, ſtudijs operã dedit, vt longiſſimo temporis tractu vix domo pedẽ extulerit. His moribus quãtus factus ſit, oſtendit Aula Romana, ac ſedes Apoſtolica, quem per omnes bonorum gradus ad Cardinalatum euectum tantum ſuſpicit, tantũ defert, atque eius conſilio & opera domi foriſq. in publicis priuatiſq. negotiis adeo vtitur, vt his temporib. eo carcere nõ poſſe Romæ uideatur; eſt.n. ſibi inditiũ natura ut in aſſiduo de genere humano benemerendi ſtudio verſetur. Huic dandus a nobis eſt ſocius Iulius Aquæuiuus noſtri huius Gymnaſii pariter alũnus; qui candidiſſimis, ac ſuauiſſimis moribus, & Carpenſi educatione, & inſtitutione digniſſimus, noſtrorũ horũ ſtudiorũ amorem adiunxit feruentiſſimũ, vt nec illum tenerrimæ olim ætatis imbecillitas, nec incommoda valetudo præſertim oculorũ, cui aſſidua lectio ſolet eſſe infeſtiſſima, nec vlla demum incommoda, a curſu ſtudiorũ remorata fuerint, tantũq. valuit in adoleſcente legẽdi aſſiduitas, diſputandi exercitatio, acre iudiciũ, & dexteritas ingenii, vt breuiſſimo temporis ſpacio eo peruenerit eruditionis, & doctrinæ, quo cæteri vix longiſſimo temporis tractu pertingere ſolent, quod quidẽ Iuriſconſulti Peruſini ſeriò teſtari poſſumus, quippe qui de illius peritia cum aliàs ſæpe, tum verò etiam cũ ipſum laurea inſigniuimus certiſſimũ periculum fecimus, quibus factum eſt, vt in ipſa adoleſcentia duorũ vereſummorũ Pontificum iudicium promeritus fuerit, Pii. ſ. Quinti, viri religioſſimi, ac ſanctiſſimi, qui eius opera in negotijs ſupra illius ętatem arduis, honorificentiſſimiſq. legationibus vſus fuit, ac demũ adoleſcentem adhuc in Cardinalẽ S. R. E. elegit. Et Gregorii XIII. (qui vt multa interim omittamus, in quib. eius fide, atq induſtria vtitur) eundẽ ſignaturæ (vt appellant) præeſſe voluit, quod minus non niſi curſu ſtudiorũ & vſu rerũ conſummatis viris demandari conſueuit, quod nulla alia ratione contingere potuit, quã quod oculatiſſimi Põtifices experti ſunt, eũ ante annos aĩum, mẽtemq. gerere virilẽ. Duorũ horũ præſtantiſſimorum Cardinaliũ exẽplum pro multis valiturum apud vos cõmilitones non dubito, futurũq ſpero propediẽ, vt de grege veſtro, & alii prodeãt, qui illorum doctrinam, ac bonitatẽ feliciſſimẽ emulentur, quos ego vobis digito nunc oſtenderẽ, niſi tantã de ſe apud oẽs cõcitaſſent expectationem, vt nedum uobis, qui ſtudiorum eſtis ſocii, verũ etiam cũcto populo ſint notiſſimi. Ex his igitur oĩb. liquido apparet, quãto ſit utilius Ius ipſum canonicũ tractare, quã ciuile. Accedit incredibilis quædã delectatio, quã in iure Pontificio perdiſcendo aſſidue conſequimur quod ex eo colligi põt, quod plurimũ nõ de aeretis, & ab uſu quotidiano valde remotis q̃onibus, ſed de his, quę quamuis grauiſſimę ſint, quotidie tñ ante oculos hominum verſantur, deq. his, quęmaximã habent cum reli-

Iulius Aquauiuus.

religione cognationē, eſt diſceptatio. Mitto, quod innumeras Iuris ciuilis conſtitutiones in melius Ius canonicum reformat, corrigit, & abrogat. & quid attinet in iure ciuili perdiſcēdo multos annos cōterere, ſi cū plurima eo iure comprehenſa didiceris, tantundē temporis inſumedū ſit, vt eadē (quia Iure canonico mutata ſint) rurſus dedıſca, ac præterita ſtudia quaſi retexas? Quāto ſatius ita rem temperare, vt cū ſcias, quid iure ciuili contineatur, ſtatim etiam quid iure canonico ſit immutatū, perdiſcas. Mitto, quod in Romana curia nemo vel iudicis, vel patroni partes honorificè ſuſtinere poteſt, qui non impēſe iuri Pōtificio operā dederit. Adde, quod vix poteſt contingere, vt quis rectè canonicum ius teneat, quin idem & ius ciuile calleat. At qui ius ciuile teneāt, ius vero Pontificium ne olfecerint quidem, multos inuenias. Vnde cum vos ad ius Pontificium hortor, potius ad vtrùmque ius, quàm ad alterum tātū hortor. itaque date operam, vt iuri canonico incumbentes, ſimul etiam in vtroque iure ita proficiatis, vt nos quoq; inter Præpoſitos, Abbates, Archidiaconos, Cardinales, Oſtienſes, demum inter ſummos Pontifices, & cæteros inſignes viros, quibus hæc facultas ſola abundat, numerari valeatis.

PRAELECTIO IN RVB. EXT.
de teſtamentis, & vltimis voluntatibus.

SED accedamus iam ad interpretationē Rubricæ noſtræ, cuius eſt inſcriptio, De Teſtamētis, & vltimis, voluntatibus, & capit. Cum eſſes. ſub ea poſiti, qui tractatus ſeipſum cōmendat, vt apparet ex leg. 1. cū congeſtis ibi per Docto. C. de ſacroſ. eccleſiis, pro cuius intelligentia clariori paulo altius, quā communiter faciant Doctores exordiēdo, conſidero, quod immortalitas, cuius conſequendæ ſtudio omnes homines ſtimulantur (vt mihi quidē videtur) conſiderari poteſt quatuor modis. Quædam enim appellari poteſt immortalitas perpetuitatis. Quædam immortalitas beatitudinis. Quædam gloriæ. Quędam vero ſucceſſionis. Perpetuitatis immortalitas eſt, cum quid dicitur immortale eo tantum reſpectu, quod perpetuo, & in ęternum durat; vt cum dicimus humanas animas eſſe immortales, intelligimus enim illas perpetuo perdurare, iuxta illud Poetę, Morte carent animæ, & ita ſumitur in l. properandum, C. de iud. dū dicitur, cauendum eſſe ne lites fiāt penitus immortales, i. ne perpetuo perdurent, ſic ex cōtrario cum lis amplius non durat, dicimus litem mortuā, vel mori. l. cū lite mortua, alia 2. ff. de iud. ſol. & in l. 3. §. geſta. ff. quæ in frau. cre. Immortalitas beatitudinis eſt, cum quis dicitur immortalis non ſolū quia perpetuo duraturus eſt, uerū etiam futurus eſt perpetuo beatus, hinc apud ſacros ſcriptores uerbo uitæ, beatitudo ſæpe deſignatur, vt cū dicitur. Hoc fac, & viues Luc. c. 10. i. beatus eris. & rurſus. Qui credit ſ... e uitā habebit æternā, Io. c. 5. id eſt, beatus erit, fac. c. Chriſtiani, de conſe. diſ.

2. nec enim is, qui non credit, vel mandata nō ſeruat, fit mortalis reſpectu perpetuitatis; quia, & eius anima perpetuo perdurat, ſed cum ſempiternæ infælicitati ſit deputatus, creditur non tam perpetuo viuere, quā perpetuo mori. fac. c. per venerabilē. ant e ſi. qui fil. ſint legi. & c. qui ſine 26. q. 2. & quod ex ſymbolo Apoſtolico tenemur credere, ſcilicet uitam æternam, intelligēdum eſt de æterna beatitudine, & hęc veluti bene geſtis acquiritur, ita prauis moribus amittitur. Hinc eſt quod delicta quędā grauiora ſolemus mortalia peccata appellare, vt in c. vnū. orariū diſ. 25. ſcilicet quod ſoleant animabus mortem afferre. & immortalitem adimere, immortalitatem autem non perpetuitatis, nā & animæ damnatorum perpetuo durant, ſed beatitudinis, & hoc modo, & ſecundū hāc intelligentiā forte profani ſcriptores appellāt Deos immortales. Tertia appelari poteſt immortalis famæ, ſiue gloriæ, & eſt cum quis pręclare geſtis æternam apud poſteros memoriā conſequitur, de qua loquitur tex. in ſt. de excu. tut. ī prin. vbi qui ī acie pro patria ceciderunt, ideo parentibus ad excuſatione a tutelis proficiunt; quia per gloriā viuere creduntur, veluti enim per dedecus & ignominiā vitæ quis dicitur mori, vel mortuis comparatur, l. 1. §. pen. ff. de bo. poſſ. contra tab ita ex cōtrario per glorioſam mortem creditur viuis poſſe comparari. Quarta & vltima ſpecies eſt immortalitas ſucceſſionis, & hanc conſequimur mediātibus ſucceſſionibus noſtris, & his qui poſt mortē noſtrā nos reprę ſentant. Hæc autē ſucceſſionis immortalitas ſubdiuidi poteſt ī duas ſpecies nā alia eſt immortalitas ſucceſſionis naturalis, alia eſt ſucceſſionis legitimę. Immortalitas ſucceſſionis naturalis, eſt illa, quam cōſequimur per ſtirpis propagationem, & mediante matrimonio, nam cū natura non poſſet facere immortalem hominem tanquam indiuiduū, uel Chriſtianæ loquendo, homo primus ob præuaricationē immortalitate corporis, & ſe, & poſteros exuiſſet, reparata fuit hæc iactura filiorū ſuſceptione, & ſtirpis propagatione. Vnde bene Imperator in Aut. de nup ī prī. dixit, matrimonium humano generi immortalitatē artificioſe introducere, & filiorū procreatione renouata genera manere, cui concor. text. in l. leg. C. de leg. hære. vbi Imperator loquēs de maſculo, & fęmina, ad hoc (inquit) natura vtrumque corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale. Idē & elegātius, exprimit I. C. in l. liberorum fi. in ff. de ver. ſi. Etenim (inquit) idcirco filios, filiasve cōcipimus, atq; edimus, vt ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriā in eū relinquemus. Immortalitas legitimæ ſucceſſionis eſt illa, quam conſequimur mediātibus ſucceſſoribus vniuerſalibus, puta hæredibus, vel bonorū poſſeſſoribus. Hinc dicimus, quod teſtatoris, & hæredis eſt eadē perſona, Auth. de iureiu. a mo. præſt. in prin. viuit igitur is qui naturaliter eſt mortuus in hærede ſuo, lege vitam dante, nō poſſet non incommode appellari hęc legitima immortalitas, & non ſolum in hærede defunctus uiuit, verū et in hærede hęredis. l. fi. C. de hære. inſt. Et nō ſolum in hærede hęredis verum etiam in centeſimo, & vlteriori etiā hærede. vnde pulchre I. C.

Ius mortalitas gloriæ.

Immortalitas ſucceſſionis.

Immortalitas legitimæ ſucceſſionis.

in l. qui per ſucceſſionẽ. ff. re iud. Qui per ſucceſſionem (inquit) quãuis longiſſimam defuncto heredes extiterint, non minus heredes intelligũtur, quam qui principaliter hæredes extiterint, & vſque adeo per legem inter plures eiuſdem hominis heredes inducitur identitas perſonæ, quod licet alias cõditio debeat impleri in forma ſpecifica. l. Mæuius cum vulg. ff. de cond. & demon. ſi tamen relinquatur legatum ſub illa cõditione, ſi hæredi dederit, dando hæredi hæredis dicatur grauatus conditionem impleuiſſe. l. cum ita. 2. ff. de cond. & demonſt.

Studuit autem, & multum laborauit lex in introducenda hac immortalitate, & propterea admiſit, vt poſſint teſtatores facere plures gradus hæredum vt inſti. de vul. & pup. inuitauitque inſtitutos heredes ad hæreditatem adeundam lucro Trebellianicæ, ac Falcidiæ. ff. & C. ad Sen. con. treb. & ad l. Fal. permiſitque, vt hæredis habendi cauſa liceat ſeruum manumittere, etiam in fraudem creditorum. §. 1. inſtit. quibus ex cau. man. non lic. & prætor plures gradus bonorum poſſeſſionis, fac. dum hoc agit, ne quis ſine ſucceſſore decedat. §. adhuc autẽ inſti. de bon. poſſ.

Hæc autẽ inducta ſunt a iuris laboribus nõ ſolũ probabili, verũ etiã neceſſaria ratione, niſi enim eſſet, q defunctũ repreſentaret, & quodã modo viuũ redderet, negotia humana ſæpiſſime medio incurſu intercide rent, res familiaris, exiſtimatio periclitaretur. d. §. 1. & l. & quia. ff. de in terro. act. & l. 1. ff. de ſuceſs. edic. in prin. Vendidi tibi domum meã, deq. pertio ad annum fidẽ habui, anno nõdũ exacto, moreris, niſi lex i loco tuũ ſufficeret, quẽ alterũ te eſſe ſtatueret, & ſic te quodã modo immortalem rederet, contractus ille emptionis exitum habere non poſſet, nec enim eſſet, qui mihi pretium ſolueret, factum que eſt non minus publico, quàm priuato beneficio, vt quis heredem haberet, argum. leg. vel ne gare. ff. quemad. teſta. aper. idque vel nobis hominibus interdũ inuitis, nec enim lex vtilitatis tantum ſpe ad hæreditatẽ adeundã allicere curauit, ſed etiam coegit aliquãdo, & hinc neceſſarii hæredes d. §. 1. inſt. quib. ex cau. man. nõ licet. l. neceſſariis. ff. de acqu. hæred. §. 1. inſt. de hæ re. qual. & differen. auſimque affirmare neceſſitatem hãc, que interdum ineſt ex parte hæredum, ineſſe etiam ex parte decendẽtium; ideoque ſi homo liber, & ſolutus aliena poteſtate forte in extremo vite conſtitutus diceret corã teſtibus rogatis, velle ſe decederet prorſus ſine herede non modo teſtamentario, ſed quocunque, quod hæc conteſtatio nihil valeret, & quod eas non obſtante ſibi tamquam ab inteſtato decedenti ſuccederetur ſi a lege vocati ſucceſſionem agnoſcerent. Mouet me primo, quod vt quis habeat hæredem, non eorum ſolum cauſa inductum eſt, qui decedunt, verum etiam viuentiũ. d. l. & quia. ff. de interro. actio. & dict. leg. ff. de ſucceſſ. edic. quibus moriturus non poteſt præiudicare l. nõ debet. ff. de re iud. cum concor. Secundo, quia, vt quis hæredem habeat, inductum eſt non ſolum fauore priuatorum decedentium, vt in leg. 1. C. de ſacroſanct. eccle. verum etiam publico. dict. leg. vel negare,

Quantum laborauerunt legiſlatores ꝓ introducẽda immortalitate legitima ſucceſſionis.

vnde non poteſt huic diſpoſitioni legis, priuatorum pactis, uel conteſtationibus derogari. l. 3. ff. de teſta. Tertio, quia id nō poſsēt homines tacite facere, donādo omnia ſua bona, & nihil pro facultate teſtādi ſibi relinquendo, iuxta late no. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verbo. obli. ergo nec expreſſe, ad no. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Hoc autē legis commentum in inducēda hac ut ita dicamus, legitimę ſucceſſionis immortalitate, mirabile fuit, certiuſque immortalitate naturalis ſucceſſionis, ſi quidem multos ſpe potiundæ prolis fruſtratur matrimoniū, multos etiam id ſuſcipiēdorum liberorum deſiderium minime tenet, at nihil æquè facile facere poſſumus, quàm nobis hęredem cōſtituere, quod uel tribus verbis explicare poſſumus, l. 1. ff. de hære. īſtit. quod ſi noluerimus, aut nō potuerimus id facere, excluſi facti difficultate, lex nobis hæredem cōſtituit. Ex quib. colligitur, hanc legitimæ ſucceſsionis immortalitatem ex duplici quaſi fonte fluere, ſcilicet, ex diſpoſitione legis, & hinc omnis ſucceſsionū ab inteſtato tractatus; & ex diſpoſitione hominis, & hinc tractatus de teſtamentis quem nos iamiā aggredimur. Diuiditur igitur rubrica noſtra in duas partes. In primā agitur de teſtamētis. In ſecunda de vltimis voluntatibus. Circa primā partem, quia quæſtio quid nominis, præcedere debet quæſtionē quid rei, l. 1. ff. ſi cert. pet. antea quam veniamus ad definitionem teſtamēti quæro quot, & quibus modis accipiatur in iure hæc vox, teſtamentum? Reſp. tribus, &c.

FINIS.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM RERVM.
QVAE IN QVATVOR LIBRIS
Inſtitutionum Iuris Canonici Ioannis Pauli Lancelotti continentur.

ABbas quomodo, & qualis ſit eligendus, §. vt autem. pagina. 254

Abbas ſi imperet laico, vt monachum etiam cauſa diſciplinę verberet, vterque incidit in excõmunicationem, ſecus autem, ſi imperet clerico ex cauſa neceſſitatis, §. quod autem. 426

Abbas in fine, de compar. iuris. 78

In abbatẽ non poteſt eligi, qui non eſt profeſſus, ſed bene ĩ epiſcopũ. §. propterea. 155. Cætera vide infra ĩ ver. Epiſcopus.

Abbates debẽt perquirere fugitiuos. Et monachi non poſſunt præeſſe Eccleſiis parochialibus, licet ſecus ſit in regularib. §. Fugitiuos uero. 154

Cętera vide infra in ver. Parentes.

Abortũ procurans punitur, vt homicida, ſecus ſi id caſu fieri cõtigat. §. is quoq. 416

Abſciſſi ex neceſſitate promoueri poſsũt, ſecus ſi ex voluntate. §. idem iuris. 105

Abſens poteſt vni de capitulo votum ſuũ demandare. §. ſed etſi. 27

abſentia & mors æquiparantur, re nõ integra. §. quæſitum eſt. 256

Cætera vide infra in ver. Probatio ſpolii.

Abſolui quis poteſt ex cauſa ab aliis, q̃ ab Apoſtolico. §. quod autem ſupra. 429

Abſolutio põt delegari ex cauſa certis caſibus. § his autem. 430

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam peti poteſt. quis tamen. 440

Abſolutio non conceditur, vbi manifeſtũ eſt delictum, niſi præuia cautione, alias ſecus. §. manifeſtum. lib. 4. tit. 13. 442

Abſolutio ſurreptitia nõ tenet, & inodatus plurib. nõ poteſt ab vna tãtũ excõicatione abſolui. §. qđ ſi quis, lib. 4. tit. 13. 443

Abſolut⁹ vi, vel metu duplici excõicatione nodatur. §. illud etiam. lib. 4. tit. 13. 414

Abſtrahens inuitũ a ſacris locis excõmunicat. & quaſi ſacrilegus punitur. §. ſacrorũ locorum. 206

Abſtrahi nõ põt quis inuitus a domo Spiſcopi, vel ab Eccleſię circuitu intra triginta paſſus. §. nec ab atriis. 206

Abſtrahi non debet liber homo violẽter ab Eccleſia, niſi impetrata vita & mẽbrorũ incolumitate. §. hæc tñ ſecuritas. 206

Acceſsorii idem iuris eſt, quod principalis. §. nec obiiciat. 391

Accuſare mr̃imoniũ non permittitur ei q̃ tpe denũciationis ſiluit, niſi iuret de calũnia, & quod poſt denũciationẽ nouit, q̃ obiectur⁹ eſt: & negligẽtia auctoris mei nõ intelligitur eſſe mea. §. nõ tamẽ. 181

Accuſare põt quis matrimoniũ ẽt poſt denũciationẽ ex cauſa. §. idẽ iuris erit. 181

Accuſare matrimoniũ nõ ex cã delicti ſol coniuges admittũtur. §. ſed nec oẽs. 182

accuſare mr̃imoniũ ex cã delicti oẽs admittũtur, ſed potiſſimũ cõiũctiores, antiquiores, & honeſtiores. §. qđ ſi delictũ. 182

accuſator, non probãs obiectũ crimẽ, tenetur ad pęnã talionis, niſi ſuam innocẽtiã purgauerit, interim dum purgat, eſt ſuſpendus. §. accuſator igitur. 382

accuſato excipiẽti de ſpolio a tertio facto, debet indulgeri tps intra qđ reſtitutionẽ petat: & cauſam ſi poteſt, finiat. quo elapſo nõ obſtante tali exceptione accuſari poterit. §. inter ſcholares. 300

Acolythatus eſt de minoribus ordinib. §. ſunt igitur. 87

Acta cũ ꝓcuratore reuocato, donec ignoratur reuocatio, tenent. §. ad hæc etiã 269

Acta iudicii, poſt reuocationẽ ꝓcuratoris nõ

ignoratam nõ tenetur. §. quod ſi ſciẽtib. 269
Actorum omniũ intimatio parti appellatæ eſt facienda, & appellare ſufficit coram maiori parte iudicum. § quod illa pluribus. 371
actor ſequi debet forũ rei. §. quod ſi inter. 249
actor mittitur in poſſeſſionem rerum, rei cõtumacis, & poſt annũ efficitur verius poſſeſſor reſeruata quæſtionẽ ſuper proprietate. §. illud quoque videtur. 284
actor ſi ob potentiam aduerſarii cõtumacis nõ poſſit poſſeſſionem ingredi, vel illam amiſerit, nihilominus efficit verus poſſeſſor elapſo anno, §. ſi tamen propter. 285
actor anno elapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit, quominus intrauerit poſſeſſionem. §. idem iuris eſt. 285
actor ſi non venerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expenſas, & cauere de in poſterum comparẽdo, alias nõ admittitur ad aliam citationem. §. idem quoque actor. 287
actor res comparente debet clarum iudici libellũ offerre: & quid ſit libellus, §. in primo igitur. 286
actor recuſans ſubire iuramentum calumniæ, cadit ab actione, & reus habetur pro confeſſo. §. ſed vt veritate. 220
actoris rei conuenientis æqualis dẽt eſſe conditio in iudicio, §. vtriuſque autem. 304
Actus præcedens ſubſequentem limitat, & interpretatur. §. ſed ſi eundem. 268
adminiſtratores hoſpitalium æquiparantur tutoribus. §. vt autem hi. 217. Supra dicta non habẽt locum in hoſpitalibus militarium ordinum, aut religioſorũ. §. prædicta vero ad. 217
